





HISTORIA LVXEMBVRGENSIS,
Seu
COMMENTARIVS QVO DVCVM LVXEMBVRGENSIVM ORTVS, PROGRESSVS, AC RES GESTÆ CONTINVATA SERIE AB IPSO PRIMARIO INITIATORE, VSQVE AD PRÆSENTEM ILLVSTRIS.
Archiducem ALBERTVM accuratè describuntur.

SIMVL ET TOTIVS PROVINCIAE LVXEMBVRgensis Ducatus, Marchionatus, Baronatus, cæteraque Dominia succinctè perstringuntur:

Adiunctum est sub finem Opusculum in quo de GENTILIVM DEORVM cultu, vanisque sacrificijs enucleatè dissseritur.

Omnia summo studio, atque admiranda iucunditate à Reuer. Patre D. IOANNE BERTELIO, *Epternacensis Monasterij* ABBATE *concimata.*
Cum Indice rerum copiosissimo.

Memento dierum antiquorum cogita generationes singulas.
Deutero. 33.



COLONIÆ,
Apud Viduam Conradi Butgenij.
Anno Domini M. DC. XXXVIII.
Cum Consensu superiorum.



FRANCISCVS IRENICVS HISTORICVS SIC DE LVXEMBVRGensibus ait.


Vxemburgenses quia olim Brabantiam in potestatem nacti fuerant, illis adijcere volui, multi sub Lotharingis olim fuisse Luxelburgenses, volunt multa, etiam connubia cum Flandrensibus coniunxerunt, Guichardus Dux Luxemburgensis filiam suam Ermesindam Balduino Barbato addixerat. Indè postquam ad eos Imperium deuenit, Bohemiæ Regnum ad se traxerunt, cui centum & triginta annis præfuerunt referente † Aenea Syluio. Inter eorum Imperatores duo eis contigerunt rationis ac naturarum diuersarum diuersissimi; † Wenceslaum enim nemo ignauia superauit, cuius & nomen saltem nobis ignauiam videtur inferre. Recesserat hic ab omni Imperatoria præstantia literarum ignarus, Imperio plus obfuit, quam profuit; † Contra huius frater Sigismundus diuino ingenio præditus omnes Imperatores in disciplinarum cognitione procul post se reliquit, priscos superauit, futuros docuit, prætereà benignissimus pacientissimus, liberalitate, bellicaque virtute nulli cedens Imperio dignus, meruit, cuius tempora nullus vnquam damnauit, Hussitanos præterea compescuit, orbem penè terrarum peragrauit. Hæc ille.

Erraz. Non enim Guichard. verum Henricus Namurcensis & Luxem. Comes suā filiam Ermesindam Balduino addixerat

† Aeneas Syluius Ponti. maxim.

† Wētzel. Rex Roma.

† Sigismund. Rex Roman. Virtutes Sigismundi.

DE

DE VTILITATE HISTORIÆ
sic Barlandus.

Solet queri à studiosis viris, vtilisne historia? Nos verò non modo vtilem & frugiferam, sed necessariam mortalibus esse contendimus; Et quemadmodum agricolatione corpora, sic monumentis rerum animi fouentur; Vitæ cupido pharmaca pellendis morbis inuenit; Series rerum, ne vna cum eo qui gerit, interiret, Historiam excogitauit: Quanto nobilior animus, tacito cæteras dotes præcellit. Historia, potissimamq́, sibi sapientiæ partem vindicat. In ea est enim imitatio viuendi, vitia detestatur virtutes ardore quodam imitationis effert, & cum rebus omnibus tempora vetustatem adferant; Historia numero Annorum admirabilior est, & sanctior habetur.

DISTICHON IN ZOILVM.

Zoile ne legito, tibi non sunt Zoile scripta,
Cur? niuea quia nil Zoile mente capis.

DISTICHON AD LECTOREM.

Lector amande legas, placeant si lector amande,
Si placeant tua sunt, lector amande legas.

AD LVXEMBVRGENSEM DVCATVM A REVERENDO ADMODVM IN CHRISTO PATRE, AC DOMINO D. IOANne Bertello, insignis Monasterij Epternacensis Abbate descriptum, canebat Matthias Leuchen Biedtburgensis.

QVod tibi lux nomen dederit Luxemburgica tellus,
Quam liquido præsens testificatur opus,
Pande triumphales pennis fulgentibus alas,
Et iuuet aptatas applicuisse manus
Ecce tui longis radix sopita diebus)
Ortus in primos incipit ire dies,

Inde

Inde Duces, proceresque, & aui numerantur auorum,
Hinc cernet cunas vrbs, fluuiusque suas.
Quos igitur tacitos Alisuntia perluit vndis,
Et quos Lotores pronea lenis habet,
Quiue bibunt Ielbin populi, Nemesamque loquacem,
Aut quorum ortiuam Sura peredit humum.
Huc properâsse decet, capitumque inuenta tueri,
Et quicquid creticæ dicitur esse notæ.

Ad eundem Ducatum Ode.

STetit tuorum linea Principum
Originalis nescia verticis,
Multis & irreperta aristis
E tumulo rediuiua surgit.
Braccata sparsim te memorat quidem
Gens inter amplam progeniem Ducum
Et Flandrici codex Ducatus
Dimidio loquitur libello.
Nec Honno nomen dididicit tuum
Nec diues eius Geldria dememor
Nec forte Burgundus retrectat
Artesio nec es exul ore,
Vnus Ioannes Bertelius sacer
Antistes, solidum condidit ordinem
Stirpis volutatæ retrorsum
In seriem gradiens auitam.
Selecta quæuis ille manus impiger
Laboriosa carpsit, vt æmula
Hortos virescentes pererrans
Sugit apis siculum liquorem.
Mox ergo curas abijce inutiles
Quisquis Ducatum hunc Patrius incolis
Fas osculari sit laborem
Surda nec officio voluntas.

Aliud ad Eundem.

LVXEMBVRGVM AFFATVR LOVANIVM GRATIA REVERENDI admodum in Christo P. ac Domini D. Ioannis Bertelij Monasterij Epternacensis Abbatis in sui Ducatus Luxemburgensis descriptionem.


N vt effusis tua planta quondam
Iam micat palmis: vt in alta circum
Vimina vmbroso virides adaptat
Cortice ramos.
Vt ter optatas, onerisque fruges.
Roris affluxu Tirij efficaci
Sustinet! pleno stat vt inter omnes
Turgida succo.
Quid stirpes quærens, vbi planta talis
Quam sinu prolem tulerim feraci?
Hoc opus lustres, dabit hinc resultans
Noscere fructus.
Præsidem externa sub humo, sacrati
Ordinis cernes supera Ioannem
Lege iuratum columen Ducatus.
Nobile nostri,
Is mei solus Fabricator ortus,
Ille supremas Procerum meorum
Excutit venas, vbi longa patrum
Splendet imago.
Amnium narrat caput, vrbiumque
Hinc ei grates animis refusas.
Do pijs: sacrum vaga fama mittet
Nomen ad Indos,
Quauè spumoso Padus ore ripas
Vrget oppressas, scopulisque partem
Deterit quassam, celeri volabunt
Carmina motu.
Quauè Pactolus nitidum metallo
Alluit littus properante cursu,
Vndè percussis ruit vnda ab alto
Spumea saxis.

SEBASTIANVS MVNSTERVS.

In ſua Coſmographia De Luxemburgenſi Ducatu ſic ait.



ESTE Region eſtoit premierement vne Conté & depuis, elle a eſte erigee en duché, l'empereur Henry ſeptieſme eſtoit ſeulement Conte de Lucembourg & non point Duc; Du temps de VVenceslaus Roy de Romains vt de Boheſme fut erigee en duché, combien que Conrard VVycher ſoit d' adultre opinion, aſçauoir que l'empereur Henry d un Conte fit vn Duche; Iehan Roy de Boheſme, Lequel eſtoit aueugle tenoit ſon Conte de Luxembourg, & fit beaucoupz de biens aux habitans du pays, Ce Conte & Le Royaume de Boheſme ont eſté gouuernez l'eſpace plus de cent ans, par gens de meſme famille, mais depuis ont eſtez ſeparez l un de l'aultre, & Lucembourg demeura a vne femme de Bauiere, Laquelle vendit ſa ſeigneurie a Philippe Duc de Bourgongne; Guillaume auſſy Duc de Saxe en fit autant Il vendit au Duc du Bourgongne le droict qu'il pretendoit en ce Conté de Lucembourg Et comme ainſy ſoit que l' Empereur Maximilian fuſt heretier de Bourgonge a cauſe de ſa femme fille du Duc Charles, Il fut auſſy ſucceſſeur de la Duché de Lucembourg, Et l'Empereur qui eſt auiourduy Charles cinquieſme, incontinent en ſon bapteſme fuſt honoré par ſon Pere Philippe de ce Duché de Lucembourg, & fut le premier tiltre qu' eut iamais Prince de Lucembourg. Quand les Ducs du Bourgongne auoyent la Seigneurie de Lucembourg, Ilz auoyent mis pour Gouuerneur le Seig. de Croye & Racul marquis de Hogenbergh; Mais Maximilian entrant en poſſeſſion de ceſte Seigneurie de par ſa femme, la quelle eſtoit ſeulle heritiere de Charles Duc de Bourgongne ſon Pere, ordonna pour Gouuerneur Chriſtoff Marquis de Baden, moyennant quelques milliers d' eſcuz; Les Princes donc de Baden gardant bonne police, en ceſte terre là, l'ont maintenue contre les courſes des Francois, & d'aultres Contes qui eſtoyent ennemis, Ilz ont abbatu aucunnes maiſons des Brigans & detrouſſeurs, ou pour le moins ont contrainct ceux qui eſtoyent dedans de ſe rendre, & principalement la maiſon de Rodenmach de Boullion, d' Eſdain, & Rythsberg; puis apres Marguerite Ducheſſe d' Auſtrie relaiſſee du Duc de Sauoye, fille de l'empereur Maximilian rachepta l'engagement d

Gouuernement de Lucembourg de Bernard Marquis de Bade & le donna a vn Brabanson Marquis de Berge. Apres sa maiesté l'Empereur Charle, y mit pour Gouuerneur l'Escuier de Henaudt. Les Francois les assailierent a l'improuiste & conquesterent presque toute la Region, gastans tout par feu, & sang a scauoir l'an 1542. & 1545. Mais bien tost apres l'Empereur Charles recouura tout ce qui auoit esté prins. Il y a grand nombre de gentils hommes en ce pays la, qui ont aussy des priuileges particuliers. Aucuns Contes sont vassaux de ceste Duchè & y font hommage comme le Conte de Manderscheidt, d'Aremberg, de Salm, de Ryterscheidt, de Reyneck, de Criehingen & d'Isembourg & beaucoup d'autres seigneurs & Gentilshommes. Il y a vn Senat ou Parlement a Lucembourg ou il y a vn president, & plusieurs conseilliers; Les hommes d'armes s'assemblent & font leur monstre en la ville quattre fois l'an Il y a plusieurs forestz en ce pays la, Leurs Riuieres ne sont grandes, l'air est bon & sain, le peuple est fidele lequel applicque tout son estude a nourrir du bestial comme aussy le bestail y est fort bon, en ceste terre là, l'an 1552. quand Henry Deusiesme Roy de France menoit guerre à l'encontre de Charles cincquiesme Empereur en tirant en Alemaigne il passa a la Duchè de Lucembourg là où il Brusla Thionuille, Iuers & quelques aultres villes.

DON

DON LUDOVICO.

Guichardin Gentilhomme florentin En sa description dupays bas de Luxembourg dit ainsy.

Les habitans de ce pays ont tant enduré tout le long de ces horribles guerres, que plusieurs ont estez contrainctz d'aller viure ailleurs, les autres ont suyuy la vacation des armes; a present toutefois depuis que la paix leur a donne quelque repos & relatche en ce peuple, le pays & chascun reuient en son estat, messier & office, Il ny a Region en tout les pays bas l'une portant l'autre qui soit si abundante en noblesse que la prouince de Lucembourg. Car oultre le lustre des grandes anciennetez de noblesse, de princes qui iadis ont commandè en ceste Duché, du sang desquels sont sortis des Empereurs tresillustres & lesquels nous auons mentionnez cy dessus, Il y a plusieurs seigneurs particuliers & des simples Gentilshommes sans nombre lesquels (chacun selon son degré) vit seigneurialament mais vsant de telle auctoritè & seueritè contre la Franchise, de laquelle iouyssent les peuples de ce pays bas enuers leurs subiectz, qu'ils les tiennent comme Esclaues soubs la rigueur de leurs anciennes loix, de sorte qu'il n'est loisible aux paysans de marier leurs enfans, ny farie choses de consequence, sans le congé, & consentement des seigneurs, les quels en cela gardent & retienent encor la coustume ancienne des Gaulois a l'endroict de leurs Vassaux & subiectz de laquelle parle Cesar assez amplement en ses commentaires, Hors cela ces Gentilhommes font paroistre en toutes leurs actions les vrays effects de leur noblesse, estans entiers & vertueux, constants & loyaux en la foy promise a leur princes, viuans noblement & s'exercant aux armes. Ils s'entrayment & se frequentent fort familierement se visitãs souuent les vns les autres en leurs maisons & Chasteaux qu'ils disent de plaisance, & seiour vsant de grande liberté & gentillesse & cour-

oisie

toiſie enſemble, prenant alliance a leurs voiſins plus pour la raiſon de la qualité & vertu des perſonnes que pour les biens & richeſſes. Et ainſy en toutes autres actions ſont ſi honneſtes que ſy quelcun l'oublie tant de ſoymeſme, que de faire quelque acte indigne de ſa reputation, il eſt ſi deteſtable & abhorré des aultres qu'il n'oſe plus ſe trouuer en bonnes & honneſtes compagnees n'eſt plus receu aux Eſtatz, ny creu en iugement, & ne iouit d'aulcun honeur & preeminence. Et ſ'il ſ'emeut entre eux quelque diſcord & different pour quelque occaſion que ce ſoit, a fin d'euiter les paines & querelles, qui en pourroyent reuſſir, ilz ſ'en rapportent ſoudain a des arbitres, gens de leur Robbe par eux choiſis, fuyans ſagement de ſ'en fier aux Aduocatz & Procureurs qu'ilz euitent comme leurs mortelz aduerſaires, & ainſy il a viuent heureuſement & ioyeuſement mais ilz ſont vn peu trop addonnez au vin.



AD

AD HISTORIAM PRINCIPVM LVXEMBVRGENS. A. R. P. D. IOANNE BERTELIO ABBATE EPTERNAcense conscriptam.

EPIGRAMMA



Vicquid in humanis fulget praenobile, magnum,
Haec quondam poterit dicere verba: fui.
Nonne fuit Babilon, cecidit Troia inque tenebras
Multorum cessit gloria prisca DVCVM?
Sic quoque Luxemburgensis stirps nobilis olim
Cumq; illa veteres disperiêre lares.
Non totum periêre vetat Cultissimus illud
Bertelius dulci nobilis historiâ.
Hic facit excutiens elapsos sedulus omnes
Annales, stirpem viuere, stare domum.
Quid premI? certè primas sibi vendicat istud
Principibus lucem cùm dedit, ipse feret..

Aliud Eiusdem ad Auctorem.



Vdimus ecce tuos Pater ò Reuerende labores,
Quos tua docta manus protulit in medium,
Luxemburgensis Patriae monumenta recenses:
ABBATES que tuos, quos locus ille dedit,
Addis & ipse DVCES, certo quos ordine promis
Ex veterum scriptis: sic variatur opus.
Rarum opus, & doctum, nam vix Monumenta supersunt,
Ex quibus haec possit lector habere pius:
Non dubium est multo quin ista labore pararis,
Sed tamen hinc surgent, gloria, fama, decus.
Ardua nam veniunt magno superanda labore,
Quò veniant meritis praemia digna tuis.
Posteritas igitur grates tibi grata rependet,
Atque tuas laudes carmine quisque canet,

Oris honos, vultus, grauitas in corpore toto
Forma decens animi signa latentis habent.
Vnde fit vt nostra, nec egens sis laude nec vllis
Confictis titulis, ter venerande pater.

R. P. obseruant addictiß.

Conradus Butgenius Typographus.



ADMO-

ADMODVM VENERABILIS D. IOANNIS BERTELS GRVDII ABBATIS EPTERNACENSIS.

HISTORIA,

DE PRINCIPIBVS LVXEMBVRGENSIBVS, eorumq́; ortu progressu ac regimine, vsque ad Modernum Albertum Austriacum



RACTATVRVS ea qua potero breuitate, & veritate non de Troianæ vrbis alteriúsue conditione, situ, profectu, siuè excidio, sed de Luxemburgicæ domus origine, eiusq́ue Principum genere, nobilitate, ac præstantia, lectorem inprimis meum rogatum enixè cupio, quatenus eiusmodi in huius opusculi euolutione curet habere animum candore nimirum & beneuolentia affectum, qualem sibi vicissim data occasione ab alijs exigeret. Quod quidem si præstare mihi roganti non detrectauerit, futurum spondeo vt exigui in legendo laboris impendendi pro rerum dignitate, & iucunditate inde profectura minimè eum pœniteat. Ecquid enim iucundius, & vt cætera taceam liberari, & ingenuo homini conuenire magis, quam sub succincto verborum complexu, ortum, gesta, seriem, successionem, ac denique occasum quàm plurimorum Imperatorum, Regum, Ducum, aliorumq́ue principum ac magnatum ex eadem quasi radice promanantium, sibi ob oculos proposita intelligere, considerare, in eoq́ue oblectari? Familiæ igitur (vt exordiar) siue domus Luxemburgicæ caput, ac principium dico dedisse Pharamundum magni Marcomiri filium, eumq́ue Franconiæ orientalis Ducem: necnon gallicanæ Franciæ primum regem, qui circiter annum Domini 420. Herbipolis siue VVirthenburgi diademate regio redimitus Argottam Cymbrorum regis filiam postea in matrimonium sibi asciuit, atque ex ea hosce successiuè liberos genuit. Clodionem crinitum (qui patrem in honoribus secutus est.) Francionem & Marcomirum. *Pharamūdus Frācia primus Rex.*

Pharamundus porrò staturæ extitit mediocris, magnis verò & toruis oculis, barba item admodum atra, adeò vt in eum primum intuentes pauore concuterentur facile, fuit etiam Rex iste Religionis Christianæ prorsus expers, & à progenitorum suorum institutione Paganus, attamen iustitiæ, pacis, & legum ciuilium tenax, in morum etiam optima disciplina populum continuit suum, cui vt erat longè gratissimus princeps, ita eius nimis citatus finis fuit admodum luctuosus proceribus in primis atque militibus. Obijt autem anno Domini 427. Inq́ue eius *Pharamūdus formidabilis.*

 locum

locum Clodio primogenitus surrogatus, necnon regio sceptro insignitus fuit. Hic statim vt ætatem virilem attigit, magnanimum sese, atque generosum valde exhibuit, in id potissimum, vt hæreditatem à patre acceptam in dies auctiorem redderet. Hac igitur de causa exercitu prægrandi collecto, vicinos Regni sui limitibus imminētes fortiter aggressus, eosdem vi & armis loco cedere cōpulit, atq; sic voti compos effectus, Paternis dominijs plurima adiecit, vxorē habuit Basinam VVidelphi Thuringiæ Ducis filiam, ex cuius complexu, filios quatuor produci accidit, Phrisonem scilicet Alberonem, Reginaldum, atque Raucharium inter cætera autem eius edicta stricté sanxit, quatenus galli sui luxuriare comam finerent, quo scilicet sese à Romanorum iugo ac seruitute liberos palam contestarentur, cum hi econtra capillitium gestare in seruilis conditionis signum prohiberentur. Hinc etiam Clodio iste Francorum Rex crini siue capillati cognomen sortitus est, Ciuitates munitas admodum, & per antiquas Treuerim, Metas, Tullum vna cum aliquot Brabantiæ oppidis vi expugnauit, neruios, item circa Carbonariam syluam commorantes domuit, & è Romanorum potestate, eruit, Morinos præterea, & Hannoniæ prouinciam in suum ius virtute armorum redegit, Phriso huius maximus natu filius in quodam conflictu, sagittæ ictu fortuito percussus iuuenis adhuc, interijt, quæ res adeò patrem contristauit, vt statim febri admodum acuta corriperetur, & grauibus longo tempore doloribus confectus, ipse ibidem mortem obiret regni sui anno vicesimo. Sub mortem, dum quasi certo, eam sibi imminere præsentisceret, conuocatus Regni sui primoribus iisque præsentibus testamentum suum more auorum condidit, eoque præter reliqua, postquam vxorem ad liberalem, & tanto gradu dignam filiorum superstitum educationem, maternumque amorem & vicissim hos de amore in matrem filiali vna cum debito honore & reuerentia ab ijs exhibenda serio cohortatus esset, disposuit ac declarauit Merouingum (quem naturalem eius filium aiebant) equitum exercitus Regij fortissimum, maximeque fidelem Magistrum, eorundem suorum filiorum adhuc minorennium fore tutorem atque protectorem, simulque Regni donec ad ætatem legitimam peruenissent summum administratorem, quo eius prudentia, virtute & armis, quibus multum valebat, regnum ipsum cæteraque adiectę Prouinciæ à Romanorum, VVandalorum, & Gotthorum inuasione, direptioneque defenderetur. Ad quod quidem pro posse præstandum dum Regi sese sacramento constrinxisset Merouingus. Rex ipse vitam cum morte commutauit, & Cameraci terræ mandato eius corpore Epitaphio sequenti apud posteros memoria & fama celebri immortalitatē promeruit.

Basina vxor Clodionis Regis Franciæ.

Franciscus Rosieri Archidiaconus Tullen in suo Chronico.

Qua Pharamundus erat furioso marte metitus,
Clodius armata quæsijt arua manu.
Hic Tungros domuit, Celtas, sequanamque fretaui
Ac ligeris populis, prælia sæua tulit.
Gallorum iussit redimiri tempora longis
Crinibus, vt nomen cui coma longa dedit.
Romanos varia concussos cæde fugauit,
Ipse metus gallis, gloria, lausque fuit.

Tandem qui letho vincebat, febre subactus,
Concussusque simul corpore, morte luit.

Merouingus igitur Regiarum prolium possessionumq; earundem administer, fidei à se regi datæ egregiè respondens, virum se se præbuit ad annos complures strenuum, & ducem belli fortissimum, hostesque omnes à finibus Prouinciarum sibi concreditarum virtute, & armorum robore coercuit, adeoq; quidem vt eius nominis fama etiam apud Hunnos, Gotthos, Ostrogotthos, Nortmannos atque Romanos hostes suos infensissimos celebratissima redderetur, & nomen indies magis magisq; gloriosum. Dum porrò Regis filij ætate pupillari exacta eo prudétiæ & rerum gerendarum peritia pertigissent, vt alterius ad id subsidio non admodum indigere iudicarentur. Merouingus Regni Franciæ, & Prouinciarum adiunctarum gubernacula eatenus sibi imposita, in ipsos Regis filios præsentibus Regni proceribus libere resignauit, insinuans sese deinceps à tantis curis vacuum, velle sibi tantum in proprijs bonis viuere; Hoc ita accidisse, cum perspexissent Romani, quos eò vsquè temporis à Franciæ reliquarumque coniunctarú Prouinciarú limitibus, Merouingus præstanti sua virtute prohibuerat, copiosa militum manu conscripta, Regnum ipsum, & quicquid de iure Regiarum prolium erat inuadere, nec non depopulari meditabantur: cuius consilij Regni proceres effecti certiores Merouingum accedunt, obtestantes maiorem in modum, quatenus Regni propugnationem nomine filiorum Regis adhuc ad bella præsertim aduersus hostes adeò pugnaces gerenda nimis imbecillium, in se denuo suscipere vellet, & vti anteriori tempore fecerat, hostiles phalanges à suis finibus arcere conaretur. Tum Merouingus propriæ gloriæ & vtilitatis cupidine titillatus, quod conspiceret eos præsenti necessitate admodum arctari, nec habere ad manum, qui hisce in angustijs opem commodè ferret, sic consternatis sese neutiquam ipsorum esse Regem respondit, nec proindè posse, aut velle tanto cum propriæ rei, vt antea fecerat, dispendio, alienis seruire commodis. Illi quo eiusmodi protextus vergeret, prudenter aduertentes quamquam Regis filijs, vtpotè verè proprijs suis Dominis, fidelitatis fœdere obstricti essent, ijsdem inuitis, ac reclamantibus, quo Merouingi fœlicibus auspicijs hostium vim, & tyrannidem, iam iamq; ceruicibus ipsorum imminentem, euaderent, eidem sese, & omnia sua vna cum Regno vnanimiter dediderunt. Qua ex re iure merito Regina regiorum filiorum mater commota, in suæ natiuitatis locum, Thuringiam scilicet, tanquam securum à Merouingi grassatione asylum eos ablegauit, ne in perduellionis huius truculentas manus incidentes certam in necem incurrerent. Merouingus interim via isthac & occasione prælibata, Dominis suis, dominio priuatis, eorum possessiones occupauit, & Regni Francorum diademate insignitus, ab omnibus subditis in Regé susceptus, Regni quosuis hostes breui tempore expugnauit.

Paucis inde transactis annis Albero Regis filiorum primus, prouidéque Regni hæres indubius, ætate, corporis robore, & animi virtutibus abúdè præstas, de modo tractare cœpit, quo iniuriá sibi à Merouingo illatá vindicare, nec non Regnum aliaque dominia nequiter ab eodem occupata, denuò recuperare posset, atque in hac quidem consultatione occurrit nihil præsentius, quàm vt ami-

citiam iniret cum infensioribus Merouingi hostibus: Hinc itaque Argottam Theodemici Gotthorum Regis filiam matrimoniali sibi vinculo copulauit, & tum soceri sui ope, auxilioque non minimam patrimonij partem à Marcomiro detentam, & occupatam ex hostium faucibus eripuit, nominatim autem Ardennam, Alzatiam inferiorem, Brabantiam, Cameracum, atque Tornacum sua postliminio effecit, vnde & Regis Cameracensis vocabulo nuncupatus dicitur. Ex vxore porrò Argotta prænominata, VVaubertum; & præter hunc quatuor filios suscepit, qui omnes præter primum VVaubertum è viuis in infantia excesserunt. Solebat autem Albero vt plurimum nemus carbonarium incolere, inque eo gentilitio ritu Idolis sacrificare. Vt verò Merouingi manus ipsi continuò insidiantis euadere posset, Montem Hannoniæ Metropolim in densissimarum syluarum medio sibi in propugnaculum fortissimum exstruxit, vbi pro maiori temporis parte agens, rationem secum sollicitus inquirebat, qua totum Regnum insolidum in suam reduceret potestatem, nec non ipsum Merouingum vna cum posteritate ad internecionem deleret, qualem itidem cogitationem ipse Merouingus in Alberonem & eius parentelam gerebat. Iste tandem Merouingus dispositione facta bonorum suorum, in filiorum quos in filia Regis Burgundiæ vxore sua procreauerat, fatis concessit, eoque defuncto Childericus natu maximus filiorum ei in Franciæ Regno successit Anno Domini circiter 458. Hic Childericus in ipso Regni initio turpem admodum, sordidam & impudicam vitam ducebat, adeo quidem vt nobilium & procerum Regni sui passim thorum maculare non vereretur, sed eorum vxores ad libidinem secum exercendam pertraheret, quo nimis improbo agendi modo, subditorum in se accerrimum prouocauit odium, ita vt etiam ad Regem inuadendum arma corriperent: Childericus itaquè anno Regni sui quarto dum in eas deuenisset angustias, vt sese à propriorum subditorum impugnatione propugnare non posset, neque vspiam per amplissimum Regni sui spatium securus consistere, fugam secreto inijt, Metamque ciuitatem petijt, vbi à Gubernatore supremo honorifice admodum, & regio apparatu exceptus, hospitio aliquamdiu commoratus est. Interea verò ad pristinam vitæ spurcitiam rediens loco gratitudinis in hospitem rependendo, in vxoris eius amorem vehementer exarsit, eamque amplexibus adulterinis turpiter fœdauit.

Rex Cameracens.

Franci porrò, vt Regem suum turpiter aufugisse compererunt, Gunebaldi cuiusdam summæ apud illos auctoritatis viri consilio & suasu Gilettonem tunc Regni vicini Suessionensis nomine, Romanorum supremum Gubernatorem in Regem Franciæ delegerunt, & in Throno Childerici desertoris Regis sedere fecerunt. Hic itaquè Rex franciæ effectus, prioribus octo annis magno cum omnium applausu regium munus obiuit; verum isto iam tempore satis tranquillo exacto, tyrannide intollerabili in suos grassari exorsus est, atque id præsertim exactiones extorquendo tantas, donec penè nihil amplius eis restaret, vnde commodè sese sustentare possent: hinc illi in seditionem conuersi aduersus Regis improbitatem arma corripiunt, & quod prece non poterant obtinere, eum ab incepto manu valida fortiter cohibent. Tum Childericus eatenus Regno destitutus & absens spe recuperandi eius præconcepta ad locum suum vnde fuga sese præripuerat reuersus

Gilettones in regem Franciæ à clero eligitur.

uersus

uerſus, ad ſceptra priſtina poſtliminio per Regni proceres, aliosq́ue ſubditos honorificè admiſſus eſt, ac deindè aduerſarium ſuum Gilettonem Regni inuaſorem, qui iam Aurelias vſquè limites Regni dilatârat, repreſſit, & à Francorum oppreſſione vlterius exercenda cohibuit. Similiter in quoſuis Regni hoſtes arma vibrans, præſertim autem cum Clodionis poſteris continuum bellum gerens, prudenter admodum & fortiter ſeſe Childericus Rex habuit, vnde & aduerſariorum copias, fudiſſe, ſuperaſſe, & fugaſſe eidem non raró accidit. A reditu inſuper ſuo in Regnum benignus, atque manſuetus in ſubditos extitit, quare & ſui viciſſim cum magno affectu honore, atque officijs quibuſlibet in finè vſque proſecuti ſunt.

Childerico e viuis ſublato, filius ipſius Clodouæus ætatis anno decimo quinto Regiam dignitatem adeptus eſt. Cumq́ue necdum è Paganiſmo ad fidem chriſtianam acceſſiſſet, Gundebaldi Burgundionum Regis neptem, forma elegantem, ſummæq́ue prudentiæ puellam ſibi in coniugem expetijt: at Burgundiæ Rex primo quidem ideò renuit, quod Clodouæus veræ religionis eſſet exors, poſtmodum tamen, vbi mediantibus quibuſdam amicis ſponſione facta à Clodouæo de abiurando Paganiſmo, & Religione Chriſtiana amplectenda inſtantius rogaretur, Burgundiæ Rex petitioni Clodouæi annuit, eiq́ue neptem in ſpōſam tradidit. Clodouæus igitur voti compos effectus, & Regio apparatu apud Sueſſiones ſuſceptus eſt: Veruntamen promiſſi immemor ad Idolorum vt antè culturam redijt, in eaq́ue perſtitit donec diuinitus ad frugem meliorem quodammodo compelleretur: Nam cum Germanos bello aggreſſus eſſet, & in maximum vitæ incurriſſet periculum, votum Deo mente tenus nuncupauit ſeſe Chriſtianæ religioni circa vlteriorem moram nomen daturum, ſi diuino munere iſthoc periculo liberatum victoriam de inimicis obtingeret reportare. Vicit igitur & ilicò per miniſterium D. Remigij Rhenenſis Eccleſiæ antiſtitis ſacro ablutus Babtiſmate, ac conſequenter oleo cælitus per angelū allato in Regem inunctus eſt & inſuper in lilia aurea è cœlis à Deo demiſſa, Regis inſignia, quæ priùs buffones præferebant, fuere immutata.

Clodouæus itaque francorum Rex, poſteaquam Chriſtianorum albo cooptatus eſt, mirum quam glorioſus euaſerit, quamq́ue proſperum in bello, quod ipſi potiſſimum cum Brabantiæ, & Flandriæ conterraneis intercedebat, ſucceſſū obtinuerit Præfixerat autem vicibus ſuis perfuncturum (ob locorum maximā *Anaſtaſius*
intercapedinem) dictis Brabantiæ, & Flandriæ prouincijs Auſtraſium quendam, *Dux.*
qui eam ob rem Tungrorum, Brabantiæq; ſeſe Ducem indigetabat. Hic Auſtraſius ab Alberone, & fratribus atroci pugna inuaſus, adeò fortiter obſtitit, vt parta de hoſtibus victoria, ipſi inſuper Alberonis fratres ab ipſo vincti caperentur, quos & ipſe protinus adhibitis cuſtodibus, ad Franciæ Regem deſtinandos curauit. Rex porro captiuos hóſce vt conſpexit ad ſe adductos, in furorem conuer- *Maxima*
ſus diſtricto gladio manu propria eoſdem trucidauit, & exindè regnum ac *crudelitas*
poſſeſſiones ipſorum neminè obſiſtente inuaſit, vſurpauitq́ue. *Regis.*

Cum huiuſmodi cædem in Clodionis poſteritatem exercuiſſet Clodouæus, ratus totam eam proſapiam è medio hac ratione ſublatam, ipſum Auſtraſium potioribus quam ante muneribus honorauit, atque dominia quamplurima eius

fortitudine Regi acquisita: Regnum Austrasij vocari voluit, ex quo quidem tempore, & deinceps donec Regnum istud in diuersas, variasque partes secaretur singulisq; Dominis ipsæ assignarentur singulæ, eiusmodi nomencaturam obtinuit, fuit autem istud Austrasij Regnum longè vastissimum, complectẽs nimirum Prouincias admodum grandes & illustres perplures, vtpotè à finibus superioris Burgundiæ initium ducens, finem verò sortiens in mari Frisiæ, atque suo sinucõplectens, quicquid interRhenum & Schaldim nominatissimos fluuios situm comperiebatur, Vltraiectum scilicet cum appendicibus, Coloniam Agrippinam, Treuerim, Maguntiam, Metas, Verdunum, Tullum, Brabantiam, Gueldriam, Cluneam, Hollandiam, Zelandiam, Hannoniã, Agrum Leodicensem, Luxemburgum, Alzatiam, Palatinatum, Ardennam, Barrum, Ducatum Lotharingiæ, isti inquam limites, seu potius partes extitere Regni Austrasij, quod modo videmus in quam plurimas partes dominia & principatus dissectum.

Regnũ Austrasij amplissimum olim.

Dum hæc sic sese haberent, solebat interdum Clodouæus fingere dolorem de eo, quod Clodionis stirpem tanta crudelitate occidisset, atque ideo sese optare aiebat, vt vel vnus inde oriundus superesset, quæ quidem subdolus eo proferebat consilio, vt si fortassis quisquã blanditijs eiusmodi illectus prodijsset, hunc vti cæteros protinus è medio tolleret: Sciebat namque propria redarguente conscietia, nullo iure Regnum sese Franciæ occupare, quod omnino ad Clodionẽ eiusque posteros certò spectabat. Stragem porrò à Clodouæo exercitã euaserat. VVanbertus Alberonis ex Argotta, vti antea diximus, filius, adeoque Clodionis capillati ex filio nepos, qui interdum Belgicas ditiones, quas à patre hæreditauerat, incolebat, interdum verò in ijs Aquitaniæ partibus quas à matre sua Theodorici Regis Italię sororis acceperat, degebat. Hic Lucillam Zenonis Imperatoris filiam vxorẽ duxit, ex qua filios suscepit duos, Anselbertum videlicet & VVanbertum. Hos Merouingi posteri subuerentes, ne aliquando successu temporis in Clodionis aui ipsorum Regna, & possessiones postliminio redirent, conati sunt, vti cæteros, neci dare. At pater eorum VVanbertus, eorum insidiarũ factus certior, filios suos præfatos Romam ad Zenonem Cæsarem ipsorum scilicet auunculum ablegauit, à quo vt & à Theodorico Argottæ auiæ eorundẽ fratri per quam honorificentissimè, prout eorũ postulabat cõditio, suscepti sunt, & ab omni periculo insidiantiũ hostiũ erepti.

Lucilla soror Rosiers Zenonis.

Romani, vt Imperatoris nepotes in vrbem appulisse compererunt, accepta exinde Augusto congratulandi causa ipsos in senatorum ordinem asciuerunt; ad quod quidẽ munus vocati, dum iam in viros excreuissent, egregijs effulsêre virtutibus, nec non tam in bello, quàm in pace iurium Cæsareorum tuendorum munere sese exhibuere præstantissimos. Ex quo etiã prout decebat, Imperator ipse nõ modo naturali, verum etiã singulari, veroque eorum virtutibus dignoamore ipsos cõplectebatur, VVanbertus tandẽ pater horum rebus humanis exemptus est, Annũ Domini circiter Quingentesimũ vicesimum octauum, cui & subsequẽs insigne Epithauium posuerunt superstites amici.

Anselbertus & VVanbertus Senatoris Romani.

Qui deos quondam coluit paganos
Ritibus doctus, fide christiana
Clarius multo patribus peregit
Aurea sæcla.

Franciscus Rosiers Archidiaconus.

Regi-

Regibus natus, ducis ampla gesta
Posteris liquit, fideiq; zelo
Præsules natos pietate summos
Protulit orbi.
Inde Romanæ regionis alma
Prodit Ansbertus sapiens senator,
Cuius ex ortu tetigit choruscans
Sydera virtus.
Non pater tantum solio ducatus
Splenduit terris animosa proles,
Sed pari diuum numero relata
Numine fulsit.
O satis fœlix Lotharena tellus,
Quæ Duces tantos genuisse digna es
Gentium Diui, quibus & rebelles
Terra dedere.

Zeno Imperator, summæ prudentiæ, quantum ad Rempublicam politicè administrandam, vir, sed hæresi Arriana infectus, anno Imperij sui decimo septimo mortē obijt, cui in ea functione Anastasius itidē pessimus hæreticus suffectus est, hic in Christianos vereq; fidei cultores tāta rabie grassatus esse dicitur, vt vel eius rei relatio horrorē humanis afferat mentibus: solebat autem in sedis Apostolicæ contumeliā istiusmodi sententiā proloqui: Nos pontifici & alijs iubere volumus, non autem ab aliis iuberi: Tandem temeritatis suæ iustas exsoluens pœnas, fulmine desuper à Deo percussus interijt miserè. *Zeno Imperator Arrianus. Anastasius Imperator pessimus hæreticus.*

Horum Augustorū tēporibus Sancti Mammertus Viennæ, & Remigius Rhemis Galliarum ciuitatibus, præsules vitæ sanctitate, & sapientia clarissimi effulserunt. *Sanctus Mamertus Sanctus. Remigius.*

In impij Anastasij Imperatoris locū, Iustinianus pijssimus sacratissimusq; Catholicæ religionis propugnator subrogatus, statim oēs Arrianæ perfidiæ Episcopos sedibus suis exturbauit, & ab his prius eiectos in exiliū Catholicos summo studio reuocari curauit, nec nō singulos suis restituit Ecclesijs, fauoreq; e summo, quoad vixit, prosecutus est, Iustiniano Cæsari christianissimo anno dominicæ incarnationis Quingentesimo vicesimo octauo, ex hac mortalitate subtracto, Iustinus eius ex sorore nepos succesit. Hic prædecessoris sui nepotes prætactos, Anselbertū & VVanbertum magno coluit affectu, honoreque affecit singulari, eorum præsertim infortunio condolens, quo ab auita hæreditate per Merouingorum tyrannidē explosi essent, atque natale solum deserere coacti. *Iustinianus pijssimus Imperator. Iustinus Imperator.*

Regnabant eo tempore in Francia quatuor Clodouæi filij, Theodoricus, Clodomirus, Clotarius & Childebertus, qui ex æquo paternam hæreditatem patre defuncto inter se diuiserāt, horū natu maximo Theodorico nomine, licet illegitimo concubitu procreatus, obtigit Austrasij Regnū, & quia Metis pro maiori tēporis parte residere solebat, Rex Metensis vulgo cognominabatur. Erat aūt hic simul Lotharingiæ inferioris Dominus, necnon & sacri Romani Imperij super Schaldim Marchio. *Quatuor fratres eodē tempore Reges Frāciæ.*

Porro

Porro Clodomirus Aurelianensis, Clotarius autem Suessionensis, Childebertus verò Parisiensis, Reges effecti sunt. Hi quidem etsi ægrè ferrent, fratrem suum Theodoricum ex concubina Arileca vocabulo natum, partem etiam cum ipsis in paternis bonis accepisse, cum tamen ab eius temporis moribus minimè abhorreret, ferendum existimârunt, donec ipso Theodorico è viuis sublato, eius vnicū filium Theodobertum parte illa per hæreditariam successionem ipsi obtigēte inito consilio priuare decreuerūt. Quæ equidem conspiratio statim atque ipsi Theodoberto inno.uit, vt sese aduersus imminens periculum oportunè communiret, generi sui Caroli Hasbani Tungrorum Ducis, vtpotè vnicæ filiæ suæ Clotildis nomine mariti, auxilium implorauit.

Carolus Hasbanus Dux Tungrorū Gener Regis Metensis.

Carolus igitur Dux, sua etiam id negotij interesse ratus, nihil prius, nihil antiquius habuit, quam vt Regi socero suo suppetias ferre studeret, atq; inprimis visum fuit non inconsultum fore vt ad Cæsarem mitterent, eiusque fauorem auctoritatemque instantins implorare præuenirēt, atque vt certius voto potirentur suo, obtulit ipse Austrasius Rex, tam proprio, quam posterorum nomine regnum suum fieri Imperio feudale, Eiusmodi igitur à Rege, Duce, & proceribus habito consilio, legatio imponitur ipsi Carolo Duci apud Cæsarem obeunda. Qua lubēter suscepta prouincia, cum potestate plenissima tractandi, & conueniendi cum Imperatore, dummodo pacatè Regnum suis maneret possessoribus, Carolus, Tungrorum Dux iter ingreditur Constantinopolim versus, eo vt deuenit, ad audientiam Imperatoris admissus, aduentus sui causam mira verborum eloquentia exposuit, nec non pro subsidio, auxilioque enixissimè supplicauit. Tum Imperator à re proposita diuertens; Miror (inquit ad Carolum Ducem) socerum ac dominum tuum, cuius nomine legationem istam exequi decreuisti, ea vti temeritate, vt nostram sacri Imperij Marchiam ad Schaldim sitam (continentem videlicet sinu suo Antuerpiam, Gandauum, Teneremundam, Tornacum, Mortaigne, Condeū, Valencenas, & castra circum ex vtraque parte fluminis constituta) contra æquitatem, & præter Imperialis nostrę maiestatis scitum, & consensum vsurpare audeat, cum hæc non ad Francorum: sed ad Romani Imperij iura indubitatè pertineant.

Carolus Dux ad Imperatorem mittitur.

Marchia ad Scaldim membrum imperij.

Ad hæc Cæsaris verba supra quam dici potest obstupuit Dux Carolus, qui ea de re nullā̄m prius audiuerat quæstionem. Resumpta tamen loquendi fiducia, eiusmodi responsum modestissimè dedit Imperatori Augusto. Scio equidem, ô inuictissimè Cæsar, Theodobertum Austrasiæ Regem, patrem ad Dominum meum sacri Imperij Marchiam super Schaldim obtinere; attamen non ita in eius possessionem deuenit, vt eam à quoquam vi, aut armis per iniuriam extorsisse dicendus sit, sed quod ab Auo suo Artsardo (cui in perpetuam hæreditatem Constantius, magni Constantini Pater eandem donauerat) vt hæres legitimus post alios intermedios successerit. Ad quod Imperator. Non inficior (inquit) Constantium prædecessorem nostrum, Duci Artsardo in recompensam obsequiorum Imperio præstitorū Marchia ista honorasse, verum sic vt ad eius posteros, eo vita functo transiret, cùm non hæreditariè, vti dicis, sed tantum ad vitam suam eiusmodi Cæsarea munificentia fuerit auctus: vnde & iure merito foret integrum Imperatori dictam Marchi-

Artsardus abauus Caroli Ducis Tungrorū.

Marchiam in suam redcere potestatem. Carolus dux verbis, & rationibus Cæsaris pene conuictus, summoperè verens, ne si vlterius in defensionem iuris soceri sui Regis quicquam replicaret, non solum nihil ea in re proficeret, verum etiam in indignationẽ Cæsaris incurreret, atque ideo cũ omni spe subsidij, quod expectebat, frustraretur, prompto & alacri animo, quidquid iuris in Marchia super Schaldim Theodoberto cõpetebat, in manus cæsaris resignauit. Hinc postera die, confidentibus quam plurimis Principibus, & imperij proceribus, ipso etiam Duce Carolo præsente, Imperator nepoti suo ex filia Anselberto senatore Romano, eo temporis in aula agente, Marchiam sacri imperij super Schaldim in hæreditatem perpetuam pro se, & posteris suis consignauit, eumq́ue de eadem solemniter inuestiuit, reseruata nihilominus circa eam Romani Imperij suprema auctoritate. *Anselbert. Senator Romanus fit Marchio sacri Imperij ad Schaldim.*

Isthæc, vt perãcta fuere, Imperator Regi Theodoberto adiutorium, quod aduersus patruos suos expetierat addicit, & eius Regnum vna cum Lotharingia inferiore, sub suam recepit protectionem, atque consequenter Carolus Tungrorum Dux ex parte Regis Theodoberti soceri sui, illud à Cæsare feudum, prout condictum erat, accepit. Denique cùm ad aliquot inde dies Carolus Dux à Cæsare fuisset humanissimè tractatus, tandem vt ad Regem Theodobertum regrederetur dimissus est, dato ei, & adiuncto in itineris comitem Anselberto, senatore sacri Romani Imperij, recens creato Marchione. Mandauit autem Imperator strictissimè suis literis, ad Suessionensem, Parisiensem, & Aurelianensem Reges datis, ne deinceps quicquam Regi Austrasiæ Theodoberto ipsorum nepoti molestiæ inferre, ratione sui Regni præsumerent, quippe cuius propugnationem, aduersus quoslibet infestantes, tanquam membrũ insignis Imperij nuper effectũ susceptisset. Ipsum denique Theodobertum hortatur seriò, quatenus deinceps omni iure in Marchiam super Schaldim nudatum se esse profiteatur, necnon transactionem siue resignationem dictæ Marchiæ per Carolum Ducem, nomine eius factam, ratam habeat, & perpetuis temporibus valituram: Cui mandato Cæsareo lubens acquieuit Rex Theodobertus. *Imperator Regnũ Metense sub suum protectionẽ suscipit.* *Anselbert. Marchio et Carol. Dux redeunt in Franciam.*

Porrò cum in Franciam Dux Carolus, vna cum Marchione Anselberto, & numeroso nobilium comitatu appulissent, Clotarium in primis Suessionæ Regem adierunt, eique Cæsaris voluntatem, & decretum insinuârunt. Clotarius igitur Rex, vt Anselbertum tantæ esse apud Imperatorem æstimationis perpendit, ratum, gratum, & inuiolabile habuit Cæsareũ decretum, necnon filiã suã Blitildam in amicitiæ incrementum, maioremq́ue firmitatem ipsi Anselberto Marchioni in vxorem tradidit, cum qua deinde & reliqua familia Tungros à Carolo Duce deductus, ab eodem admodum honorificè ipse Anselbertus exceptus, & exhibitus est. Indè tandem in Brabantiam profectus, Marchiæ sibi hæreditariè à Cæsare collatæ possessionem accepit, eique magna cum prudentia, & omnium congratulatione præfuit. *Anselbert. accipit Blitildã filiam Clotarij Regis in vxorem.* *Anselbertus possessionem sua hæreditaria Marchiæ accepit.*

Excitauit autẽ Anselbertus ex vxore sua Blitilda, Clotildæ Clotarij Suessionũ Regis filia, proles masculinas quatuor, & vnam fœmellam, Anchisen scilicet alias Arnoldum, qui patri in Marchionatu successit, Ferioldum qui Episcopus Traiectensis, & Martyr effectus est, Medericum Episcopum Antisidiorensem, Condul-

B phum

Feriolinus Episc. Treuerens. Madericus Episcopus Altisiodor. Tarsita Virgo. S. Benedict Abbas S. Scholast. S. Brigitt. S. Patrit. S. Maurus S. Leonar. S. Columb. Priscianus Initiū Ducatus Mosellani.

phum, & Tarsitam, quæ vitam in virginitate ducens, & diuinis obsequijs singulari deuotione intenta sanctorum albo inscribi meruit.

Viuebant ea tempestate, insignia Ecclesiæ Christi columina Sanctus Benedictus Abbas monastici ordinis in occidente institutor, & Dux celeberrimus, sancta Scholastica eius soror Abbatissa, Brigida virgo nobilissima Scotiæ, Patritius Scotiæ Archiepiscopus, Maurus Abbas, Leonardus Monachus, Columbanus Abbas alijque viri vita & sanctitate clarissimi, Priscianus vir longè doctissimus.

Accidit autem vt Clotarij ambo fratres Germani scilicet Clodimirus Aurelianensis, & Childebertus Parisiensis Regis absque prolibus morerentur, similiter & Theobaldus Theodoberti filius Austrasiæ Rex, vnde ipsi Clotario superstiti adhuc iure propinquitatis omnes omnino dictorum defunctorum possessiones obtigerunt, adeoque ipse totius Regni Galliæ Monarcha euasit. Quod cum sibi præter expectationem, & ex inopinato contigisse consideraret, munificum sese Anselberto Marchioni genere suo exhibere decreuit, eidemque vniuersam Mosellæ Prouinciam, agrum mosellanum à Metensi ciuitate, Coloniam Agrippinam versus ducentem, & eum qui nunc Luxemburgicus dicitur, cum vicinis quibusdam alijs territorijs comprehendentem possidendum tradidit. Demum Clotarius ipse graui infirmitate tactus, & sibi mortem esse vicinam aduertens, in hæc verba cum suspirio prorupit. Vah quàm metuendus est cœli Deus, qui sublimiores terræ Reges suo subuertit nutu. Quibus dictis statim animam in faciem prouolutus efflauit.

Wanbert. Regis Italiæ filiam Clotildem in vxorem accipit.

VVanbertus Romanus Senator Anselberti germanus frater, patri VVanberto iam defuncto in Ardennæ: & Hannoniæ principatibus successit ac Clotildem Almarici Regis Italiæ filiam eleganti specie virginem sibi matrimoniali vinculo copulauit. Huic Clotildi quamuis non modica suppeteret occasio, vnde in luxu & mundi delicijs vitam duceret præsentem, à spiritu tamen dei præuentâ, omnes carnis illecebras forti, & constanti animo despexit, & magnam vitæ pietatem cū coniugali castitate coniunctā seruauit, ieiunijs insuper alijsque corporis attritionibus, nec non largissimis in pauperes eleemosynis perpetuo intenta, Quibus quidem Christianæ pietatis officijs in tantum apud homines eius opinio profecit, vt dum diem extremum clausisset, nullus dubitaret eam ad cælestem perpetuam mansionem à Deo bonorum remuneratore esse assumptam. Nec id quidem immerito, relucebat enim in ea, quam diu in hac mortalitate egit, totius virtutis, & sanctitatis gratia, adeò, vt non solum propriam salutem sollicitè curaret, sed & maritum præcipuè, & filios, quos binos ipsi pepererat, singulos prout eorum exigebat status, & conditio, ad vitam iustè, piè, & sobriè traducendam exhortaretur.

Laudes Clotildis.

Qua ex re plurimum delectatus VVanbertus eius maritus, & ipse in pietatem valdè propensus, tanto eam amore complexus est, vt ea præmaturè ad alteram beatioremque vitam euocata, nullatenus ad secundas transire nuptias consentiret, sed potius ab omni coniugis consortio separatus, ea tantum quæ domini sunt animo recogitaret, & factis studiosè in cælibatu persistens exprimeret. filij similiter pietatis & religionis maternæ insignes imitatores, ea præstiterunt,

quæ talium parentum gnatos condecebat: Horum prior VVanbertus nomine, patri in dominijs suffectus est. Posterior verò Brunulphus vocabulo Cambresij Comes euasit, habuitque filium Brunulphum etiam nuncupatum, qui consequenti tempore Lydulphum sanctæ Agyæ principissæ Hannoniæ maritum genuit. De horum rebus gestis latius agere, cum mei in præsenti non sit propositi, supersedendum arbitror, & ad institutam seriem, siuè genealogiam Luxemburgensium Principum prosequendum, vnde paululum digressus sum, redeo.

Anchises igitur, qui & Arnoldus cognomento Buggisus Anselberti senatoris Romani Marchionis super Schaldim, agrique mosellani prout diximus Domini VVanberti senioris, ex Lucilla zenonis Imperatoris filia maioris natu filij primogenitus, vxorem accepit Odam Guizonis Ducis Suæuiæ filiam, & patri suo Anselberto paulo post defuncto eiusmodi Epithaphium posuit.

Franciscus Rosiers Archidia. in. Tullen.

Vagos Mosella fluctus extollas tuos
Sublimiori olympo, qua Anselberti Ducis
Rigas solum natale. Tu Tyberis quoque
Flauas arenas alueo vomas tuo,
Cui Roma quondam sibi Senatoris loco
Voluit praeesse Mosellanum Principem,
Arcus triumphales, Roma, tui corruant,
Sit martius campus, sit circus maximus
Desertus, almis bellatoribus suis
Iam procidant Capitolij fastigia,
Quid est enim, lector nobis praeclarius
Virtute, qua magnus Princeps hic floruit?
Cedant, & ò victi, arua vestra flumini
Claro mosellano multis paribus iugis
Arata fortium boum, qui fertilem
Lotharingiam nunc faciunt lectis segetibus,
Aquilas amicas habuit, sed & lylia
Collegit, ac fortunam vicit acriter:
Quin prole suscepta vixit beatius,
Virtutibus claris decumbit glorius,
Quaeso, viator, quid restat tanto Duci
Nisi vt sit ex Heröe factus nunc Deus?

Defuncto itaque Anselberto senatore Romano, necnon Marchione, vt præfertur, super Schaldim, eodemque Agri Mosellani Domino, possessionũ eius hæres vniuersalis effectus est Arnoldus, siue Anchises, quẽ supra ipsius primogenitũ fuisse

 ostendi-

Arnulphus Dux Mosellanus & Marchio sacri Imperij. Modoaldus Archiepisc. Treuerensis. S. Wandal. Monachus. S. Seuera Abbatissa Monasterium Mettense à quo fundatum.

ostendimus, procreauitque ex conthorali sua Oda, Sueuiæ Ducis filia, filios tres, & quatuor filias, videlicet Arnulphum principis successorem, Modoaldum Archiepiscopum Treuirensem, Vvandelinum sanctissimum Monachum, Afram sanctam, Seueram sanctam Abbatissam Treuirensem, Odam, & Guizam, Geruini ducis Lotharingiæ vxorem. Iste Geruinus fundator extitit amplissimi Monasterij Mediolacensis super Saram Fluuium, ordinis Diui Benedicti.

Regit autem Anchises, siue Arnoldus vnà cum vxore bona, quæ ipsi hæreditario iure obuenerat, annis quam plurimis, & donec senio iam inciperet confici, Spiritu sancto, quo penè tota eius soboles erat iam præuenta, inspirante, petita, & accepta à coniuge facultate, spretis mundi diuitijs, in eremum concessit, atque inibi Domino Deo sanctè, & sedulo seruiuit, & tandem dierum plenus, annum Domini circiter sexcentesimum nonum Creatori reddidit animam.

Hoc etiam æuo Ecclesiam Dei sanctitate vitæ & sapientię doctrina illustrabant sanctissimi viri, Goar Treuerensis Gallus, Abbas Rupertus, Remaclus & Eligius Episcopi.

Arnulphus Marchio fit heremita. S. Goa. Tr. S. Gal. Abb. S. Rup. Episc. S. Elig. Episc.

Arnulphus denique Anchisis filiorum natu maximus, luctu super mortem prędilecti patris exacto, cœpit & ipse eodem quo pater in vitam religiosam, & à mūdi strepitibus remotam propendere animo: adeò, vt nisi bonum publicum cuius procurandi onus ei incumbebat, & amicorum preces, & dissuasio obstitissent, ipse protinus cunctis possessionibus dimissis, religionis monasticæ statum arripuisset: Veruntamen vt se non sibi soli natum, sed maximè reipublicæ causa laborandum audisset, consulentium placitis potius, quàm opinioni propriæ acquiescere elegit. Proinde cum ipsas à patre sibi obtingentes Prouincias, vtpotè Marchiam super Schaldim, & Mosellanum dominium, tum etiam alia aliunde sua effecta magnas scilicet Aquitaniæ, & Regni Austrasiæ partes subijt administrandas, necnon Dodam, Vviberis comitis Bononię filiam, in coniugium accepit: Quinetiam cum cum Clotarius Francorum Rex, ob eximias, qui in eo relucebant virtutes, & sapientiam summo prosequereretur amore, ipsum in magnum palatij sui Regij, Maierum

Anchises fit Magnus Maior. Pal.

assumpsit, necnon eum simul in adolescentiæ filij sui Dagoberti moderatorem ordinauit, cuius etiam præclara institutione Princeps euasit Dagobertus laude dignissimus.

Arnulpho Principi peperit vxor filios tres, Clodulphum Ducem Mosellanum, & Comitem Palatinum, Anchisen sacri Imperij Marchionem, & Vvalchisum seneschalem, & Comitem Verdunensem, qui filiam habuit sanctam VValtrudem.

S. VValtr.

Arnulphus fit heremita et vxor eius fit monialis Treuer.

Ipse verò Arnulphus, dum complures annos munus sibi incumbens maxima cum laude obiuisset, secularis principatus, & eius pompis pertæsus, cū vxoris cōsensu eremum petijt, vbi summa cum vitæ austeritate, & corporis maceratione Dei obsequijs totus intendit. Similiter & eius vxor pij coniugis vestigia insequēs. Treueris Monialium ingressa est Cœnobium, atque inibi ieiunijs, vigilijs, orationibus, & alijs religiosis exercitijs reliquum dierum suæ peregrinationis absoluit, & cum laude, non sine sanctitatis opinione, animam Christo Domino reddidit.

Arnulphus heremita

Dum Arnulphus summus quondam in sæculo Princeps, eremum, in pietatis operibus, plurimum temporis incoluisset, & eius sanctitatis fama longè, lateque

pe-

per orbis partes diuersas percrebuisset, accidit, vt defuncto eo tempore, Metensis ciuitatis præsule, magno cleri & populi consensu ipse Arnulphus eremicola in defuncti Episcopi locum surrogandus postularetur. *postulatur in Episcopum Metensem.*

At ipse, honorum, quorumlibet sæculi huius cōtemptor pridem effectus, & suas in id functionis vires omnino impares esse reputans, cœpit in primis munium ad se delatum, perquam modestè deprecari: Verum vbi nulli tergiuersationi locum esse aduertit, ne in hac electione Spiritui sancto resistere videretur, tandem humeros oneri isti subeundo humiliter supposuit, & cum denique ea animi magnitudine & constantia, talentum sibi creditum impendit, vt dignam pro erogato in populum Dei spirituali tritico, à summo patrefamilias mensuram percipere mereretur.

Veruntamen Arnulphus Episcopus Metensis post multos in præsulatu exantlatos labores, & viribus penè exhaustus, dum seipsum ad persistendum eo in munere minus iudicaret idoneum, de eo abijciendo cœpit animum adijcere, & ne tamen Ecclesia, Christi sponsa sibi catenus concredita, & desponsata, ipsius discessu quid pateretur detrimenti, curam in primis habuit, de viro digno in locum suum substituendo, & cum hæc animo agitaret, commodè occurrit ipsius cogitationi, Goyerus prorex Aquitaniæ, ob egregias animi, & corporis dotes, eo præsulatu longe dignissimus: in hunc igitur, dum Episcopale officium legitimis modis resignasset, dilectum eremum repetijt, & pristina austerioris vitæ, & contemplationis exercitia resumpsit, & tandem senio confectus circa annum Domini 604. vitam mortalem, cum immortali commutauit. Sed id, antequam ei euenit, paulò antè scilicet, quàm hinc emigraret, Anchisen Sacri Romani super Schaldim Marchionem, filium suum ad se vocatum, Dei timorem antè, & super omnia habere seriò docuit, & vt in omnibus actionibus suis diuinam retributionem recogitaret, vtq; hoc, quasi fræno semetipsum ab omni iniustitię nęuo custodire monuit: Tū etiā illi mandauit, vt Beggam, Pipini primi, cui Carolomannus Tungrorum, & Brabantiæ Rex Pater erat, filiam in coniugem expeteret, & acciperet. Quæ quidem paterna imperia, cum ad impletionem sanctè spopondisset Anchises, placidè obdormiuit Arnulphus eius parens, Metensis quondam Episcopus in Domino. Cuius insequenti tempore, corpus à successore Præsule Metas adductum, & terræ, digna omni veneratione, mandatum est. *Arnulphus Episc. redit ad heremū & moritur Anno 604*

Beggam itaque Ducis Pipini primi filiam, dum amicorum interuentu sib, Anchises matrimoniali fœdere copulari obtinuisset, consecutus est cum eadem dotis nomine, Ducatus binos, Tungrensem nimirum, atque Brabantiam: ex quo illud accidit, vt deinceps cum Marchionatu sacri Imperij super Schaldim incorporati haberentur. Peperit autem Begga, viro suo Anchisi, Pipinum, agnomine Herstallum, ea vt fertur ratione, quod fortuito casu, in loco eius vocabuli, eum mater in hanc lucem ediderit. Fuit autem Begga isthæc virtutibus heroicis pollens, atque adeo sexus sui conditionem, præstantia vincebat, & sublimitate animi, præter cæteros eius insignes actus; Castrū etiā quoddā in Ardennæ partibus à fundamentis extruxit, cui nomen indidit Andagium, eique Parochialem Ecclesiam vicinam apposuit, quę postmodum pluribus aucta ædificiorum, & redituum cōmoditati- *Begga Pipini filia.* *Begga extruit in Ardenna Andagiū. quod modò S.*

Huberti fanum.
Beringerius primus Abbas Monast. S. Huberti.

d tatibus Diui Huberti Episcopi ordinatione, & iussu monachis ordinis Diui Benedicti possidenda tradita fuit, constituto inibi per prælibatum Diuum Hubertũ, admodum religioso viro Beringerio, qui pridem ei sacellanus, fuerat in Abbatem, & gregis monastici ducem & pastorem: Hinc exordium duxit monasterium illud quod & hodie celeberrimum persistit, à sancto Huberto nomen trahens.

Beggæ porrò viam vniuersæ carnis ingressæ epitaphium eiusmodi comperimus positum.

Begga Epitaphium.

Begga Ducissa fuit, genitrix quoque germinis huius,
Quæ fuit Anchisæ fælici fœdere iuncta.

Anchises denique Beggæ maritus summa erat in pauperes liberalitate, adeo vt data sibi eis benefaciendi occasione, eam facilè sibi non pateretur excedere, vnde quadam die (vt de eo legitur) dum puerulum quendam recens natum omni destitutum hominum cura expositum conspiceret, ex compassione iussit eundem tolli, eius curam haberi, necnon impensis suis educari, quem & deinde tanto maiori affectu complexus est, vt eundem in adoptionis filium susciperet, nomen ei imponẽs Godiunm. Godiuus iste tanta Domini, & principis sui munificenia sublimatus, postquam grandior effectus esset immemor beneficij, citra meritũ proprium sibi impensi, cæpit ambitionis agitari spiritu, nec non locum patris adoptatis nequiter appetere. Hinc igitur viam inquirerè cæpit de eo perimendo, indubitatum ratus sese in eius locum successurum, sed fefellit eum spes. Dum itaque die quadam in syluis densissimis remoti à cæterorum hominum conspectu venationi operam darent, pessimus Godiuus stricto gladio principem Dominum, ac beneficentissimum patrem suum peremit. At Dei præpotentis vindicta non diu siuit hunc parricidam diu impunitum consistere, sed pœnas promeritas non multo post ei rependit, cum à tetro dæmone eum inuadi, ab eoque suffocari permisit.

Godiuus peruersus nequam & ingratus filius.

S. Iodocus heremita.
S. Osuald.
S. Gertrud.

Floruerunt hoc æuo Iodocus eremita, Osuualdus Rex, Leodegarius Episcopus & Martyr, Gertrudis Abbatissa, cultores Dei perquam sanctissimi.

Pipinus Herstallus.
Pipinus accepit in vxorem Plectrudem.

Rebus humanis exempto Anchise, Pipinus Herstallus eius ex Begga filius Ducatum obtinuit Brabantiæ coniunctim cum Marchionatu Sacri Imperij super Schaldim, vna cum Comitatu Namurcensi, atque insuper Magni Maieri titulo in Franciæ, & Austrasiæ Regnorum Palatijs à Childeberto Rege honoratus est, inijt autem Pipinus Herstallus matrimonium cum Plectrude nobilissima, ex qua duos filios suscepit, Drogonem videlicet, & Grimoardum; quorum prior Campaniæ, Burgundiæque Comes, & Palatij Franciæ magnus Maierus, vxorem habuit generosissimam Theodaldam, sed ea sterili permanente, ipse absque liberis decessit, Grimoardus verò cum filia Raboth Ducis Frisiæ copula matrimoniali coniunctus est.

Alpaida scortum Pipini mater Caroli.

Pipinus hic Herstallus agnomine, etsi, quidem egregijs pollere virtutum habitibus videretur, id tamen vitij dicitur habuisse, quod fidei matrimonialis oblitus, scortum Alpaidam, sororem Ducis Ardennæ domi secreto foueret, ex qua etiam duos filios procreauit, Carolum videlicet Martellum virum bellicosum,

ſum, & Carlomannum Monachum: Qua de re commotus Diuus Lambertus tum temporis Tungrorum Epiſcopus, Ducem ab hoc ſcelere magno Zelo dehortatus eſt, ſed cum nequicquã proficeret, excõmunicationis, etiam fulmen ſeſe in eũ niſi reſipiſcat, vibraturum comminatus eſt, atque hoc etiam fruſtra medio vſus eſt in contumacem adulterum ſanctiſſimus Antiſtes. Ipſa vero pellex eius peruerſa Alpaida Diui Lamberti circa Ducem in meliorem frugem reuocandum ſtudium intelligens, graui odio virum ſanctum inſectari cœpit, & in eius necem procurandam, quanta potuit ſollicitudine, incubuit, Dodonem igitur Ardennæ Ducem fratrem ſuum litteris compellauit, magna inſtantia vrſit, vt diuo Lamberto, ob adulterij reprehenſionem vitã eriperet; atque vt id peſtilẽs mulier à fratre ſuo certius conſequeretur, in memoriam ei reducit, quod eorum Germani fratres Richoldus, & Gallus ab ipſius ſancti præſulis amicis ex Loſſenſium comitum familia originem ducentibus, non ita pridem morte forent affecti. Hiſce peſſimis, peſſimæ meretricis incitamentis malè perſuaſus Dodo, petitioni eius ſeſe ſatisfacturum repromiſit, atque demum paucis inde tranſactis diebus, aſſumptis ſecum aliquot ad tanti ſceleris perpetrationem aptiſſimis ſocijs nocte intempeſta Leodium, id quidem temporis, vicum obſcurum, nunc verò ampliſſimam, nobiliſſimamque principum Epiſcoporum ſedem cathedralem, aduenit, & tum conſortibus ſuis nonnihil in proxima ſylua deliteſcentibus, perluſtrare ipſe cæpit, quid rerum Diuus Lambertus ageret, & cum eũ ſeſe ad ſacrũ miſſæ officium orto ſole peragendũ non improbabiliter applicare aduertiſſet, & orationibus præparatorijs incũbere, euocatos ſocios paratos eſſe iubet, tum ipſi ſimul tempore conceptæ malitiæ explendæ idoneo, ad locũ vbi ſacris operabatur vir Dei, aſſiſtẽtibus ipſi duobus clericis miniſtris, accedunt, & primum oſtiorũ, & feneſtrarum violenta perfractione aditum ſibi fecerunt, tum introgreſſi ipſos clericos ſancto Epiſcopo miniſtrãtes Petrum, & Andeletum nomine, viro Dei conſpiciente peremerunt, ac deinde ipſum ſanctiſſimum Præſulem miſſæ ſacrificium ad altare diuorum Coſmæ & Damiani celebrantem, gladio percutientes, Chriſti martyrem pro iuſtitia fecerunt: Hoc ſcelere per Dodonem, & complices perpetrato, adfuit diuina vltio, per quam ipſe Tyrannus in ægritudinem acerrimam eodem anno prolapſus, ſenſus dolorum perſenſit inexplicabiles, adeò vt inſtar flammæ ardentis ſua inteſtina quaſi vri ſe ſentire profiteretur, & peius quotidie habẽs, teterrimum etiam è corpore ſuo fœtorem emittebat, ita, vt nec eius familiares infectum circa eum aerem perferre ſuſtinerent, & tandem omni alio conſilio deſtituti, ipſum ſuum Dodonem ea morbi diritate laborantem, in Moſam flumen vicinum ſubmerſerunt, ſicque dignas ſuæ temeritatis pœnas etiam in hoc ſæculo Dux Dodo, Deo vindice exſoluit; quemadmodum & in facinoris complices diuinam, grauemq; animaduerſionem contigiſſe plerique ſcriptorum teſtantur.

[illegible] S. Lamberti

Dodo Dux Ardennæ.

S. Lambertus Martyrizatur.

Vltio diuina in Dodonem.

Cùm tam aperta Dei vltione percuſſum fratrem ſuum Dodonem comperiſſet Alpaida, ne quid etiam ſimile ſibi fortè contingeret, animum applicuit ad Deum offenſum bonis actibus placandum, & vitam deinceps inſtituit lugubrem, peccata ſua præterita magno affectu deplorans, & ab eis in poſterum

ſtudio

Alpaida ex eunt monasteriū Virginum.

studiosè præcauens. Dimisso igitur adulterino concubitu, monasterium proprijs sumptibus excitauit, atque inibi cum religiosarum puellarum consortio in magna austeritate, & pietate, diuinam iram placare studuit, tandemque piaculorum (vt piè creditur) ab ipsa commissorum consequuta remissionem, ad beatorum societatem assumi obtinuit. Pipinus itidem funestum Dodonis exitum intelligens, pellicis item suæ resipiscentiam cognoscens, cœpit & ipse criminum suorum ex corde detestationem habere, necnō à Deo misericordè gratiam implorare, quam vt consequeretur efficacius, plurimorum Monasteriorum, & Ecclesiarum fundator extitit, & dotator magnificus.

Pipinus agit pœnitentiam.

Tandem Pipinus ad ætatem decrepitam perductus, emigrationis suæ diem ex hac vita mortali imminere prospiciens, ritu solemni testamentum condidit, quo voluntatem, suam circa bonorum suorum dispositionem esse talem declarauit, vt Carolus Martellus eius ex pellice Alpaida filius, Regni Austrasiæ administrationem obiret, Theodaldus verò, suus ex Drogone filio nepos, Ducatum Brabantiæ, vna cum Comitatu Campaniæ obtineret, excesserant autem è viuis ipse Drogo, & Grimoardus eius fratres Germani, quorum mater Plectrudis à Martello alienum admodum gerens animum, totis nisibus conata est impedire, quo minus circa hunc paterna dispositio haberet locum, & nepotem suum Theodaldum, vtpotè legitimè procreatum, auo Pipino substituendum, omnibus modis etiam in Austrasiæ Regno esse, contendebat. Veruntamen huic coniugum concertationi, non alius finis obtigit, quam testamentaria Pipini constitutio præordinauerat: Hincque Martello Austrasij Regni competijt regimen.

Carolus Martellus Coloniæ in Carcerem conijcitur.

At Plectrudis, viro iam rebus humanis exempto, cum id temporis, magnæ apud Francos sese cognosceret esse auctoritatis, Martello vt antea conditionem destinatam, inuidens, eum per insidias compræhensum Coloniæ Agrippinæ carceri iussit mancipari, cum tamen ille, eandem semper affectu fuisset prosecutus planè filiali, atque ideo nihil tale, ab ipsa fuisset commeritus. Tum denique Plectrudis, eiusque ex filio nepos Theodaldus, vtriusque Regni, Franciæ videlicet, & Austrasiæ præfecturam adeunt, atque etiam suis consilijs Dagobertum Regem quoquo volunt inflectunt, sic vt Theodaldus haud difficulter, in Palatij summum Mayerum institueretur: Dagobertus iste Rex, initio quidem minus probatæ erat côuersationis, vtpote Mulierosus, & carnis illecebris plurimum deditus, verum in se tandem rediens, vitam in melius commutare studuit, & condignam de præteritis flagitijs agens pœnitentiam, amplissimum sub Diui Dionysij Areopagitæ patrocinio, secundo à Parisijs miliari, Monasterium Regum Franciç sepulturis côsecratum, extruxit, idemque munificentia planè regia, reditibus, & honoribus insignibus dotauit.

Dagobert. Rex Frāciæ exstruit Monasteriū S. Dionysij.

Porrò Franci Mulierem sibi adeò imperiose prçesse grauiter ferentes; indignati etiam quod Theodaldus Palatij summus Mayerus nimia tyrānide, in Regni subditos grassaretur, de ambobus ex istis finibus propellendis consilium inierunt. Idque collectis armatorum copijs in effectum deducere aggressi sunt, Danielem quendam eorum in locum, qui Regno præsideret, subrogantes. Vnde Plectrudis vim hanc ferre non sustinens, sumpto secū Pipini thesauro, ex Franciæ Regno sese prori-

proripuit,& Coloniam Agrippinā petijt. Interim verò quod hæc in Francia contingerent, accidit, vt Carolus Martellus è carceris ergastulo amicorum quorũdam molitione euaderet, & circa id temporis Dagoberto Francorum Rege absque liberis defuncto ipse Regni fastigia conscendens,bellũ Danieli Regi (qui se alio nomine Gilbericum vocitabat) nec non Raginfredo eius summo vicario inferre cogitaret atrocissimum: Hi ambo, vt Martelli manum aduerterunt admodum validam, de suis diffidentes viribus in fugam versi, incruentam Carolo victoriam reliquerunt: Inde Coloniam ducens exercitum, vrbem ipsam munitissimam cæpit, & Pipini thesaurum à Plectrude extorsit, hæc autem clam fugiens transmisso post decursa multarum terrarum spacia Danubiũ ad Bulgaros peruenit,Carolus porrò victoriam fausto marte persequens,Regni Francici amplitudinem, quantumuis Chilperico, & E. Hudone Aquitaniæ Duce obsistentibus,solus obtinuit; nec his contentus terminis, Rhenum cum numeroso exercitu trajciés in Saxones, Alemannos, Sueuos, Bauaros mouit, eosdemque virtute bellica in suam redegit potestatem: Cùm deinde intellexisset Hudoni Aquitaniæ Duci Saracenos suppetias ferentes Franciæ Regnum inuasisse, eorum conatibus festinanter prolixi itineris confectione occurrere fategit. Et hostem fauente fortuna,circa Turonum fines, fortiter aggressus, eius vim & arma repressit, nec non ab vlteriori rapina exercenda prohibuit, dum penè eos omnes ad internecionem deleuisset: nam eo conflictu trecenta, & septuaginta quinque saracenorum millia cecidisse plerique referunt, cum tamen à parte Martelli mille tantum & quingentos viros occubuisse ijdem afferant. Martellus præterea dum bello exercitatissimus haberetur, nec non etiā fidei Christianæ feruidus cultor existeret,in Frisones,Idolorum culturæ adhuc deditos,bellum mouit atrocissimum,eosdemq; fortitudine militari deuicit, quibus domitis,ad franciam reuersus in Probinciis suis à Saracenis clades magnas, & rapinas denuò exerceri comperit, sed eos vti anteriores præualida manu deuicit, postrauit, eiecit, atque exindè vicegothis omnibus dominari incæpit. *Colonia Agrippina à Carolo Martello expugnatur.* *Martellus debellatur Frijones.*

Carolus Martellus Rex, tandem post multos domi, belliq; perpessos labores, afflictis etiam per ipsum nimis nequiter,ne dicam omnino tyrannicè, ecclesiasticis quamplurimis personis, morbo correptus mortifero, amicorum suasu possessiones à se bello partas, suis ex Geltrude filijs Carolomanno & Pipino distribuit, Carolomanno quidem Austrasiam & Sueuiam, Pipino autem Burgundiam, & Franciæ partem assignans, atque sic vitæ Caroli Martelli magistratus ipsius (quem maieratum Domus appellant) anno trigesimo finis est inpositus. Sed iam nonnihil ex ipsius Caroli & progenitorum ipsius occasione à proposita mihi seriè principum Luxemburgensium diuagatus, èo me rursus confero.

Clodulphus igitur Arnulphi primogenitus,& in agro Mosellanico hæres, & primus Dux Almabertum Carlomanni Ducis Brabantiæ filiam maritali fide sibi vxorem deuinxit, atque ex ea successu temporis liberos genuit, Martinum Bosonum & possessionum patris hæredem, Basinum Archiflaminem Treurensem, in Monasterio sancti Maximini propè Treuerim cum veneratione debita se- *Arnulphus primus Dux Mosellanus.*

pultum, Arnoldum Tolosæ Comitem, & Agnoraldum Comitem Caluimontelli Solebat autem ipse Clodulphus diplomatibus suis eiusmodi titulũ præfigere. Nos Clodulphus Dux Australiæ, Mozellanicæ ac Moselant, Arnulphi Ducis filius, filij Arnoldi, ex antiqua & nobili Francorum Troianorum stirpe natus.

Exegit autem Clodulphus vitam prudentia, & omnigenis virtutibus decoratã; cumque vxor eius diem clausisset extremum, firmiter apud se constituit castimoniam in cælibatu deinceps obseruare; vtque eius animum Deo in dies gratior fieret, cooptari sese curauit in gremium Religiosorum ordinis sancti Benedicti, apud sanctum Maximinum iuxta Treuirensem ciuitatem, vbi quicquid ad perfectionem in statu religioso requiritur, abundè ad omnium cohabitantium exemplum imitationem, & ædificationem moribus, vita, & conuersatione expressit. Quin etiam sanctitatis eius opinio apud exteros adeò peruulgata est, vt Metensis ciuitatis Clerus & populus bonæ eius famæ odore attracti, vacante apud ipsos sede Episcopali, Clodulphum sibi in præsulem magna instantia postularet. At vir Dei, qui mundi honoribus, & diuitijs pridem deuoto animo nuntium remiserat, nullatenus persuaderi potuit, aut precibus flecti, vt munus oblatum susciperet. Cum verò opportunè & importunè Metenses in sua persisterent petitione, nec quicquam apud ipsum obtinere valerent, Patris spiritualis siue Abbatis cui tanquam Christi vicario in omnibus obsequi deuouerat, opem & auctoritatem implorarunt, certò confidentes vt quem rogantium preces inducere nõ poterant, ipsa maioris potestas ad obtemperandum compelleret: Nec verò eos spes fefellit, Nam Abbas perpendens, eam vocationem à Deo procedere, Clodulpho suo regulari subdito ex parte Christi imperat, quatenus humeros submittere non refragetur vltra oneri oblato. Hic igitur omnem amplius tergiuersandi ademptam sibi esse ansam videns, pastoralis officij suscepit curam, quã tanta vigilantia, charitate, & prudentia executus est, vt verè dignus ea functione haberetur, familiam Domini verbo, & exemplo incessanter pasceret, & talentum Dominus ab eo reciperet vsuris multipliciter auctum. Tandem expletis in hac miseriarum valle peregrinationis diebus, mortis tributum exsoluit, atque Metis in sancti parentis sui Arnulphi monasterio iuxta eius sacros cineres conditus est.

Clodulphus fit Monachus Treuiris in Monast. S Maximini.

Clodulphus fit Episc. Metensis.

Martinus Clodulphi maximus natu filius, eiusque in honoribus mundi & possessionibus hæreditarius successor, matrimonium contraxit cum Beatrice vnica Hildulphi Ardennæ principis prole, ex qua horum duorum coniunctione factum est, vt Mosellanus Ducatus cum Ardennæ principatu vniretur, & ab eis profecti principes eadem sanguinis claritate illustrarentur; inter quos Lotharingiæ, & Luxemburgi Duces primatum facilè obtinent: Vixit autem Martinus cum coniuge sua Beatrice, & possessiones in simul suas administrârunt spacio triginta annorum.

Beatrix vnica filia & hæres principis Ardenna.

Sub ea tempestate Regni Francici gubernacula moderabatur Tyrannus quidam Ebroinus vocabulo, qui pariter Regni Austrasiæ titulo sub Rege Theodorico honorabatur. Huius insolentias, atque intollerabilem arrogantiam à suis ceruicibus depellere cogitantes Regni proceres, armatorũ coëgerunt exercitũ, eumque aduersus Ebroinũ, & adhærẽtes Duci Pipinio Martini Ducis Mosellani, & Ar-

dennæ

dennæ consanguineo direxerunt, cui in summum palatij Maierum loco Ebroinij per proceres designato, ob sanguinis proximitatem sese cum suis copijs adiunxit Martinus: at Ebroinus horum tempestiuius certior effectus, collecta itidem militum manu valida, in occursum processit aduersariorũ, quos tanta ferocitate inuasit, vt de eis victoriã referret insignẽ, Pipinus autẽ & Martinus fuga sibi cõsulerent.

Hinc itaque Ebroinus elatione maiori turgescens, dum eiusmodi aduersum se conspirationem causas primarias in Martinum coniecisset, occasionem secum disquirere cæpit, qua se de eo vna dierum vindicare posset, & excursis auidè paucorum mensium spacijs, amicitiam dolo simulans, literas ad Martinum dedit, quibus eum instanter tanquam de Regis expresso mandato inuitabat, vt seposita mora in Regis conspectum veniret: Martinus literarum blandis sermonibus nimis credulus statim ad iter sese accingit, & ad locum deueniens, dum Regis conclaue ingredi vellet, Ebroinus proditorie eundem inuasit, & pugione educto incautum truculenter occidit; cuius corpus ad Diui Martini Treuirensis templum ab amicis delatum, & terræ commendatum fuit, contigerunt autem hæc, annum Domini circiter sexcentesimum, octuagesimum septimum, superstitibus Martini duobus filijs, Eleutherio scilicet & Lamberto.

Occiditur Dux Martinus.

Horum prior Eleutherius patri in Ducali eminentia successor, Beatricem Sigisberti Comitis Hasburgij filiam sibi connubiali fœdere deuinxit, & cum eadem dotis vice Dominium Hasbaniæ obtinuit, sed hæc præmature in fata concedente nulla proles ex hoc matrimonio profluxit. Ipse deinde Eleutherius post paucorũ annorum curriculum, quibus suis præfuit diuino instinctui morem gerens, omnibus hæreditatibus in fratrem suum liberè resignatis, mundo valedicens vitam Eremiticam in vasta solitudine non procul à Sancti Vvandalini oppido instituit, & inibi in magna vigiliarum, ieiuniorum, orationum, cæterorũque piorum exercitiorum obseruatione reliquum vitæ suæ traduxit.

Eleuther. Dux fit Monachus & heremita.

Lambertus igitur per fratris sui maioris liberã cessionem Ducatus Mosellani, & Principatus Ardennę fasces consecutus, vxorẽ sibi asciuit Mariã Comitis Bononiæ filiã, & ex ea filios quatuor suscitauit, quorum nomina hæc sunt, Lotharius, Adelreidus, Vvalcandus, & Vvido. Ferunt Lambertũ staturæ fuisse admodum proceræ, aspectu formidabilẽ, barbã habẽtem cum capillitio rufi coloris, gradũ fixum atque superbum, in armis egregiè exercitatum, & à potu nimio planè abhorrentẽ. Inter cæteros verò insignes eius in bellegerando actus illud celebre memoratur, quod Gregoriũ tertium Pontificẽ maximum virtute militari in sedẽ suam secũdo restituerit, vnde à Luitbrando Longobardorũ Rege tyrãnice deturbatus extiterat. Fuit nihilominus idẽ Lambertus aliquanto tẽpore Ecclesijs admodũ infestus, quarum etiã nonnullas prædatus est, & ad summã penuriã expilauit: Verũ ad se aliquãdo reuersus, conscientia propria stimulante, diuinoque intus spiritu operante, pœnitentiã egit de tantis sacrilegiis congruentẽ, ablata restituendo, & monasterij ordinis statũ in Mediolacensi monasterio sub D. Benedicti Regula arripiendo, in quo deinceps in omni sanctitate, & morũ disciplina vixit, & tandẽ in Christo vitã mortalẽ cum immortali cõmutauit, necnon sepulturã in eodem Monasterio à dextro Diui Luituuini altaris latere obtinuit.

Lambert. Dux Mosellan. & Princeps Ardennæ.
Lambert. aspectu formidabilis.
Lambert. Dux, fit Monachus in Monast. Mediolan.

Lamberto suffectus est eius primogenitus filius Lotharius in Ducatu Mosellano, ac principatu Ardennæ. At verò huius frater Adelreidus in Ducem Bullonensem euasit, Tertius autem VValcandus ad Episcopatum Leodiensem gradatim euectus est, Postremus porrò VVido nomine, Geldriç præfectura fuit honoratus. Horum VValcandus Leodij Episcopus admodum deuotus extitit Monasterio Andagiensi, idque præter quam plurima in illud collata beneficia, Diui Huberti quondam sui in Episcopali munere prædecessoris corpus pridem in Ecclesia Diui Petri Leodiensis tumulatum ad prædictum Andagiense Monasteriū transferri curauit; à quo etiam tempore locus ille ab eodem Diuo, sancti Huberti nomen sortitus est.

Lotharius Mosellanus Dux, & Princeps Ardennæ bellicosa virtute insignis, cum Terentia Aistulphi Regis Longobardorum filia coniugium inijt, ex qua copula prodierunt Fredericus, & eius soror Hermegarda Henrici Comitis Salmensis postmodum vxor, fuit autem Lotharius apud Pipinum Caroli Magni parentem Franciæ Regem maximo loco, adeò vt eum numeroso exercitui præfectum in Italiam dirigeret, vt inde Stephanum Papam secundum, in Franciam adduceret. Cumque igitur se præ cæteris Aulæ magnatibus magnifieri aduerteret Lotharius, in superbiam cor eius eleuatum est, & Regni subditis admodum grauis, & infestus fuit: Deditus insuper erat carnis vitio supra modum, & in tantam mentis insaniam collapsus est, vt aliquoties Domino ac Regi suo obstrepere non formidaret. Qua ex re exacerbatus Rex, eum læsæ Maiestatis reum damnauit, sicque Regno excedere coegit: in eiusmodi igitur angustias coniectus Lotharius, vt nullibi per Franciæ Regnum tuto consistere posset, fugam ad Socerum Longobardiæ Regem arripuit. Et dum ibidem moræ aliquantulum contraxisset, graui morbo Rex inuasus, post paucorum dierum curriculum diem clausit extremum. Hinc Lotharius ius ad successionem in Regno nomine vxoris suæ prætendens, sese in eius possessionem intrudere conabatur. At verò Desiderius defuncti Regis filius totius Regni auxilio fretus, Lotharij conatibus manu armata tempestiuè occurrens, eundem cum asseclis ex illis finibus excedere coegit. Ex quo ipse Lotharius graui ira excandescens, prædas per Italiæ diuersas partes agere magna rabie aggressus est, & dum omnia obuia vastaret, contigit Pipinum è vita migrare; quo Lotharius percepto relicta statim Italia, Franciam versus iter repetere constituit, & per interuentum amicorum, veniam in defunctum Regem commissorum, à Carolo Magno eius filio, & successore implorare studuit. Rex itaque supplicantium precibus inclinatus, ad conspectum suum Lothario comparere permisso, & pedibus suæ maiestatis aduoluto noxam omnem dimisit, eique bona ob perduellionem per fiscum ablata, restitui mādauit. Exinde Lotharius moribus in meliorem frugem commutatis, ea factis exprimere in finem vsque studuit, quæ verum, & magnanimum Principem condecent. Desiderius porrò Longobardorum Rex Adrianum eius nomine secundum Pontificem summū bello acri lacessiuit, & dum diui Petri patrimonium depopularetur, Pontifex viribus ad resistendum deficiēs opem implorauit Caroli Magni Francorum Regis, quatenus cladem ceruicibus eius imminentem, potenti brachio auertere vellet: Nec eum fefellit spes, nā ilicò

Pōtifex implorat auxiliū Caroli Magni Imperatoris.

Rex

Rex exercitu armatorum præualido comitatus: Desiderium Tyrannum forti animo oppugnauit, eundemque Papiam profugientem insecutus, vrbis eiusdem obsidione, & ad deditionem compulsione compræhensum, & vinctum Aquisgranum destinauit, ipsumque intemeritatis præsumptæ pœnam Regno priuans, Pontifici verò ablata integrè curans restitui, atque ita, Rege optimè prouidente, Italiæ pacem tranquillam recuperauit. Adfuit in hac expeditione Regij exercitus ab initio ad finem vsque Dux Mosellanus Lotharius, nec non in re militari sese virum exhibuit longè fortissimum, habuitque collegas indiuiduos Adelreidum fratrem suum germanum, vna cum eius filio Erihengoldo nomine, qui ambo in conflictu percussi mortem obierunt: eisdemque Lotharius frater, & patruus respectiuè, tanquam sanguine proximus, in bonis temporalibus successit, adeoque plurimum ditatus est. Hic dum vitę dies ad senilem produxisset ætatem, animo recolere cœpit, quanta iam inde ab adolescentiæ suæ diebus perpetrasset flagitia, tum Ecclesias deprædando, tum proximum quemlibet suum, prout occasio sese obtulit, diuersis afficiendo molestijs: vnde compunctis rationem inire cupiebat, quibus vijs, cum Deo offenso in gratiam redire posset. Et ecce tanta pœnitudine facta sua pristina detestatus est, vt propositie restitutis iniustè sublatis vitam insuper monasticam in cœnobio Mediolacensi amplecteretur, circa annum Domini septingentesimum septuagesimum octauum, vbi reliquum mortalitatis huius tempus, in omni sanctitate & iustitia, cum omnium mira ædificatione transegit, tandemque fatis concedens ibidem terræ conditus est. Sanctus Hildegrinus Halberstatensis S. Luitgerus Monasterien. Sanctus Guntherus Hildesemensis & postea Ratisponen. primi Episcopi, sanctitate commendati, vt etiam Fredericus Vltraiectensis Episcopus & martyr florent. *S. Hildegr.* *S. Luitgerus* *S. Guntherus.*

Lothario Duci Mosellano nec non Ardennæ Principi in honorum & opum gloria suffectus est eius vnicus filius vocabulo Fredericus, qui fœdere matrimoniali sibi in coniugē deuinxit, primò quidem Fælicitatem Henrici Comitis Salmēsis sororem, Deinde verò hac è viuis absque liberis subducta, Annam Regis Britanniæ filiam, quæ ei successu temporis peperit Sadigerum primogenitum, Ethicorem Archidiaconum Treuerensem, nec non Elisabetham, Comiti de Zeringē in coniugium traditam, Fredericus tricesimum octauum, aut circiter annū Principatuum suorum administratione perfunctus, infirmitate lethali Treuiris laborare se sentiens, loci Archiepiscopo Hannilaro nomine, tanquam Christi vicario, peccatorum suorum exomologesim magna cum cordis contritione fecit, & percepta absolutione, alijsque Ecclesiæ communitus Sacramentis, priusquam animam agere inciperet, coram circumpositis sermonem habuit ædificationis plenum, eoque tandem finito, in plurimorum tum Ecclesiastici, tum sæcularis status summatum præsentia, cum magna animi tranquillitate, & certa in Deum confidentia diem clausit extremum, atque in Diui Matthiæ Apostoli præstanti Cœnobio ordinis Sancti Benedicti sepulturam accepit. Fasces paternos Frederico defuncto adijt Sadigerus eius filius primogenitus, cui Mechtildis Erhiconis Comitis Hannoniæ filia vxor cōtigit, ex cuius complexu vnicus prodijt filius Ragnerus nomine, fuit autem Sadigerus cum à corporis egregijs dotibus, vtpote forma

Felicitas Comitis Salmensis filia. *Anna Regis Britan. filia* *Fredericus Dux confitetur sua peccata Archiepiscopo Treuerensi.* *Moritur Dux Fred.* *Sadigerus.* *Laudes ducis Sadiger.*

eleganti, & statura procera præditus, tum etiam animi virtute, sapientia, & rerũ agendarum experientia, laude dignissimus. Quin etiam in bellis, fausto cum exitu gerendis plurimum valuit: at vt alicuius exercitus vt plurimum varius, imò & post plurimas comparatas gloriæ coronas esse solet funestus euentus, sic nostro tandem vsuuenit Sadigiro, A Nortmannis namque, cum quibus penè continuum gessit bellum, in conflictu quodam percussus occubuit, circa annum Domini octingentesimum, septuagesimum tertium, atque eius quidem intestina Coloniæ Agrippinæ sub lapide marmoreo recondita sunt, corpus verò eius balsamo conditum & Metas diuectum in Diui Arnulphi ecclesia, antecessorum suorum exuuijs adunatum extitit.

Mors ducis Sadigeri.

Ragnerus Dux.

Ragnerus Sadigeri vnicus filius, atque adeò vniuersalis hæres, Irmegardam Lotharij primam, primi filiam sibi in conthoralem associauit fœdere legitimo, atque ex eadem filios hosce processu temporis excitauit, Giselbertum in primis Regni Lotharingiæ magnum Gubernatorem, & Iuppiliensem Dominum, Ricuinum, deinde Ducem Mosellanũ, & Ardennæ Principem, Ottonẽ Calui montis Comitem, Theodoricum Alzatiæ Ducẽ, Vigeberum Monachũ, ac denique Lothariũ Leodiẽsis Ecclesię Archidiaconũ, Theophilactus doctor Ecclesię singularis, primus Bulgarorũ antistes, Valefredus Strabo Abbas S. Galli apud Heluetios, Remigius Altisiodorẽsis, Anastasius bibliothecarius Romanus præclara eruditione viri illustres habentur.

Theophyl. Doctor. Strabo Abbas.

Ragnero in alteram euocato vitam, Giselbertus filiorum eius natu maximus anno Domini nongẽtesimo decimo sexto Regni Lotharingici summam adeptus est atque insimul Dominus Iuppiliensis euasit. Duxit autem Gerbirgam Henrici Aucupis Augusti filiam in vxorem, de hoc vti & de cæteris eiusdem prosapiæ principibus copiosa materiæ seges ad scribendũ sese offert, verum ne nimium à proposito contingat deflectere scopo, ijs studiosè omissis ad seriem Principũ Luxemburgẽsium prosequendam me conuerto. Occurrit autem pro rerum præsenti constitutione Ricuinus alter in ordine Ragneri filius, quem Ducem Mosellanum, & Ardennæ Principem indigetauimus, à quo nimirum ortum duxerunt cæteri qui in hunc vsque diem Luxemburgensis Ducatus apicem obtinuisse dignoscuntur.

Ricuinus.

Hic noster Ricuinus Giselberti Lotharingiæ Ducis frater germanus, Castro Bullonero, Comitatibus Ardennæ, Hispaniæ Virdunensi (quem ab Imperatore dono acceperat) Dominio itẽ Guerrij (quod modo Luxẽburgensis ager nuncupatur) vna cum finitimis territorijs potitus est, & cum Mechtilde Euerhardi Ducis Franconiæ & VVormatiæ filia coniugium contraxit, nec non filios habuit Godefridum agnomine barbatum, Ardennæ, Bullonei, & Virduni Comitem, Ottonem Ducem Mosellanum, atque Sigifridum Guerrij Dominum, Bonnam præterea filij Regis Franciæ coniugem, ac denique Mechtildem Arnulphi Burgundi Chinensis Comitis vxorem.

Dominium Guerrij.

Sigifridus Dominus Guerrij.

Regno Prumiensis Abbas, Odollemiacensis Abbas, Ratbodus Episcopus Vltraiectensis, Radulphus Flamanus viri docti clarent.

Otto Mosellanus Dux thalamo coniugali coniunctam sibi habuit Helenam Hermanni Bambergæ & Sueuiæ Comitis filiam, Ottonis primi neptem, ex quorum complexu fluxit vnicus eorundem filius Fredericus, patris in Ducali dignitate

sue

successor, cui tempore suo vxor obtigit Beatrix Hugonis Capet soror. Hic ille Fredericus est qui Barrensis Castri prima iecit fundamenta, Dux Lotharingiæ cõmuni quidem vocabulo compellatus, at non re ipsa talis, sed Mosellanus Dux in Lotharingia existẽs: hinc ex vxore filius prodijt Adelbero Metẽsiũ Episcopus eiusque frater, Theodoricus Dux Mosellanus, & Barri Comes, ex quo posteriore nata est Adela Henrici Comitis Arlunensis coniunx. *Luxẽburgensis ex Sigifrido oriundi.*

Godefridus porrò, & Otto prçfati ex Ricuino patre procreati habentur, è quibus moderni Lotharingiæ, & Barri Duces originem ducunt. Sigifridus verò patre eodem Ricuino editus ex quo Luxemburgenses & Ardennæ Principes profluxerunt, quorum nobis in præsentiarum cæteris prætermissis, series siue genealogiã tractare, ac prosequi propositum est.

Sigifridus itaque Ricuini Patris in Dominio Guerrij vti prætactum est, locum subijt, quem comitatus titulo sublimari promeruit, annum circiter domini nongentesimum sexagesimum, Guerrij autem plerique scriptorum omnes constanti affirmant assertione, illud est perantiquum Castrum, quod hodieque in rerũ natura consistit, & Curich, cõmuni appellatione vulgò designatur, cuius possessiones per circuitum pro eo quidẽ tempore longè lateq; patebant, omnes ad Sigifridum Comitem supremo iure spectantes. *Dominiũ Guerrij fit Comitatus.* *Castrum Luxemb.*

Sanctus Albertus alias Adelbertus primus Maydeburgensium Episcopus S. Nosbo in Dania S. Volcardus in Noruegia, S. Fritestanus Vintoniensis in Anglia, S. Vlricus Augustanus, S. Conradus Constantiensis, celebres Episcopi, Sanctus Eberhardus primus Abbas eremi Heluetiorũ vulgò Einsidler: ad hæc S. Guibertus Lotharingiæ princeps, & Venceslaus Dux Bohemiæ martyr, sacra Christi doctrina omnique genere virtutum conspicui, Ecclesiam Dei latè pronehunt & illustrant.

Intra huius Dominij siue Comitatus ambitũ rupes habebantur præruptæ, eæque amœnæ admodũ, quarum in parte propè extrema Castrũ visebatur à Romanis extructum Lucilburgũ vocabulo, tum tẽporis ad Monasteriũ Diui Maximini propè Treuirim pleno iure pertinens: cuius loci Sigifridus vna cũ vxore, ac familia ordinariè residens in Castro Guerrij amœnitate captus, dũ venationibus intẽtus sæpius eo diuertisset, magno expetiit affectu eum in suam redigere potestatem, atque eam ob causam Abbatis sancti Maximini animum instanter pulsare cepit, quatenus iustæ permutationis via in id sibi gratificari vellet: eiusmodi igitur precibus Abbas permotus, de Conuẽtus sui cõsilio, & consensu Sigifrido Guerrij Comiti Castrum illud quod in literis suis Lucilemburch Castellum nostrum in Arduẽna situm vocitabat, pro pago & decimis in Fuilen cessit, & in perpetuum contradicit. Id autem tempestatis Imperij Romani habenas moderabatur Otto Magnus Cæsar Augustus eius nominis primus, Henrici primi filius. Qui dum in Italiam profectus fratri suo germano Brunoni Coloniesi Archiepiscopo summa cum potestate Imperij gubernacula commisisset: ad hunc Brunonem accessit noster Sigifridus, eique suam de eo Castro Luxemburgensi acquirendo voluntatem exposuit, atque sese ex castri huius nomine totum suum Guerrij Domi-minium appellari deinceps velle declarauit. Quod equidem haud difficulter ei annuit Bruno Archiepiscopus; summus in Imperio vicarius, *Bruno Archiepiscop.*

cuius

cuius facti historia scripto subiuncta à dicto Sigifrido desuper confecto patescit.

In nomine vnigeniti filij Dei: Certum sit omnibus populis in Christum credentibus, tam præsentibus, quam futuris Clericis, atque laicis. Sigifridus Comes de Guerra nobiliter natus, Castellum quod dicitur Lucelemburgum, in proprietatem desiderans adipisci, perrexit ad Dominum Brunonem, fratrē videlicet Imperatoris Ottonis, qui tunc principatum totius Regni post ipsum tenebat, atque ei suum manifestauit desiderium. Cuius scilicet Episcopi accepto consilio, & impetrata licentia ab eo, venit ad Abbatem VVilerum, & ad reliquos Sancti Maximini Monachos, in quorum prædio idem Castellum fuerat positum, petens vt eis liceret cum suo allodio illud commutare, &c. Et in fine literarum sic habetur: Acta est namque hæc mutatio, siue etiam traditio, in Ciuitate Treuerensi, in Monasterio dicti Patroni memorati in die Palmarum, decimoquinto Calendarum Maij, cum consensu & collaudatione Frederici Ducis Lotharingiæ. Illud peractum est. Anno Domini Incarnationis nongentesimo, sexagesimo tertio, Indictione sexta, Regni Othonis Regis tertio, de patris sui Cæsaris principatum tenentis secundo.

Ab hoc igitur tempore accidit, vt Guerrij Comitatus in Lucelemburgensem Comitatum commutaretur, & hac alteratione ipsum Guerrij vocabulum ex hominum memoria penè interiret.

Primus Comes Luxēb. Sigifridus iste Comitum Luxemburgensium primus, vir fuit prudentia, ac virtute præstantissimus, belli item gerendi peritissimus, simulque Catholicæ religionis cultui singulari animo deditus. In cuius rei euidentiam statim atque in potestatem suam Luxemburgense Castellum accepit, Sacellum quoddam sub intemeratæ Dei genitricis Mariæ patrocinio (quod modò à Sancto Michaele Archangelo titulum præfert) iuxta idem castellum à fundamentis excitauit. Ipsum deinde castellum præualidis, ac superbis admodum turribus, alijsque ædificijs ampleauit, sic sane, vt ex castello Arx tandem resultaret longè munitissima, & id temporis, quo *Arx Luxēburg. inuincibilis.* tormentorum bellicorum vsus necdum erepserat, hominū iudicio insuperabilis. Nā præter ædificia, muros, turres, pontesque subductiles quos artificum opera Sigifridus Comes inibi constituerat, locus ille insuper naturaliter pro maxima sui parte inaccessibilis est, adeò vt propter rupium altitudinem, & quasi ad perpendicularem complanationem nimis præruptum, nullis antiquorum belli machinarum concussionibus foret obnoxia: Exinde verò inter Imperij Arces non posteriori loco *Luxemb. Castrum Imperij.* habitum fuit castrum Luxemburgēse. Tempore deinde insequenti, Sigifridus Comes vtpote rebus Ecclesiasticis tuendis, imò & adaugendis totus deditus in ad *Sigifridus magnus Aduocatus Monasterij Epternacensis. VVilibrodus in suo Monast. non Canon. cos.* uocatum postulatus est vicini Imperialis Monasterij Epternacensis, atque id muneris magna cum laude, & omnium applausu ad Ecclesiæ ipsius vtilitatem est executus: et vt erat veræ, & auitæ Religionis Zelator maximus, aduertens in Epternaco non monasticæ vitæ professores, sed sæculares Canonicos, eosque admodū dissolutis, imò & scandalosis moribus sub æque vitioso Abbate degere, tanto malo remedium in primis afferre studuit. Vnde citra moram ad Ottonem magnum Imperatorem versus iter agressus est, quo deueniens suæ Cæsariæ maiestati clarè, & apertè exposuit, Monasterium Epternacense à Diuo VVillibrodo Episcopo Traiectensi non statuis sæcularis Canonicis, sed Monachis sub Diui Benedicti regula

Deo

Deo militantibus fundatum fuisse, assignatum, atque traditum, atque hanc ordinationē ad annū Dominicū octingentesimum, quadragesimū octauum vsq; in vigore suo perstitisse, ac tum demum monastico ordine inde per Andelardum Abbatem opera, & studio cuiusdam Carolomanni eliminato, Canonicos sæculares introductos, seu verius intrusos fuisse, hos vero vitam admodum peruersam, & carnis quibuslibet voluptatibus conspurcatam diuino opere neglecto, agere,

Quibus sic explicatis enixissimè Imperatori supplicauit, quatenus iubere dignaretur, vt Canonicis sæcularibus, sæculariter atque damnabiliter viuentibus ex Epternacensi Cœnobio eiectis, pij ac Religiosi ordinis Diui Benedicti Monachi inibi postliminio reponerentur, qui nocte dieque Domino vniuersorum creatori iuxta vocationis suæ præscriptum, & eius loco primam fundationem in omni obseruantia regularis seruire satagerent, nec non pro ipsius Cæsaris Augusti salute, & Sacri Romani Imperij pace, & tranquillitate diuinam gratiam implorarent. Hæc vt à Sigifrido Comite Imperatori exposita, & postulata fuêre, viri pietatem & verè Christianam sollicitudinem admiratus Cęsar, petitioni eius protinus annuit, statuitque, vt Sigifrido eius loci Abbate vita functo, Rauangerus vir ob pietatē, sapientiam, & regularē obseruantiā summè cōmendandus in eius locum subiret, Canonici exploderentur, & denuò Monachi reassumerentur, quod & factum est. At Sigifridi Comitis etiam commendationem spectare indubium est, quod confraternitatē Misellorum, quæ & hodie in Epternaco Oppido perdurat, ipse instituerit, & ex proprijs bonis liberaliter dotauerit: egit insuper complura alia dum vixit summa laude digna, quæ si prosequi anniterer scriptis, à breuitate mihi in animo suscepta nimis recederem: In vxorem verò, vbi adoleuit, Mariam cognomine Hardeuuich Eustachij Comitis Sancti Pauli & Guines filiam sibi cooptauit, ex qua vnicum procreauit filium vocabulo Giselbertū, quem dociles annos iam attingentem in omni sapientia, morum disciplina, & virtutum optimatum exercitatione institui parentes curarunt, adeò vt genitorum præstantissimorum & ipse filius euaderet præstantissimus. Porrò Sigifridus primus Luxemburgensis Comes, vitam produxit suam ad Annum Christi Millesimum, quantumuis plerique scriptorum ipsum diem clausisse extremum longè ante, id est, septuagesimo post nongētesimum Domini annum asserant, quorum certè assertionis falsitas, nostræ verò veritas satis liquet ex tribus auctēticis, quæ etiā hodie exstant ab ipso Sigifrido emanantibus scriptis, quorum primum in Archiuis monasterij Sancti Maximini repositum sic habet.

Pelluntur monasterio Canonici Epternac.

Moritur Sigifridus.

In nomine sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis. Quoniam omni homini necessarium esse pernoscitur, vt in hac vita positus de futuris piè meditetur, & rebus transitoriis lucem æternæ vitæ mercari conetur, sacra exhortante scriptura, honora dominum de tua substantia. Itemq; sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatum. Ideo ego Sigifridus Comes cū cōiuge mea Hardenuuich, do Abbati, fratribus, & Monasterio Allodium Meerß, quod situm est in Comitatu Ardenensi, &c. Actum. &c. Anno 993. Regni Ottonis tertio. Hæc ex primo scripto. Alterum verò in Archiuis Epternacensis Cœnobij inuentum, ita sonat: *Hæc ego Sigifridus, licet indignus, honore tamen Comitis sublimatus, considerans, quod ex regia donatione Abbatiam sancti VVillibrordi pro beneficio suscepi, eamq; per multos annos potestatiue direxi. Acta sunt hæc.*

Meerß in Comitatu Ardenensi.

Anno nõgentesimo nonagesimo septimo. Sic in secũdo, cui conformè est tertiũ scriptũ inter Archiua eadẽ Epternacẽsia repositũ, vbi Otto magnus Imperator de nostro Sigifrido tanquã adhuc superstite sermonẽ faciens, eundẽ Aduocatũ Epternacens. indigetat, sub data prædicti anni dominicæ incarnat. nongentesimi, nonagesi. sept.

Sanctus Aldegadus Hamburgensis, apostolica auctoritate fultus regnum Dei annunciauit septentrionalibus populis, indè conuersæ sunt ad fidem, Zelandia, Hollãtia, Scandia, Noruegia, Liflandia, Item Ado Viennensis Episcopus, Smaragdus, Abbas Vindechindus, & Luitbrandus Ticinensis viri docti clarent.

Sigifrido viam vniuersæ carnis ingresso iure hæreditario in eius Comitatu Luxẽburgensi, alijsque possessionibus ac munere aduocatiæ Epternacẽsis Monasterij surrogatus est vnicus ipsius filius Giselbertus, qui cũ desponsata sibi vxore Bertha Alphõsi Comitis Bononiæ filia suis præfuit ad annos quadraginta quinque & interea quatuor filios in lucem produxit atque vnam filiam. Horum nomina sunt. Fredericus in Comitatu Luxemburgensi successor, Conradus Comes Arlunensis, Godefridus qui absque liberis, quãuis cõiugatus obijt Adelberus Præpositus sancti Pauli Treuerensis, & Ognia Flandriæ Comiti Balduino in matrimonium tradita.

Secundus Comes Luxenburgẽs.

Giselbertus Luxẽburgensis ordine secũdus, dum iam senectutis dies esset ingressus adiuncto secũ Conrado filio suo natu maximo bellũ intulit admodũ atrox Megigãgo Treuirorum Archipræsuli. Huius autẽ rei causa eiusmodi extitisse fertur, quod cum illis diebus vacante sede Archiepiscopali, Adelberus Giselberti Comitis secundus natu filius præpositus Sancti Paulini quorundã Canonicorũ summę ædis suffragio electus, quorundã vero & quidẽ pluriũ, & saniorũ voto Megigang. Ecclesiæ Metropolitanæ præpositus designatus foret. Et Hẽricus tum temporis Imperator Megigangi electionẽ, Adelberonis præferendã iudicasset electioni, eãque proinde suo Imperiali calculo confirmasset, hæc inquã de re summopere infensus noster Giselbertus Luxẽburgensis Comes cum Conrado filio Megigangũ Archiepiscopũ graui bello lacessiuit, eius possessiones depredando, subditos infestando, & quibuslibet incõmodis afficiẽdo. Quinetiã Palationense sub vrbe Treuerẽsi ab altera parte Mosellæ situm oppidum nõ ignobile obsidione vallauit, & in suam potestatem non magno labore adegit, tũ verò quo Treuerenses exinde efficacius diuexaret, Castrũ eius loci multo quam antea magis muniri curauit, ac denique pontem Mosellæ ad vrbẽ Treuirensem situ ab exteriori parte adhibitis custodijs vigilãter obseruari curauit, ne cuipiã illas vrbes ingredi, aut etiã egredi citra eius permissũ contingeret.

Adelberus Præpositus monast. S. Paulini Treuirens.

Giselbertus bellũ infert Archiepis. Treuirens.

Megigangus in summas cõiectus angustias, dũ sibi per se minimè subueniri posse, conspiceret ad Cæsaris opẽ implorandã sese conuertit: ex quo cũ indignatione cõmotus Cæsar exercitu pęgrandi congregato, Episcopo subuentũ venit, atque in primis Palatiolũ oppidũ Treueris valde infestũ ex Luxẽburgens. Comitis potestate eripere est conatus, at cũ circa eas partes frustraneè castra fixisse per menses aliquot sese cõspiceret, eã obsidionẽ re infecta dissoluit. Vnde Luxẽburgenses in Palatiolo cõstituti, maiori superbia inflati, in imperialẽ exercitũ Treuer. vrbi iã propinquiorẽ factũ, irruptiones frequẽtes non sine graui ipsorum Imperialiũ iactura fecerũt. Accidit autem sub hac mutua bellantium concertatione, dum varij generis cõmeatus vtpote in bobus, ouibus, granis, vino alijsque speciebus consistens ad sustentationẽ Imperialis exercitus adueherẽtur, & horũ magnus numerus iã ad viam Mõtis

Imperator tuetur partes Archiepiscop.

tis post S. Maximini Monasteriũ decliuũ peruenisset, Milites Luxẽburgenses id emi-nus ex Palatiolo conspicientes eorũ ad destinatũ locũ appulsum præuenire, festinarunt, maximã rerũ earum quarum vsus perquã sibi cõmodus futurus erat prædam secũ a Cæsareis, quanquã tota vi obsistentibus, abduxerũt. Quã ob causã Cæsar ipse plurimũ turbatus, inopsq; consilij Pontem Palatiẽsem funditus dirui iussit, & Megigango altera vice in Archiepiscopatu confirmato, inde decessit, Megigangus verò sibi Treuiris non confidens tutũ fore Confluentiæ deinceps domiciliũ fixit, Adelberus autẽ, patre suo Giselberto Comite ad propria remeante in Palatiolo remãsit. *Mons Viranus.*

Dum porrò Giselbertus anno Domini, 1015. naturæ iura persoluisset, atq; ibidẽ eodem fermè tẽpore Megigangus mortis tributũ exsoluisset, lætus exindè effectus Adelbero de nouo sperare cœpit sese citra cuiusquam resistentiam Archiepiscopatus Treuirensis iura, planè & pacificè adepturũ, verum euentus rei longè alius accidit. Nã Cæsar indignũ existimans nõ vindicare sese de ijs quæ (occasione) ab Adelberone & à Luxẽburgensibus Comitibus ipse cũ Imperij statibus perpessus fuisset, manũ coegit quã antea multo prævalidiorẽ, castraque ad oppidũ Palatiolense admouens ipsum cum adiũcto castro infra paucorũ dierũ circulum armorũ virtute superauit, in suã potestatẽ redegit, ac Adelberonẽ cœpit captiuũ. Denique priusquã inde abscederet, Poponẽ Ratisbonensem, virũ sanctitate, & doctrina conspicuũ, in Archiepiscopũ Treuirensẽ eligi petijt, quo haud difficulter obtento, Imperiali auctoritate eiusmodi electionẽ ratã & firmã esse decreuit. Quæ dũ fieret, Cæsar ipse Adelberonẽ captiuũ talibus verbis affatus est; talẽ virũ (mi Adelbero) huic sedi Treuericæ præsidere volumus, qui tuæ tuorũque vesaniæ, virtute sua, atque prudẽtia resistere possit. Quo audito Adelbero supra quã dici potest obstupefactus, ad pedes noui Archiepiscopi Popponis humiliter prostratus, petijt enixissime sibi temeraris prælium pro culpã clementer ignosci, quã petitionẽ haud difficulter ab optimo præsule impetrauit, atque etiã eodẽ apud Cæsarẽ intercedente, liber, & vinculis solutis euadere meruit. Animo tamen expendens quot & quanta per se, & suos dãna Prouinciæ Treuericæ illata iniuriosè fuissent, & præsertim quod Ecclesiæ possessiones cladem per maximã inde pertulissent districtũ diuini tribunali iudiciũ perhorrescẽs, iram summi, malorũ vindicis, sibi placare quibus potuit modis curauit, atque eã ob rem præter continuũ ob cõmissa peccata lamentũ, quo toto reliquo vitæ suæ tẽpore sese cõfecit, ad damnorũ etiã restitutionẽ faciendã animum applicauit, atque reipsa bonorũ suorũ hæreditariorũ partẽ non minimam damno affectis contulit, vtpotè Sarburch/Berrer castell Rattich cũ appendicibus Episcopo Treuirensi, & suis successoribus de consensu Cæsaris, plenè, integrè & absolutè perpetuis tẽporibus possidenda, absque illius iuris reseruatione, donauit & tradidit. Alijs item Ecclesijs, & Monast. circa Treuirensẽ vrbẽ constitutis, amplas possessiones in iniuriarũ ipsis illatarũ reparationẽ deuoto, ac liberali animo cõtulit, legauitq;. Nã vt cætera sileã, D. Mattheæ præstantissimũ Monasteriũ ad Aquilonarẽ vrbis Treuericæ partẽ situ, ab hoc Adelberone bona sua in Benraed, Longasura, & alibi permagni valoris sibi donata, & collata habere, & etiãnũ possidere fatetur. Cõtinuit se porrò ipse Adelbero dũ seditiones præcitatæ, vt præfertur, sedatæ essẽt in sua Præpositura ad S. Paulinũ, vixitq; in omni pietate, iustitia & mẽbrorũ suorũ, quę erãt super terrã mortificatiõe. *Mors Giselberti.* *Poppo Archiepiscop.*

Etsi verò instituti mei in præsentiarũ non sit alia ex professo tractare, præterquã

ea quæ ad Principũ Luxeburgensiũ, vt alias nõ semel sũ côtestatus, seriẽ & lineam directè spectant, vrgente tamen occasione, necessitas, quæ vltro mihi ingeritur, de ijs etiam obiter agere, quæ ad propositum proximè accedunt, dûm videlicet, res fratrum aliorúmue propinquorum eiusdem lineæ tangi ratio ipsa persua[illegible]t. Hinc igitur pauca scitu digna, priusquam vlterius seriem prosequar institutam, de prælibato Conrado secundo Giselberti Comitis natu filio, qui patri in bello contra Archiepiscopum Treueren. agendo constanter astitit, interseram. Conradus iste Comitatum Arlunensem possidendum accepit, & Giselam Comitis Castinensis filiam connubiali thoro complexus est, quæ ei successiuè peperit Henricum, Conradum Monasterij Munsteriensis propè Luxemburgum fundatorem, & Mariam: horum pater Conrardus, de quo nobis in præsenti est sermo, viuente adhuc maiore suo fratre Frederico concessit fatis, eiq; filius eius primo natus Henricus in Comitatu Arnulensi suffectus est, qui Adelam Theodorici Ducis Mosellani filiam sibi in coniugem desponsauit, ex qua filios binos Falconem & Vvalramũ suscepit: quorum prior Falco Fredericum & Beatricem genuit, & cũ eis, necdum ex ephœbis, mortis exsoluit debitum, Vvalramus deindè solus Henrico Arnulensi Coniti patri superstes filius, Isabellam Comitis Lossensis matrimoniali fœdere sibi deuinxit, & eius causa possessiones opimas, quæ hodie, voce gallica *pays d'oultre meuse* nuncupãtur, dotis titulo adeptus est, genuitque ex ea Isabellam, cui Henricus Luxemburgensis factus est maritus, eo scilicet pacto, vt Comitatus Arlunẽsis vita functis eius possessoribus propter Isabellam vxorem in Henrici huius Luxemburgensis dominium deueniret.

Conradus Comes Arlunensis.

Adela Ducis Mosella ni filia.

Eiusmodi cõtractu nihil obstante Adela Isabellæ Lymburgensis Auia, ad dies vitæ suæ dicto Arlunensi comitatu gaudens & in eo residens, senio iam confecta, vt morti proximã se sensit, VValrami filij sui, necnon suæ ex ipso neptis Isabellę prætactæ immemor, Comitatum Arlunensem Ecclesiæ Metropolitanæ Treuerensi in hæreditariam possessionem legauit, cui quidem facto tãquam sibi præiudicanti, & cõtractui pręalligato ex diametro repugnãti statim sese cum solemni protestatione opposuit Henricus Lymburgensis, atque dum non ita multò post mortem obijsset. Adela Arlunum properanter veniens à ciuibus fidelitatis iuramentum suscepit, & exinde sese Lymburgensem & Arlunensem appellauit Comitem: Isabellæ porrò eius vxoris vna cum paruula vnica filia ex hac vita ad futuram translatæ, bona vltra Mosam circa Traiectum & Dalhemium sita ad parentem eius Vvalramum iure proximitatis redierunt, à quo deindè absque hæredibus defuncto in Conradi patrui suj tanquam veri ab intestato hæredis potestatẽ deuenerunt, ac deindè Monasterio Luxemburgensi ordinis S. Benedicti, quod ipse fũdauit ab ipsomet donata sunt, & in hunc vsque diem possessa. Huius rei Fulbertus Carnotẽsis Episcopus, Rodolph. Ardens homiliastes, Burchardus Vormatiensis Episcopus, Berno Abbas Augiensis, scriptores celebres fuerunt.

Adela dat suũ Comitatũ Arlunensi Archiepiscop. Treuerensi.

Burcard. Episcopus.

Fredericus (vt eo redeam vnde non nihil vrgente occasione digressus [illegible]um) Giselberti Secundi ordine comitis Luxemburgensis, filius primogenitus patris de mortui primarios titulos, vtpote Luxemburgensem Comitatum assecutus Geertrudem Gozelonis Gibberi Ducis Lotharingię filiam sibi in vxorem asciuit, atque ex ea filios suscepit Sigifridum Giselbertum, Henricum, ac filiam Ermesindam, fuerunt

isti

isti Frederici filij admodum nobiliter educati, & multis virtutibus euaserunt conspicui, horum Henricus ad regis Franciæ commendationem in Episcopum Leodiensem circa Annum Domin. 1046. viuete adhuc patre suo electus est, vti liquidũ est ex catalogo Episcoporũ prælibatæ Ecclesiæ: sub his verbis Henricus filius Frederici Lotharingij Ducis, nec verò mouere quenquã debet, eum non filium Luxemburgẽsis Comitis, eo loci appellari, id enim eo contigit, quod Fredericus pater eius non modo Luxemburgensis comes, sed etiam Mosellanus in Lotharingia Dux ab Imperatore pridem extiterat constitutus, ex quo tanquam honoratiori patris titulo ipse Henricus Episcopus sibi cognomentum vsurpabat. Hic autem suæ Ecclesiæ regimen tempore haud longo tenuit, abreptus nimirum præmatura morte ex hac vita, in fata similiter eius duo germani fratres Sigifridus, & Giselbertus concessere iuuenes, nullo post se relicto hærede. Vnde accidit vt præter ipsorum sororẽ Ermesindam nulla Frederico patri proles, & ex eius corpore hæres nemo residuus maneret masculei sexus.

Cæsar proindè videns mares in Frederici linea deesse, Ducatum eius Mosellanicum Gozeloni Lotharingico contulit, prout ex Sigiberti Gemblacensis Monachi Chronico haud obscurè colliquescit. Ita enim habet: *Frederico Mosellanorum Duce mortuo, quia mares filios non habebant quibus Ducatus competeret, Gozelo Dux impetrato etiam ab Imperatore Mosellanorum Ducatu in Lotharingia potentius principatur.*

Sanctus Eduardus Angliæ Rex magnus, regia gloria, fide & sanctitate maior elucescit & S. Hanno Coloniẽsis Episcopus, S. Petrus Damianus Episcopus Hostiẽsis S. Lanfrancus Episcopus Cantuariensis, Guitmundus Vmbertus Cardinalis, Theduinus Episcopus Leodiensis, Hermannus contractus, & Hilbertus scriptis florent.

Ermensindam scribunt chronographorum aliqui Comitatui Luxemburgico post patris sui Frederici decessum præfuisse, Conradum verò primum, & Fredericum patruos suos: item Conradum secundum primi eius nominis filium, ac denique Guillelmum secundi Conradi filium, huiusque filium Conradum tertium extitisse nominetenus tantum, ac non reipsa Comitatus Luxemburgensis possessores ac dominos: quæ ita scribentium opinio, quam longè à vero aberret, non difficulter aduertet, quisquis præter cætera originem ac fundationem Monasterij Munsteriensis attenderit. Illud namque ex eius Monasterij archiuis indubitatum habeo, atque adeò Ermesindæ fratrueles, ex patruo ipsũ Monasteriũ à fundamentis primus excitauerit, & ex bonis, siue possessionibus suis proprijs dotauerit, absque eo quod cuiuspiã, & ne quidẽ Ermesindæ ad id assensum siue confirmationem expetierit, quæ sane nullopacto constare possunt, & consistere, vti constant atque consistunt, si ipsa Ermesinda, non verò dictus secundus Henricus, verus, & realis Luxemburgensis Comes extitisset, ex cuius authentico scripto, hæc huc transumpsi. *In nomine Indiuiduæ Trinitatis, Patris, filij, & spiritus sancti &c. Damus fratribus & Monasterio, montem in quo nullus patrum meorum prius quieuit, à turri extrema Castri nostri vsque ad aquam, cum banno, & aquam à põte sancti V dalrici, vsque ad rupem meronis, cum molendinis & furnis, Item damus illi*

omnia necessaria in Syluis de Xuffen *&* Sandwyler. *Damus etiam illis pratum nostrum spatiosum propè* Nurhingen/Curtem Pryß, *villam Rodinges, Ecclesias Rode &* Sandwyler *&c.* Hæc ibi, quæ euidenter intentum nostrum comprobant, dum Castrum suum Henricus secundus, & vicina bona ad Comitatum eatenus pertinentia auctoritate propria pura, & libera alienis donat. Item Clementia prædicti Henrici vidua, in sui pagi de Merl propè Luxemburgum siti donatione prædicto Monasterio facta dictis satis adstipulatur, in diplomate filij sui Guillelmi his verbis:

Posteaquam pater meus in via Hierosolymitana defunctus esset, & post duos annos inde translatus, ac in prædicta crypta tumulatus, eodem die venerabilis mater mea Allodium, quod dicitur Merra, Christo & eius genitrici, assensu filiorum dedit, &c. Vbi vide lector hanc viduam Henrici bono Comitatus, tanquam eorum Dominā in aliorum dominium transferre. Facit & ad horum confirmationem aliud dicti Guillelmi diploma, quo sibi & successoribus suis Castri Luxemburgensis dominis, atque adeò Comitibus eiusmodi imponit legem. *Dominus autem huius Castri nullum grauamen illis inferat, nec de placitis eorum se intromittat, & si ab aliquo Monasterio iniuria facta fuerit à nobis, seu à posteris nostris iustitia requiratur, & nihil pro hac re nobis debetur, &c.* Seruit denique huic proposito Brunonis Archiepiscopi Treuirensis confirmatio priuilegiorum dicti Monasterij, ita habens.

In nomine sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis. Ego Bruno Dei gratia Treuerensis Archiepiscopus, &c. Notum facimus tam præsentis, quàm futuri sæculi fidelibus, quòd Comes Guillelmus de Lucelburch, pium patris sui Conradi votū adimplere desiderans, &c. Hæc sunt autem quæ fratribus illic Deo famulantibus à Comite Conrado, ab vxore eius Clementia, Item à filio Guillelmo donata & chartis confirmata. Dos Ecclesiæ [illegible] *sium vnum indominicatum, & quatuor mansi vestiti, & mons, & planicies,* [illegible] *ma turri Castri, vsque ad aquam: Hæc acta sunt tempore Henrici quarti.* A[illegible] his clarus textus literarum Adelberonis Leodiensis Episcopi in hæc verba.

In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Notum sit omnibus tam futuris, quàm præsentibus, quod Conradus bonæ memoriæ Comes de Lucelemburch Ecclesiam [illegible] *Romanæ appenditiam Deo, & Matri eius muris fundauit, rebus extruxit, religione stabiliuit, de Monarchica S. Benedicti regula insigniuit: Ego autem Alberus gratia Dei Leodiensis Episcopus, Fulmaro Cœnobij illius primo Abbate de Ecclesia De* [illegible] *quā Comes Conradus prædictam dotauerat Ecclesiam bannum feci legitimum, charta & sigillo meo confirmatum, ad ostendendam veritatem, ad tollendam futuri temporis occasionem, ad habendam successoribus meis notitiam. Ad hunc Bannum conduxit eum Comes Guillelmus prædicti Comitis successor, & filius ad generalem Synodum Leodij in Conuentu Principum, in præsentia liberorum xiiij. Calendarum Iulij, in secundo cōsecrationis meæ anno. Testes huius sunt Comes Namurcensis Godefridus, Comes Gualeranus, Comes Ortho, &c. Sic Leodiensis Episcopus Adelbero, vbi supra.* Ex quo luce meridiana perspicacius apparet Conrardum, & eius filium Guillelmum

veros extitisse Luxemburgenses Comites, & Ermesindam nullatenus eidem Comitatui prædominatam, quippè cuius maritus Godefridus Namurcensis Comes in factorum testem non verò approbatorem inducitur. Manet proinde satis confirmatum nostrum assertũ, quo Conradum secundum Comitem extitisse veraciter Luxẽburgensem asserimus, ac proinde errasse historicos, qui ex eorundẽ Comitum serie hos tres Conradum secũdum, Guillelmum, & huius filium Conradum tertium omiserunt. Quod si quis apponat Conradum primum Conradi secundi parentem eo Comitatu minimè gauisum fuisse, respondeo id quidem esse verum, attamen nostræ sententiæ nihil officere. Nam id accidit, quod frater eius maior Fredericus Comes Luxemburgensis ipso moriente superuiueret, & tandem absque propria prole decedens fratris prædefuncti posteris, id est Conrado secundo, & ab eo descendentibus, tanquam proximis hunc Comitatum cum alijs bonis suis dimiserit hæreditario iure possidenda.

Carthusianorum ordo Parisijs in Gallia à S. Brunone Coloniensi germano, & S. Hugone Episcopo Gratianopolitano gallo cum socijs septem initus anno 1082. quo calcatis sæculi illecebris minore peccandi periculo, maiore Deo famulandi libertate, per austeram viuendi disciplinam; & per condigna fidei opera, cum timore vocationem suam & electionem certam facerent. S. Anselmus Episcopus Cantuariensis salutari doctrina & rebus piè gestis præclarã diuinitus vitæ sanctæ testificationem consequitur, florebat etiam S. Iuo Episcopus Carnotensis, & Vvilhelmus Abbas Hirsanguiensis sanctis animi dotibus cõmendatus, vti & qui ipsum præcesserat Fredericus. *Carthusianorũ ordo.*

Circa hæc tempora accidit, vt Henricus Henrici tertij Imperatoris filius in Romani Imperij Regem eligeretur, atque non adeo multò post ad supremum ipsius Imperij fastigium defuncto parente Anno 1057. eueheretur Henricus quartus eius nomenclaturæ dictus. Cum verò ætate admodum esset immatura, iudicioque videretur ad id functionis minus prudenti, Imperij procerum, suasu atque cõsilio Mater ipsius Cæsaris ac prædefuncti vidua, mulier omniũ iudicio prudentissima, filio donec ætate, ac rerũ cognitione maturesceret assignata est in subsidiũ. Verũ cũ id cætero. ũ procerum cõsiliũ Ottoni Coloniensi Archiepiscopo minimè probaretur, eius molimine, ab eiusmodi Romani Imperij auxiliari administratione bona mulier paucis inde elapsis temporum spatijs deiecta est, ex quo quidem euentu non parum turbationis inter Imperij status exortum est, Cuius sedandæ gratia, verò propriæ salutis operandæ causa, diuino instinctu tacta Imperatrix, mundi huius vanitatibus atque illecebris, nuntiũ remittere constituit, atque eam ob rem Cœnobium Fructuariense Deo, & sibi de cætero vacatura ingressa est, At verò cũ Otcho Coloniensis nihil de præconcepta in Augustam maleuolentia remisisset, in tantum eius quietem & Religiosam conuersationem turbare nisus est, vt deuota Deo mulier eius importunitate coacta, eum locum relinquens Romanum iter inire decreuerit, quo magno labore pertingens salutatis piè Apostolorum liminibus, ac reliquis denique sanctis inibi locis magno cum affectu visitatis, in sanctis operibus ac præsertim eleemosynarum largitione profusa, atque corporis afflictione reliquum dierum transmisit, tandemque beato fine consumata, animam Deo creatori *Henricus tertius Imperator. Henricus quartus Imperator.*

atori

atori reddidit, eius autem corpus in Diui Petri Basilica iuxta Diuæ Petronellæ virginis altare conditum est.

Dum hæc ita agerentur, aut certo breui indè decursu tempore Henricus quartus Imperator Augustus Corona Imperiali in ipsa vrbe redimitus extitit, ac deinde Bertham Lombardiæ Marchionissam sibi matrimoniali vinculo deuinxit, genuitque ex ea successiuè proles istas Henricum eius nominis quintum Patri in Imperio successorem, Conradum, Clementiam nostri secundi Conradi, Luxemburgēsis Comitis postea coniugē, ac denique Agnetē Lupoldi Marchionis Austriæ sponsam è quorum complexu prodierunt sanctus Leopoldus & Poppo Treuirensis Archiepiscopus.

Clementia itaque Henrici quarti Imperatoris filia Conrado nostro Luxemburgensi Comiti coniugali thalamo associata est; ex quo quidem thoro profluere proles Guillelmus patris in Comitatu successor, Adelbertus Virdunēsis Ecclesiæ primicerius. Henricus Adolescens è vita sublatus, Bertha Comitis de Zeningen vxor, Elizabeta Comiti Hannoniæ nupta.

Adelbertus Virdunēsis Primicerius

Hoc Conrado habenas Luxemburgici Comitatus moderante, Poppo Treuirēsis Archipræsul vxoris Henrici Clementiæ ex sorore nepos, viam ingressus est carnis vniuersæ. Hinc autem in pontificali munere surrogari accidit Euerhardum Comitis Sueuiæ filium, Ecclesiæ Vvormatiensis præpositum, eundemque à summo id temporis Pontifice Leone, nono Lotharingo, seu potius Germano Alsatio Comite prius Tullensi Episcopo, suæ institutionis confirmationem obtinere Fuit autem Euerhardus iste præsul magna in Deū pietate præditus, & gregi sibi commisso laudabiliter admodum pastoris officium impendit, sed & Ecclesiæ suæ iura, priuilegia, nec non possessiones summa prudētia atque industria gubernauit, amplianitq; . Contigit porrò vna dierum dum hic obeundi pastoralis muneris gratia huc illucque per diocesim suam proficisceretur, obuium eum habuisse Conradum Comitem Luxemburgensem, qui timore Dei abiecto, & nihil etiā maiorum offensam veritus, in Christi sacerdotem, eumque suum verum & propriū pastorē, & Patrem spiritualem Euerhardum Treuerensem Archipræsulem manus violentas ausu temerario immittere præsumpsit, quin etiā eundem secum abduxit, carceri mancipauit, eius pallium discidit, vestes sacerdotales diripuit, sacrum vnctionis chrisma effudit, nec nō alia nefanda simul perpetrauit. Triste istud nuntium dū ad Treuirensium aures esset delatum, in luctus signum vbique per ecclesias diuinum officium publicè & solemniter pro more fieri prohibuerunt, donec & quousque Summi Pontificis super hac re sententia haberetur.

Euerardus Archiepisc. Treuirensis capitur, & Comes Luxemburgēs.

Summus Pontifex statim atque pro parte Archiepiscopi, & eius subditorum querimonias eiusmodi percepit, sacrilegum hoc facinus magnopere detestatus est, & deliberatione cum cœtu Illustrissimorum Cardinalium maturè præhabita in excommunicationis sententiam iure ipso Conradum Comitem Luxemburgensem incurrisse declarauit, eumque hac censura innodatum, vna cum complicibus suis voluit, donec pœnitentia tactus ab ipsomet Archiepiscopo tam grauiter offenso veniam humiliter petijsset, & eam cum omnimoda absolutione quam in ipsius Archiepiscopi potestatem Pontifex contulerat, percepisset.

Conradus Comes Luxemburgens. à summo Pontifice excommunicatur.

Hanc

Hanc adeo grauem in se sententiam audiens Conradus Comes à supremo Ecclesiæ capite promanasse, salubriter compunctus ilicò Antistitem eatenus apud se captiuatum liberum ad propria abire permisit, atque ad eius pedes suppliciter prouolutus rogauit enixissimè sibi temeritatis tantæ veniam impartiri, nec non à vinculis excõmunicationis solutum in Ecclesiæ sacramentorum, suffragiorum & aliorum fidei christianæ iurium participatione denuo se admitti, promittens de cætero emendationem, & quoad posset partim offensæ satisfactionem præstare. His precibus atque pollicitationibus Treuerensis Antistes inclinatus, desideratæ absolutionis à cuiuslibet censuræ vinculo beneficium elargitus est, nec non salutaris pœnitentiæ loco iniunxit, vt in commissorum criminum apud districtum iudicem Deum promerendam veniam Monasterium ordinis Diui Benedicti in honorem Apostolorum principis extrueret, & sufficientibus ex proprio dotaret reditibus, ac denique profectionem ad terram sanctam deuotè susciperet. Comes veniæ, & gratiæ diuinæ percupidus libentissimè tale in se suscepit onus, nec mora, loco Luxemburgensi suæ arci cõtiguo in peramœna & mediocriter ampla rupe Monasteriũ à fundamentis excitauit, in eoque persummam diligentiã pœnè intra biennij spatium absoluto Monachorum collegium instituit, quibus virum religionis vsu, & sapientiæ doctrina conspicuum, Fulmarum nomine, Abbatem præfecit, assignatis etiam ex bonis suis, quæ in perpetuum ad eorum cogruam sustentationem sufficerẽt reditibus. Hoc ita effecto, Comes Conradus, vti in mandatis acceperat, sese itineri Hierosolymitano accingit, dimissisque vxore & prolibus domi, vna cum perpaucis loca quę Saluator noster dum humani generis salutem in medio terrę operaretur, suis sacris vestigijs pressit, suisque secundum humanitatem natiuitate, morte, & sepultura sanctificauit peragrare, & summa cum religione visitare studuit: Demum proprium solum repetiturus pedem indè retulit, & in ipso itinere Monasteria diuersa, nec non Ecclesias aliaque diuino cultui consecrata loca inuisendo, plurimas sanctorum reliquias sibi donari obtinuit, quibus Monasterium recens à se fundatum exornare disponebat. Verum vt vita hominum lubrica, & tenui est pendens filio, accidit vt priusquam metam contingeret propositam, in morbum acerrimum incideret, cum quo aliquot diebus conflictatus spiritum suum in terra nõ sua Domino Deo creatori reddidit. Famuli ipsius in eadem peregrinatione comites putarunt sibi non committendum, quin corpus à corruptione, quantum quidẽ per industriam suam fieri poterat, præseruari curarent: quo & integrius ad locum suæ originis illud decenter cum tempore transferri posset. Balsamo igitur, & aromatibus in id aptis condiri corpus Domini sui defuncti fecerunt, & tum inceptũ prosequentes iter, tristè de Domini sui obitu nuncium ad eius vxorem & liberos detulerunt. Quibus mandantibus, quidam tum nobiles, tum inferioris notæ viri in Italiam profecti, corpus inde defuncti Comitis Luxemburgensis Conradi, domum euehi fecerunt, illudque ad locum destinatum perductum honorificè in cripta Ecclesiæ Monasterij per eum, prout paulò antè diximus constructi, sepulturæ mandarunt: ac denique capsulis Reliquiarum sacrarum inter reliquam dicti Comitis supellectilem repertis, ac reseratis hæc quæ sequuntur contenta fuisse feruntur. Pars pepli diuæ virginis Matris. Pars spongiæ qua Christus Dominus in

Dimittitur à vinculis Archiepiscop.

Conradus Comes ab Archiepisc. à vinculo excõmunicationis absoluitur.

Conradus Comes Mõsterierse Monast. apud Luxẽburg excitat

Folmarus Abbas primus Mũst.

Comes Conrad profiscitur Hierosol.

cruce pendens potatus fuit. Inferior Mandibula, eaque integra Sanctæ Luciæ virginis & Martyris, Dens vnus diui Blasij Episcopi & Martyris. Oleum quod ex corpore beatæ Catharinę virginis fluxit. Pars lapidis loci vbi crux Domini fuit infixa. Pars ossis S. Simonis Apostoli. Hæ verò sacræ reliquiæ dicto Monasterio per Diuinam Clementiam defuncti viduam fuerunt cōsignatæ, vbi & hucusque in honore & pretio condecenti habentur. Atque is finis vitæ fuit magnanimo, ac verè religioso principi Domino Conrado eius nominis secundo Luxemburgensi Comiti.

Clementia Comitissa moritur.

Clementia viro orbata, vitam deinceps agere cælibem in omni pietatis, ac christianæ religionis exercitio elegit, atque in hoc proposito ad terminum vitæ perducta, & ipsa tandem vitam cum morte commutauit, sepulturāque sortita est iuxta prædefūncti mariti corpus in prælibata cripta, vbi ambo quieuere donec Anno 1542 Franciscus Gallorum Rex Agrum Luxemburgensem vnà cum ipso eiusdem nominis prouinciæ oppido flammis, cæde, & ferro vastaret: Tum enim maiorum iussu cum Monasterium ipsum ab igne deuoratum foret, ac pœnè absumptum, eius loci Abbas Ioannis Hardert nomine, Principum Monasterij fundatorum Sarcophagum aperiri iubens, exinde eorum corpora in Diui Ioannis Baptistæ Xenodochium ipsi loco Monasterij diruti per Imperatorem Carolum quintum assignatum transportari, & quantum ea permiserunt tempora, & loca decenter recondi curauit, vbi generis humani vniuersalem resurrectionem præstolantes delitescunt.

Franciscus Rex Francia.

Guilielm. Comes Luxemburg.

Conrado è viuis prout præmisimus sublato, filius eius Guilielmus primogenituræ iure etiam matre Clementia adhuc superstite anno scilicet 1086. suffectus fuit, duxitque in thori consortem Mechtildem Ducis Sueuiæ Frederici cæci filiam, ex cuius complexu prodière Conradus eius nominis tertius Luxemburgēsis Comes, Sigifridus, Vdalricus, Fredericus, qui tres annos pueriles minimè sunt egressi. Agnes præterea, & Mechtildis. Guilielmum hunc ferunt opibus admodum fuisse abundantem, mirèque liberalem, & in suos subditos benignum & affabilem, extitisse insuper eum dicunt Abbatiarum S Maximini, Epternacensis, & Medeolacensis summum aduocatum, habuisseque cum Godefrido Namurcensi Comite (cui Ermesindis Luxemburgensis vxor contigerat) amicitiam singularem, ex quo etiā prouenit, vt Godefridi istius filia Elisabetha nomine, Conrado Guilielmi primogenito in vxorem coaptaretur.

Guilielm. Comes Aduocatus Monaster. S. Maxim. Epter. & Mediolan.

Fuit præterea Guilielmus Comes rerum bellicarum longè peritissimus, vnde fama eius percrebrescente, Henricus quartus Romanorum Cæsar Augustus eundem in sui exercitus primarium Ducem ordinauit, Anno reparatæ salutis 1096. Imperij autem prætacti Cæsaris Anno quadragesimo primo.

Guilielm. ob bellicā virtutē in primariū Cæsarei exercitus ducem deligitur.

Hierosolymitanum regnum à Christianis excitatur Anno 1099. suscepta sacri belli in Saracenos expeditione, cuius Dux lectus est heros inclitus Godefridus comes Bullonij s idem Dux Lotharingiæ, quæ hæreditate ei proxime obuenerat: quē Principes viri non pauci, pediū sexcenta millia, equitū centum millia tripartito agmine secuti sunt, qui omnes signo salutiferæ crucis insigniti fuère. Primum agmen inconditum facilè hostium insidijs patuit; postea Nicea in Asia minore prima capta est, & ad eam cæsus Solymannus cum Turcis; deindè Tarsus tum Antiochia, vbi

Godefrid. Bullon profecturus in

vbi fusi sunt Parthi, Medi, Assirij; tandem Hierosolyma tricesimo obsidionis die ipso meridie feria sexta: quò primus inuasit in muros Godefridus, pulsique sunt Saraceni cum Calypha Aegiptio, & triennio totus subactus est oriens: regionum cuique principi assignata Prouincia est; Rex in sancta vrbe Hierusalem creatus omnium votis Godefridus, qui quod Rex æternus eo loci spinis coronatus fuisset diadema capitis aureum recusauit; secundus ei successit Balduinus frater Anno 1100. Cæterum biennio post hanc expeditionem noua alia subsecuta est Lombardorum, Germanorum, Francorum & Burgundionum. Imperator Henricus à tam sancto & fælici instituto suis implicitus bellis, longè auxilio, animoque aberat: quin etiam Vrbano secundo Pontifici ob id iniquus (ait Aemylius) quod gloriam pij belli ab illo excitati suarum partium dedecus existimaret.

terram sanctam.

Godefrid. Rex Ierosolymorum creatur.

Præmonstratensium ordo Religiosus initium sumit à Northberto sanctissimo, & nobilissimo viro Lotharingo.

Ordo Premonstrat.

Annum domini circiter millessimum, centesimum, decimum quintum contigit Metenses grauissima cum Virdunensibus habere dissidia, adeò vt vtrinque tantus furor inimicitiarum exardesceret, vt nunquam, & nusquam ab inuicem tuti prodire possent, quin alij alios interciperent, trucidarent, aut certè vinctos tetris carceribus manciparent, Metenses porrò, suis rebus prospicere cupientes, militem conscribunt copiosum, eumque in primis ad castrum quoddam Dieuleuuart galli co idiomate vocatum, latinè vero Arx Dei reddita, obsidione premendum destinarunt. Quod vt solerti studio efficere satagerent, milites ea in arce præsidiarij Episcopo & Comiti Virdunensi, sacramento addicti, certo sibi propediem à parte sui domini opem aduenturam promittentes, nequicquam Metensium exercitus molimina morati sunt.

Metenses inimici Virdunēs.

Metenses castrum Dieuleuu. obsident.

Erat autem id temporis Virdunensis præsul, & Comes, Richardus Grandipratensis Comitis filius, qui Raynaldum Barrensem Comitem virum in re militari plurimum potentem sibi in vicecomitem asciuerat, eique vt obsessis in Dieuleuuart opem, & auxilium armata manu ferre anniteretur præceperat. At verò Raynaldus fratri suo Stephano tum temporis Metensi Episcopo displicere veritus, frigidè admodum, & superficialiter mandatum Virdunensis Comitis perficere aggressus est, quin ipsismet quos defendendos susceperat, multò plura quam aduersarijs Metensibus mala, prædas agēdo intulit, indeque castrū Dieuleuuart subsidio exspectato destitutum, magis magisque obsidentium viribus pressum, in eorum tandem potestatem deuenit, dirutumque & solo adæquatum est.

Castrū Dieuleuuart. à Metēsib. expugnatur ac solo equatur.

Percipiens igitur Virdunēsis Episcopus sibi adeò flaccidè seu potius infideliter à Comite Barrensi suo in re bellica vicario seruiri, eiusque neglectu & dissimulatione insigne istud castrum ab hostibus manu valida superatum, eundem rationem facti huius redditurū conueniri iubet. At ille cū sic vocatus accedere renuisset per sententiam ipsius Episcopi, in plurimorum nobilium præsentia Vicecomitatus munere deiectus est, ac deindè consultatione super alio in eius locum subrogādo diligenter præhabita, potissimorum consiliū fuit, vt Guilielmus Luxemburgensis Comes ad id vocaretur functionis, vtpote cuius insignium in bello & pace actuū fama omnibus per circuitū satis innotuisset. Accersitus igitur Guilielmus noster

Guilelm. Comes Luxemb. fit Vicecomes Virdunēs.

 protinus

protinus postulantium acquiescit petitioni, & magno comitatus equitum numero Virdunum petijt, vbi tum ab ipso Antistite, tum denique ab omnibus subditis magno cum applausu susceptus est; ac denique Vicecomitatu loco Raynaldi Comitis Barrensis honoratus, consuetum fidelitatis præstitit iuramentum.

Raynaldus Vicecomit. Virdunensi dignitate spoliatus ultionem meditatur.

Raynaldus ob hanc sibi factam ignominiam ira grau accensus, vltionem quibuscunque posset modis de Virdunensi præsule sumere animum apposuit, eaque, de causa consanguineorum, aliorumque suorum amicorum, iunctis proprijs subditis auxiliares copias implorauit.

Guilielmus Com. Luxemb. Raynaldi exercitũ fundit fugatque.

Præsentiens itaque Guilielmus noster Virdunẽsi territorio immodicas à Raynaldo infestationes imminere, coegit & ipse militum manum non exiguam, qua hostiles cunctos à finibus suæ administrationi commissis fortiter arceret. Accidit autem vna dierum, dum vterque exercitus paruo ab inuicẽ spacio distaret, vt GuilielmusLuxemburgẽsis comes oportunitate accepta, cũ suis de repente in Raynaldum, & suos magno impetu irrueret, copias aduersariorum funderet, prosterneret, & ad fugam capessendam ipsum Raynaldum versus Diui Michaelis oppidũ compelleret. Virdunenses parta isthac victoria animosiores effecti, Guilielmo vicecomiti, vt negotium adeò prosperè incœptum persequeretur, suaserunt, quibus hic annuens ad Diui Michaelis oppidum vnacum suis tetendit, & in eius circuitu castra metatus est. Cumque infra dierum paucorum curriculum in tãtum obsessis incommodaret, vt diutius eis non foret integrum subsistere, vltrò sese tandem & sua in Guilhelmi potestatem dediderunt, Comes verò Raynaldus & ipse cum oppidi illius inquilinis obsessus, per loca secretiora emissus sub noctis obscuro, equo celeri Barrum aufugit: quo etiam iubente Virdunensi præsule eum persequi Guilielmus incœpit; vbi tamen ob eius loci firmitatem prius Episcopus ipse ab Imperatore auxiliatricem manum implorasset, & impetrasset. Fauebat autem Cæsar Episcopo Virdunensi peculiari affectu, ideò fortè quod in dissidio quod inter Pontificem summũ, & dictum Cæsarem, intercedebat, idem Episcopus partibus Imperatoris adhæresceret. Cæsar gratificari Episcopo Virdunensi appetens in propria persona valido exercitu constipatus aduenit, & cum in Barrense præsidium manum serio mittere cogitaret, Raynaldus Comes expendens sesẽ ad obsistendũ tam Imperatoris quam Guilelmi vicecomitis Virdunensis copijs simul pro eo tempore coadunatis, nimis imbecillem, vt deteriorem deuitaret euentum, reserato Claustro sese in Imperatoris manus cũ omnibus suis contradidit: & cum non esset soluendo ingentẽ pecuniæ summã quæ ab eo litri & mulctæ nomine exigebatur, obtulit se deinceps cum successoribus suis Imperij feudalem ratione comitatus sui Barrensis fieri; cui petitioni cum Imperator annuisset in ipso tempore ordinarium ei hunc in finem præstitit iuramentum. Ex quo quidem facto, originem accepisse fertur quod Duces Barri ducatum istum tanquam Imperij feudum recipiant, & teneant hodieque.

Comes Raynald Barrũ fuga petit.

Cæsar Episc. Virdunensi fert opem.

Comiatus Barrensis feudum Imperij.

Richar. Episcop. Virdunens. Gui

Guilelmus his ita constitutis venia à Cæsare accepta inde Virdunum reuersus, magna totius populi congratulatione exceptus fuit. Cum verò ad prænarrati belli actionem non exigua pecuniarum summa Richardo Episcopo necessaria fuisset, neque ea omnino in suis loculis reperiretur, à Vicecomite suo Guilielmo quantũ

ad defectus supplementum requiri poterat, mutuatus est; nec non donec tantundem ipsi refudisset loca Sathanay, Astanay & Masacium nuncupata, quæ non ita pridem decessor eius, Richardus Virduni Episcopus à Mechtilde Ducissa, & Godefrido Ballonæo numerato pretio coëmerat, in pignus consignauit.

-lielmo Luxemb. Comiti loca aliquot pignorat.

Annis deindè aliquot præteruolutis Richardus Episcopus Virdunensis in fata concessit: vnde quidam è primaria nobilitate viri in Raynaldum Barrensem Ducē propensè affecti, occasionem captantes, pro eius in pristinum Vicecomitatus gradum restitutione apud Cæsarem multa instantia egerunt. Cæsar verò non minus Guilielmo Luxemburgensi, quam Raynaldo Barrensi tam sanguine, quam animo iunctus, eiusmodi preces exaudire renuit; donec supplicantium importunitate quadam adactus responderet, sibi id lubere, dummodo ipse Guilielmus spōtanea voluntate sua cederet administrationi. Hac igitur de re interpellatus Guilielmus non difficulter, vtpote ad pacem, & amicitiam colendam, quam bella suscipienda longè procliuior, cupiens etiam hac in parte Imperatori gratum præstare obsequium, non difficulter inquam morem gessit postulantibus, atque sic dum vsquè ad Annum domini circiter millesimum, centesimum, decimum septimum, Vicecomitatum obijsset Virdunensem, eundem in Raynaldi Comitis Barrensis manum resignauit: recepta tamen prius ab eodem ea pecuniæ summa, quam eum superius diximus Episcopo ad bellum gerendum mutuasse, nec non locis vicissim traditis, quæ eatenus sibi impignorata extiterant; ex quo quidem facto accidisse aiunt, vt prætacta loca dominijs Barrensis Ducatus accesserint, sic vt Sathanaicum Castrum Luxemburgensis Comitatus in feudum tunc, & deinceps reijceret.

Richardus Episc. Virdun. moritur.

Guilielmus Comes Luxemb. Vicecomit. Virdun. Rayn. Barrensi Duci resignat.

Displicuit autē summopere Virdunensibus, eiusmodi pacta inter Guilielmum & Raynaldum intercessisse, atque eam ob rem portas ciuitatis suæ Raynaldo, ne ingrederetur, præcludere inito cōsilio proposuêre. Quod quidem eorum decretū vt dicti Comites perceperunt, militum multitudinem copiosam vnanimiter cōgerentes aditum sibi armorum vi in dictam ciuitatem facere pararunt; at Virdunenses de suis diffisi viribus dextras postularunt, & acceperunt, sicque absque sanguine bellum pax subsecuta fuit.

Virdun. Raynaldo portas occludunt, quas mox vi adacti reserāt

Guilelmus Comes Luxemburgensis ætatis iam prouectæ vnicum filium habēs superstitem Conradum nomine, diem clausit extremum, atque corpus eius parentum suorum cineribus est appositum, in monasterio ab ipsis iuxta Luxemburgensem arcem fundato, cui & ipse tum ædeficiorum percommodorum additione, tum diuersis alijs nominibus plurimum extiterat viuens beneficus, huicque tandem coniunx defuncta eodem coniuncta est loculo.

Moritur Guilielmus Comes Luxemburg.

Conradus ergò eius nominis tertius post parentem Comitatus Luxemburgensis suscepit dominium, in cuius administratione sui se exhibuit perquam beneuolum, & mansuetum, qua etiam ex causa eum illi magno amore sunt persecuti, fuit autem Elizabethæ Godefridi Namurcensis Comitis filiæ matrimoniali vinculo connexus, ex quorum copula prodière Henricus, & Gertrudis Conradi secundi Vadanimontis Comitis postmodum vxor. De nostro hoc Luxemburgensi Conrado, quidam notarunt, quod primus Principum Luxemburgensium extiterit, qui suis leges cōdiderit subditis. Vt verò erat catholicæ religioni, & diuinis obsequijs

Conradus tertius Comes Luxēb.

Conradus Luxemb. legu codic. amplificandis summè propensus, inter cætera eius in Ecclesias beneficia, Monasterio etiam Diui Maximini bona liberaliter contulit, prout eius loci Archiua edocent vndè hæc verba transsumpsi. *In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ego Conradus Comes de Lucelemburch. Postquam prouidente Deo, post decessum pijssimi genitoris nostri VVilhelmi Comitis Datum 1135.*

Cistertiēs. monastar. ordo. Cistertiensis ordo sub Diui Benedicti Regula per Robertum Molisinensem Abbatem abdicatis mundi voluptatibus, incipitur quem mox S. Bernardus mirificè auxit.

Iohannit. milit. ordo. Ordo militaris Iohannitarum hierosolymitanus, postea Rhodius, nunc Melitensis à Gerardo viro Principe non tam inchoatur, quam instauratur. Innouatur etiam ordo S. Lazari olim à S. Basilio traditus.

Templariorū origo. Templariorum ordo ab Hugone pagano, & Godefrido originem duxit.

Ordo Teutonicorum. Teutonicorum ordo Beatæ Mariæ sub Innocentio tertio ortus est, accessit his posteà ordo militum seu equitum S. Sepulchri pro fidei christianæ & terræ sanctę defensione militantium. *S. Bernar. S. Norbo. S. Milo Taru. Epi.* Sanctitatis lumina tria præcipuè clarent, Nortbertus Archiepiscopus fide. Milo Taruanensis Episcopus humilitate, Bernardus Abbas Clareuallen doctor Ecclesiæ mellitissimus charitate. Dum adhuc vitæ præsentis aura foueretur, noster Conradus vnicus eius & primo natus filius annos ephæbeos paululum excedens, vehementi cœpit desiderio pulsari diuinitus, vt sæculi contēptis illecebris statui inseri se curaret Ecclesiastico. Cum ea de re verba ad patrem crebrius haberet hic tandem constantia iuuenis victus, eundem Episcopo Leodiensi commisit instruendū, & ad optatam vitæ conditionem promouendum. Factū est: & ecce vsqueadeò inter Canonicos cathedralis Ecclesiæ S. Lamberti in quorum numerum cooptatus extiterat intra annorum paucorum spacium coram Deo & hominibus profecit, vt Adelberone Episcopo è viuis sublato, hic Henricus communi capitularium suffragio in defuncti cathedram substituendus eligeretur: & consequenter vocatis, & præsentibus patre eius & matre: Ermesinda item sua abauia necnon huius marito Godefrido Namurcensi sacræ Pontificalis vnctionis munus solemni ritu perciperet, ac denique Ecclesiæ sibi concreditæ magno cum fructu præesset. *Conradi tertij Comitis filius fit Episcop. Leodiensis.*

Pater eius Conradus Comes Luxemburgensis hac via filio, quoad generis propagationem orbatus, viam hanc mortalem vna cum coniuge produxit in Annū Christi 1174 quo in fata concedens sepulturam in Munsteriensi Monasterio iuxta prædecessores suos adeptus est. *Conradus Comes Luxemb moritur.*

Ordo Eremit. S. Gulielmi. Eremitarum S. Gulielmi ordo sub instituto S. Augustini à Gulielmo Aquitaniæ Duce conditur. Ottho Frisingensis Episcopus Imperatorum genere ortus. Hildegardis Abbatissa. Euthymius Petrus cōmestor. Gulielmus Tyrius Archiepiscopus. Hugo Eterianus, Godefridus Viterbiensis, Ioachim Abbas calaber, scriptores Ecclesiastici florent.

S. Thomas Cantuar. Episc. Mar. Sanctus Thomas Cantuariensis Episcopus, Martyrium in Anglia subit.

Henr. Cæcus Comes Luxemb. Conrado viam carnis vniuersæ ingresso, vnicoque prout iam retulimus Ecclesiasticis munijs mancipato eius filio, linea masculina comitum Luxemburgensiū finem sortita est, hancque ob causam Comitatus ipse proximitatis iure, ad Henricum

cum cæcum comitem Namurcensem Ermesindæ filium deuoluta est. Huic Henrico duæ erant sorores altera quidem Agnes nuncupata, Manassis Comitis de Castro retexto vulgo Rethel, & Campaniæ vxor: altera verò Alexia dicta Balduino ædificatori Hannoniæ Comiti nuptui tradita. Cur autê Henrico Comiti septimo Luxemburgensi à cæcitate cognomentum acciderit, causam ferunt, quod nescio quo funesto casu ætatis suæ Anno quadragesimo quinto, oculi vtriusque vsum planè amiserit. Vt autem Comitatus Luxêburgici iura ad se per mortem postremi eius possessoris spectare intellexit, ilico magno cum apparatu iter ad eas partes arripuit, ac denique fidelitatis promissû à subditis suis recepit, is Agnetem Ottonis Comitis Geldriæ filiam matrimoniali nexu sibi asciuit, quam tamen maritali affectu minimè est complexus; quin in eius contumeliam pellicem quandam domi tenuit ac fouit, ex quo eius ligitima coniunx non parum afflicta querimonias longè acerbissimas ad parentes destinare solebat: vnde vir eius subinde ab inordinatos meretricis amplexus reprehensus tantum aberat, vt in frugem meliorem sese dare cogitaret, vt potius vxorem suam deterius tractaret indies. Hæc proinde tam ingentis probri impatiês, clandestina sese indè fuga proripuit, paternosque lares repetijt. Dissimulauit istud Henricus Comes nimio pellicis amore excæcatus, permisitque ad aliquot annos coniugem sibi minimè adesse, quam eius incuriam seu magis insaniam admodum grauiter tulerunt Agnetis parentes, & tandem vt malum istud finem acciperet, Archiepiscopo Coloniensi consanguineo suo supplicarunt, quatenus optimo quo perspiceret modo prouidere satageret. Hic itaque assumptis secû Louaniensi & Flandriæ præpotentibus Comitibus, iter ingressus est Luxemburgû versus, quasi Henrici Comitis amicitiæ ergò salutandi visitandique, ab isto vt humanissimè, prout eorum status magnitudo postulabat aliquamdiu fuêre habiti, occasione capta loquendi, adhortari eum cæperunt fidelitatis, & amoris erga suam conthoralem, veram, & legitimam, eliminata tandem isthac nefanda in pellicatu consuetudine, exhibendi & obseruandi; indignum planè contestantes, vt Princeps tantus christiano nomine insignitus, adeò turpem & scandalosam ageret vitam, necnon vxorem suam adeò nobili prosapia genitam tam grandi afficeret contumelia præter eius vllum demeritum. Nec in vanum abire horum Magnatum sermones, nam Henricus ijsdem cedens vxorem suâ eiecta côcubina, statim ad thorum suû postliminio reuocare studuit, quo effecto læti, et hilares ipsi Principes ad propria remearunt. Exinde igitur cum affectu maritali complecteretur Agnetem coniugem suam Henricus Comes, ex eadem ante anni vnius excursum filiam nomine Ermesindam suscepit.

Agnes Comitis Geldriæ filia Henrico Luxemb. Comiti in vxorem asciscitur.

Agnes vxor Comitis Luxemb. patrias fodes fuga petit.

Agnes Comitis Gel. filia Henrico comiti recôciliatur.

Henricus Comes ex Agnete filiam suscepit.

Henricus idem alieniori fuit animo aduersus sororium suum Balduinum Hannoniæ Comitem, ideò quod se inconsulto filiam dispondisset Henrico Manassis Comitis in Rethel & Campaniæ filio in vxorem futuram, quam despôsationem dissoluendi gratia omnem conatum expendit eo vsque, vt sponsum ipsum Henricum induxerit, vt quo tenebatur sponsalium vinculo sese extricaret, ei in locum sponsæ prioris consignans itidem in spôsam filiam suam prælibatam Ermesindam vnius tantum anni infantem; eo pacto vt postmodum de præsenti matrimonio plenè inito gener socero in Comitatibus Luxemburgensi & Namurcensi succederet,

Henricus Comes Luxemb. & Bald. Com. Hannoniæ inimici.

ret,

ret, exclusis indè Balduino reliquisque qui fortassis proximitatis prætextu ius in ea dominia fuerant prætensuri.

Balduinus Comes Cæsaris opem implorat

Istorum factus certior Balduinus Hannoniæ Comes Imperatorem imploraturus opem adijt, eidem negotium inter Luxemburgensem affinem suum, & Campaniæ Rethelque Comites intercedens fusè exposuit; petijtque iuxta iuris & iustitiæ exigentiam hac in re per Cæsarem decerni; qui, omnibus eo facientibus maturè expensis per sententiam dixit, & declarauit Comitem Balduinum Hannoniæ, defuncto Henrico Luxemburgensi, & Namurcensi Comite in ijs Comitatibus debere iure hæreditario succedere.

Henricus interim cum præfato Henrico iam Comitatu Campaniæ potiente iuuenculo adhuc Namurcum adijt, vbi ciues in vnum conuocatos, prælibato Comiti Campaniæ tanquam eorum futuro Domino fidelitatis iuramentum præstare mandauit. Quod vbi Balduinus illuc eodem tempore adueniens nec impedire valens, in suam æstimaret summam iniuriam vergere Vvormatiam, protinus vbi Comitia erant Imperialia inducta, sese contulit, ibique Cæsarę, & Francorum Rege vnacum Romani Imperij proceribus, alijsque principibus viris præsentibus & audientibus querimonias graues in Henricum Namurcensem & Luxemburgensem deposuit, Attamen dum iuxta iuris decisionem minime iudicaret, Cæsar in absentem non vocatum, nec auditum proferendam esse sententiam, partibus tantum id temporis diem statuit in sua & Imperij procerum potentia comparendi, comparuerunt igitur præstituto tempore Comites colligitantes, verum nulla nec Cæsaris nec reliquorum Principum quantumuis solerti industria in pacem & concordiam potuerunt adduci. Vnde Rex Franciæ pacis inter vicinos principes Christianos studiosissimus, suasit quatenus denuò Ponthosiæ suæ præsentiæ sese sistere nō detractarent, futurum pollicens, vt ambo contenti indè tandem ad propria remearent. Venêre iuxta condictum Comites ad Regis, loco & tempore prærordinatis conspectum, dumque longè latèque singuli suas exposuissent prætensiones, hæc tandem sententia exijt, vt Henrico cæco è viuis sublato Comitatus Namurcensis in feudum daretur; Campaniæ autem Comiti Comitatus Rupensis in Ardenna cum dominio Durburensi cederet, at de Comitatu Luxēburgensi, negotium remāsit suspensum, Cæsarisque determinationi dimissum.

Cæsar Henricū & Balduinum comites discordantes conciliare conatur.

Rex Frāc. tandē inter eos pacem componit.

S. Francisc. institutor ordinis minorum.

Sanctus Franciscus Apostolicæ vitæ perfectionē imitando ad regulam Christi facultatibus omnibus semetipsum despolians: non pecuniam, non peram in via, non duas tunicas, non calciamenta neque virgam sibi seruat; ac docendi viam salutis studio, sese cum suis, in omnes, penè orbis partes confert: tanto amore Dei flagrans, vt etiam stigmata Domini Ihesu in corpore suo portaret, cuius ordo fratrum minorum confirmatus est ab Innocentio tertio Pontifice.

S. Dominicus fundator ord. prædicatorum

Sanctus Dominicus itidem admirabili sanctitate, priscorum Christianorum in vita puritatem repetit, Albigenses hæreticos confutat, Euangelium cum suis per orbem prædicat, multosq; ad vitæ emendationem adducit, cuius ordinem Prædicatorum approbauit Pontifex Romanus.

Plurimi ex Principibus

Accidit autem id temporis quam plures christiani nominis Reges Duces, Comites, reliquarumque notarum primores sacræ militiæ inscribi, eo fine, vt armorum

sum-

ſumma vi terram ſanctam è Barbarorum poteſtate eripere conarentur. Horum in numero extitit etiam Campaniæ Comes Henricus iuuenis Henrici Luxẽburgenſis filiæ Ermeſindæ ſponſus: qui ſponſalium contractui contrauenieńs vxorem aliam in Paleſtina duxit, ex qua duas filias procreauit, quarum prior Cypri Regina poſtmodum euaſit: poſterior autem Comiti Briennenſi vxor contigit; Henricus porrò Campaniæ Comes iſtarum parens, vnâ dierum ex alto ruens ſubitanea morte extinctus eſt.

Henricus Campaniæ Comes fidẽ ſponſalium irritã facit

Henricus Luxemburgenſis Comes vt certo intellexit ſibi, & filiæ ſuæ Ermeſindæ ab eius ſponſo Henrico Campaniæ Comite fractam eſſe ſponſalium fidem, grauĩ ob id indignatione cõmotus, Principium nihilominus more diſſimulauit, & filiam ſuam grandiuſculam iam effectam Theobaldo Comitis Barrenſis filio in coniugem tradidit, indéque breui ſuperuixit tempore. Quo iam ingreſſo viam carnis vniuerſæ, Theobaldus eius gener iure vxorio vtrumque Comitatum Luxemburgenſem videlicet, & Namurcen. ſibi competere prætendebat: At Cæſar iſtud percipiens filiabus ad hoſce titulos nullatenus patere acceſſum declarauit, ſimulque Otthoni cuidã Burgundo principatum Luxemburgẽſem, Namurcenſem verò vna cum Comitatu Rupenſi Hannoniæ Comiti aſſignauit. Ottho tamen Burgundus, quorundam perſuaſione inductus magna pecuniarum vi accepta conueniente etiã in id Imperatore Comitatum Luxemburgenſem Ermeſindæ, eiuſque marito reſtituit.

Filia Henrici Comit. Theobald. Comitis Barrenſis matrimonio iungitur.

Ottho Burgũdus Comes declaratur Luxemb.

Ottho comitatũ Luxẽb. Theo. Comiti Barrenſi reſtituit.

Dum porrò hæc eiuſmodi obtinuiſſent effectũ, Theobaldus Barrenſis animo ſuo reuoluẽs, quanto præ reliquis vxor eius Ermeſinda proximitatis gradu cum verò Namurcenſi Comite defuncto iungeretur, vtpotè eius vnica filia thoro legitimo procreata, æſtimauit ſibi omnino hunc iure coniugali deberi; petit igitur datis literis ad Hãnoniæ Comitem ſibi ſpolium hoc reſtitui: at hic, iſtiuſmodi petitiones flocci pendens nuncios remiſit vacuos. Theobaldus proindè Barrenſis bello cum aduerſario congreſſurus, validam coegit militum manum, & vrbem Namurcenſẽ obſidere aggreſſus eſt.

Theob. Comes Lux. Namurc. comitatũ repetit.

Namurcũ obſidetur.

Namurcenſes ciues nequicquam hac aduerſariorum molitione animi remittẽtes, plus ipſis obſidentibus obſeſſi afferebant incommodi, quam è diuerſo, excurſiones in eos frequentius exercentes, & quam plurimos occidentes. Indè hebdomatibus aliquot euolutis partis vtriuſque amicorum ſuaſu, de mutua reconciliatione & pace tractare cæperunt; qui quidem tractatus eo fine terminatus eſt, vt Hannoniæ Comiti Namurcẽſis Comitatus plenè cederet relinqueretúrque, Theobaldo verò Luxemburgenſi Comiti. Comitatus Rupenſis vna cum Durbutenſi Domino pro ſe & ſucceſſoribus, loco prætenſi ſui in Namurco Iuris obtineret, Dimiſſis igitur hac ratione exercitibus Comites mutuo recõciliati aliquamdiu ſimul Namurci magna cum humanitatis exhibitione fuerunt. Deinde Luxẽburgen. Comes affini ſuo Namurcen. Comite ſalutato Luxemburgum rediji; vbi non multos egit dies, cum ecce aliorum id temporis Principum Chriſtianorum exemplo cruce ſignaretur; atque ſanctæ ſeſe curaret inſcribi militiæ, ſtatuens in primis optimo quo poterat modo, ea quæ ad pacificam & tranquillam ſubditorum ſuorum ſpectabant gubernationem: & vt coram Dei conſpectu locum mereretur gratiæ Ec-

Comitat. Rupenſ dominiũ Durbut. Teobaldo comiti aſſignantur.

Theo Comes cruce ſignatur.

clesię maiori Virdunensi, eiusque Canonicis Abbatiam quandam Lammes nomine tradidit perpetuo possidendam, ea conditione vt pro animæ suæ item vxoris, & prædecessorum salute anniuersarium deinceps celebrarent.

Dum porrò pro terræ sanctæ ex barbarorum potestate ereptione tanquam strenuus Christi miles laboraret, accidit funesto casu, vt biennio circiter in hoc sacro bello completo; sagittæ ex aduerso aduolantis ictu percussus vulnus mortale acciperet, ex quo etiam nulla ex sua vxore Ermesinda Luxēburgensi Comitissa prole suscepta diem clausit extremum, filium Henricum nomine ex priore coniuge, suū in Barreusi Comitatu successorem superstitem relinquens.

Moritur Theobald in Palest.

Hinc patriæ Luxemburgensis proceres pro successore & hæredibus in eo Comitatu solliciti, suæ Dominæ ac Comitissæ, finito ob mariti mortem luctu consueto, multis verbis, & rationibus suaserunt, quatenus de altero matrimonio ineundo cogitaret seriò, quorum illa cedens consilijs Vvalramo secundo genito Henrici Ducis Lymburgensis filio sese nuptui tradidit, inque dotem à suo sponso Marchionatum Arlunēsem, quem pater ei donauerat accepit. Ex quo euentu idem Marchionatus in hunc vsque diem ad Luxemburgensium Principum iura pertinuit. Protulit successu temporis matrimonium illud filium vnicum Henricum vocabulo, tresque filias Catharinam scilicet Ducis Lotharingiæ vxorem, Margaretham Theobaldi Comitis Barrensis sponsam & Elyzabetam coniugē Vvalrami Comitis Montisfalconis, qui ei in dotē Dominia de Maruille & Arancij consignauit.

Walram. Ducis Luxēb. filius vxore Theobaldi in matrimoniū ducta fit Comes Luxemb.

Sanctus Thomas Aquinas doctor angelicus genere, fide, doctrina, & sanctitate illustris Monasticā vitā ab ineunte ætate amplexus, vt Deo vnicè vacaret, plurima profundo & luculento spiritu in sacrā Theologiā cōmentatus est, quibus illius rationes, fundamēta, & dignitatē delibandā faciliore methodo quibusque proposuit.

S. Thomas Aquinas.

D. Bonauentura Albanēs. Episcopus Cardinalis doctor Seraphicus, Gulielmus Durandus, Iacobus de voragine, Ioannes Duns Scotus, Henricus à Gandauo doctores Theologiæ insignes partim simul, partim consequenter florent.

S. Bona. Episc. Alban. Cardinal.

Henricus Ermesindę filius, patri suo Vvalramo vita defuncto in Comitatibus Luxēburgensi, & Rupensi, Marchionatuque Arlunensi fit successor, atque Margarethā Henrici Comitis Barrensis filiam maritali sibi coniugauit vinculo. Quæ illi peperit filios tres & duas filias, Henricū videlicet patris successorem. Vvalerandū Comitē sancti Pauli alias de Roussij. Gerardū Dominū Durbutensē, & Seneschalcū Luxemburgensē, Isabellā Comitis Flādriæ sponsā: & Margarethā Comitis Hannonię vxorem.

Henricus patri Val ramo in Comitatu Luxemb. succedit.

Inter hunc Henricum & eius sororium Theobaldū surculi quidā futuræ litis cœperunt pullulare ratione Comitatus Namurcensis; sed priusquā in altū excreuisset controuersia eiusmodi, interuētu vtriusque partis amicorū cōsopita extitit, modo inferius dicendo.

Obijt autē dictus Henricus cū in ætatē virilē vix aliquos fecisset ingressus, & in Monasterio clari fontis Monialiū propè Arlunū Ordinis Cisterciensis tumulū obtinuit: & eius deinde vxor dū post aliquot annos etiā in fata concessisset, sepulturā iuxta maritū est adepta, & istiusmodi Epitaphio cohonestata:

Henricus Comes Luxemburg. moritur.

Cy gist la Contesse honoree

De Luxembourgh Marguerite nommeè
Qui moult fut saige
Et fut extrait de lmaige
De Bar & de Brettaigne
Et feit despleier meintes enseignes

In prædicti demortui Henrici locū Henricus eius primogenitus filius suffectus est, qui Beatricē Ioannis de Auesnes Comitis Hannoniæ filiā connubiali fœdere sibi sociauit. Ex cuius geniali thalamo prodière Hēricus postea Romanorū Imperator, Vvalramus Comes Rupensis. Balduinus Archiepiscopus Treueren.

Henricus patri in comitatu Luxemb. sufficitur.

Cum vna dierū soror eius Isabella Luxemburgen. Guidonis Flandriæ Comitis coniunx visitatum venisset, inter cætera confabulantiū verba, sermo incidit de Ioanne Leodiensium Episcopo, cui nescio qua de causa, iufensam grauiter se affirmabat Isabella, frater itaque eius Henricus, verbis mulieris huius fidem leuiter tribuens de vindicta ab Episcopo eius nomine sumenda sponsionē fecit; Nec multò post exercito valido cōscripto bellū Episcopo Leodiēsi Ioanni denūciari curat, statimque eius agros depopulari cepit, & sensim Leodiēsi Ciuitati magis magisq; grassan eo appropinquat. Ciues igitur Leodienses sūpta audacia in vicinū hostē magno fudore insurgunt, & eundem non sine sanguinis effusione è suis finibus profligant. Qua de re Henricus non modicè exacerbatus ad astum sibi confugiendū existimauit: simulans igitur sese propriū repetere solū in siluas Bullonienses cum aliquot armatis viris concessit, quo nimirū venādi gratia Leodiensē Episcopum conuenire solere sciebat. Hic igitur dū delitesceret, aduenit solito more cum pauculis venatoribus Episcopus insidiarum ignarus, nec mora ab ipso Henrico Comite Luxēburgensi eiusque asseclis facili negotio captus, & Luxemburgum abductus est, & ad quinque menses integros detentus. Hoc ipsū autem cum Leodienses ignorarēt nec vlla via de suo Episcopo & Principe quicquam cognitionis haurire possent. Beatrix Luxemburgensis Comitissa Henrici Comitis vxor, secretè per literas & fidum nunciū Episcopi apud ipsos captiuitatē significauit, Accidit exinde, vt Magnatum plurimorū interuentu medianteq; pecuniæ summa non exigua Episcopus liberabire permitteretur, facta tamen prius sponsione de iniuria sibi illata minime vlciscenda.

Henricus Comes Luxēb. Leod. Episc. bellū denunciat.

Episc. Leod. abducitur Luxēburg. captiuus.

Episc. Leod. à vinculis eximitur.

Suscepit & aliud bellum sibi longè infælicissimum vt mox apparebit, hic noster Henricus cum Ioanne Brabantiæ Duce, ea nimirum ratione quod ex ambabus suis sororibus querulosè crebrius audijsset eundem Brabantiæ Ducem, plurima Luxēburgensibus bona surripuisse, eaque in eum vsque diem iniuste detinere, Henricus itaque eiusmodi spolium è Brabanti manibus eripere cogitans Geldriæ Ducis sui auunculi; itemque Archiepiscopi Coloniensis implorato auxlio, sumptis præterea secū duobus fratribus suis grandi instructo exercitu Brabantiæ Ducem infestare cepit. Hic verò vtpotè maximis viribus longè valentissimus ad resistendū forti animo sese accingit, & virtute adeò valida se inuadentium hostium phalanges aggressus est, vt prima acie noster Comes Henricus vna cum suis duobus Fratribus interiret, Geldriæ verò Dux atque Archiepiscopus Coloniensis captiui ad castrū

Henricus Luxēb. Comes, Brabātiæ Comiti bellū infert.

Henricus Comes cum duob. fratribus ...

suis in bello cadit. Louaniense deportati, ibidem firmæ custodiæ manciparentur, donec insequenti tempore, ingenti pecuniarum summa, lytri nomine persoluta libertatẽ abeundi perciperent, Atque hic Henrico Comiti vitę mortalis exitus.

Henricus patri occiso in comitatũ Luxẽb succedit. HuicHenricus filius in Comitatu successor cum Margaretæ Ducis Brabantiæ filia coniugium inijt, atque ex horũ matrimoniali copula fluxerunt Ioannes Beatrix & Maria Henrici Vadanimontis vxor cui Henricum, & Mariam peperit, & deinde his impuberibus ẽ vita sublatis vna cum patre, Carolo pulchro Francię Regi coniuncta est.

Vvalramus Henrici frater ducta vxore Bonna Bareusi Comes Sancti Pauli, & Rupensis, itemque Durputensis Dominus effectus est. Hic cum ista sua conthorali copiosã acquisiuit prolem, ex qua in tertia generatione prodijt Sanctus Petrus Cardinalis dictus Luxemburgensis.

S. Petrus Luxemb. Cardinalis. Balduinus porrò Henrici itidem atque adeò Vvalrami frater spiritu diuino inspirante mundi vanitatibus vitã spiritualem præeligens in summę ædis Treuerẽsis Canonicorum numerum cooptatus est,& post aliquantum temporis spatium defuncto ibidem præpositio in eius locũ legitimè surrogatus: Deinde Parisios profectus in tantum inibi diligenti & indefesso studio profecit,vt in Theologiæ sacrę facultate haud vulgariter haberetur doctus. Cũque ijs in partibus hæreret absens & Treuerensis Præsul cum morte vitã cõmutasset, capitularium summo cõsensu

Balduinus Luxemb.fit Archiepisc. Treuirens. anno millesimo tricentesimo septimo in Treuirensem Archipræsulem est electus annum agens vicesimum secundum, at verò cum ætatis defectum plerique obijcientes eiusmodi electionem infirmare conarẽtur. Horum occurrens molitionibus Clemẽs eius nominis quintus Pontifex maximus de plenitudine potestatis Apostolicæ tum ætatis defectum dispensatione suppleuit,tum electionem ipsam vtpotè de persona Ecclesiæ secundum spem plurimum vtile transactum, ratam habuit & confirmauit. Denique anni sequentis Martio mense per Cardinalis cuiusdam administrationem sacerdotio est Balduinus initiatus,, & postridiè ab ipso summo

Balduinus à summo Pontifice in Archiepisc. Treuerens. consecratur Christi in terris vicario, Petrique successore, Episcopali dignitate Pictauij insignitus. Demum à summo Pontifice cum benedictione dimissus, ad sedem suã profectus est, vbi Matre,fratribus ,sorore,nec non alijs consanguineis & amicis præsentibus,à suis capitularibus, & alijs vtriusque status proceribus magna omnium gratulatione susceptus est.

Henricus natu maximus proximè tactorum frater, cum in adolescentiæ annis aliquos fecisset progressus, & ætatis suæ annum circiter decimum octauum ageret, robusto erat corpore, & animo virili, adeò vt vicinis quibusque terrori foret & horrori.Subijt autem eius mentem castrum quoddam quantitate quidem exiguum,at fortitudine præstans satis in quadam Mosellæ insula non procul à Machren

Henricus Comes Luxemb. castrũ à fundamẽtis excitat. Treuirenses castrum demoliuntur, ædificare vnde à transeuntibus isthac naucleris & mercatoribus telonium exigere imo & extorquere valeret. Qua ex re Treuerenses non parum indignati, quod inde sibi haud parum incommodari existimarent, opus eiusmodi diabolicum appellantes, illud omnino demoliendum sibi constituerunt,eamque ob causam magno numero conglomerati ad locum accesserũt, & manum inferentes violentam castrum recens excitatum demoliti sunt,soloque adæquarunt.Offendit istud Tre-

uerensium

uerensium facinus mirè Henrici Comitis animum, qui eius vlciscendi gratia, collecta militum multitudine ingenti in Diuæ Mariæ Magdalenæ profesto primum vallem Treuerensem ingressus spe lactabatur vt in breui vrbem ipsam vi, terrore, dolo, aut proditione in suam subigeret potestatem. Castra verò circa vallem, quæ adhuc hodiè Vririum nuncupatur, fixit, & domos, turresque ciuitati viciniores igne succendit, nulla denique rei, ac nè quidem ipsis fructuosis arboribus, & terræ frugibus parcens omnia circúquaque vastabat, perdebat que. Treuerenses tum magis angustijs perculsi, necnon de suis ad propellendum hostem viribus diffisi, saltem eum ne ponti proximior, & vrbi fieret infestior, compita viarum diligenter custodiri fecerunt. Vnde Comes Henricus propius accedere prohibitus, retro ad partes Treuerensium alias depascendas sese conuertit, & iuxta villam Mertzelich/ quæ vulgò Mertert/ & olim latinè *Merchodichta* dicebatur, Mosella traiecto, cú suorum etiam aliquo dispendio, qui fluctibus eius fluminis obruti perierunt, Villam *Contz* nomine petijt, & quibus potuit modis cuncta per gyrum igne, & ferro deuastauit, Vrbi denique appropinquans castra in Campo spacioso circa sanctæ Crucis villam constituit, exercens interea militum suorum manu arborum, vinearum, & aliarum frugum vastationem inexplicabilem: Ipsam etiam villam (Ecclesia ipsa ob religionem seruata) & torcularia quamplurima circumposita, & in Oliuiæ ripa reperta, iuxtaque nouum montem sita incendit, subuertit, destruxit.

Henricus Comes Luxemb. Treu. bellum mouet.

Treuerens. Diocesim depopulatur.

Dum iam duodecimum diem ea in grassatione attigisset Henricus Luxemburgensis Comes, Deus malis tantis finem impositurus ne terra illa sanctorum corporibus, & sanguine tincta & sacrata in exterminium daretur, permisit in ipso noctis medio, dum in Castris summum esset silentium, magnum exurgere tumultum, dissentientibus nimirum inter se Luxemburgensibus militibus, & mutuis se armorum compressionibus interimentibus. Quæ res adeò Henrici Comitis animum perculit, vt citra moram dimissis quos offendere nisus fuerat Treuerẽsibus, solutoque exercitu ad propria remeare disponeret, Treuerenses tamen non sibi ideo tutum futuro tempore confidentes quosdam ad Luxẽburgensem componendæ pacis gratia destinarunt, quæ ea ratione rata & firma euasit, vt senatus populusque Treuerensis Comitem Luxemburgensem in suum concinem Treuerensem adsciscerent, domumque insignem ad Aquilam vulgo dictam in sua Metropoli donarent, atque insuper trecentorum aureorum pensionem ipsi & hæredibus eius in Comitatu Luxemburgensi annis singulis in perpetuum soluendam addixerunt, vtque iusto mediante precio omniũ mercium in eadem vrbe prostantium eis facultas foret emendarum concesserunt. Hæc inquam, inter partes eiusmodi transacta, & sigillis appensis munita & firmata fuêre Anno millesimo trecentesimo secundo.

Henricus Luxemb. Comes seditione inter milites coorta castra soluit.

Senatus populusque Treuerens. cum Comite Luxemb. pacem componunt.

In tantum porrò successu temporis Henricus noster in virtute, prudentia, & rerum gerendarum peritia profecit, vt fama eius vsquequaque per Germaniæ fines diffusa, omnium voto in Romanorum Imperatorem exoptaretur, nec vèrò frustrati sunt suo desiderio. Nam etsi Philippus Valesius Caroli filius Franciæ Rex ei hanc gloriã magno molimine præripere conaretur, nullũque fiduciæ in summo

Henrici Comitis Virtus & prudentia militaris.

pontifice dum temporis Auinione agente collocasset, & vt certius eius in hoc fauorem aucuparetur ampliorem, sex ei millia hominum in obsequium destinârat; etsi inquam Philippus prælibatus nostri Henrici promotionem impedire, suam verò istis mediis moliretur procurare, Deo aliter disponente Anno Domini millesimo, trecentesimo octauo Francfordiæ ipsis Diuæ Catharinæ ferijs, à septem viris Electoribus in Regem Romanorum electus est, ex quo Regis Galliæ consilia omnia in eam rem impensa in nihilum fuêre deducta, quod inter ipsum, & summum Pontificem magnæ discordiæ extitit seminarium.

Henricus Comes Luxemb. in Regē Romanorū eligitur.

Dum Romani Imperij Henricus Luxemburgensis moderaretur habenas, filius eius natu primus Ioannes vocabulo Comitatus Luxemburgenses fasces obtinuit, prout ex eius diplomatibus priore ex Monasterij Munsterien. archiuis, altero ad Xenodochium Echternacense spectāte, è quibus subiuncta trāsumpsi apertè cōstat. *Vniuersis præsentium inspectoribus Ioannes Comes de Lucemburch, Excellentissimi Domini Henrici Romanorum Regis primogenitus, salutem & notitiam subscriptorum, &c. Noueritis igitur Religiosos viros Abbatem & Cōuentum sanctæ Mariæ in Lucemburch ordinis S. Benedicti nobis humiliter supplicasse, vt priuilegia, iura, libertates & gratias ipsis à Ducibus in Lymburch siue Comitibus in Lucemburch nostris prædecessoribus aut alijs quibusq; concessa indulta, tradita siue facta, cōfirmare, ratificare, innouare, & approbare vellemus &c. Datum in Lucemburch quinto nonas Iulij Anno millesimo trecentesimo decimo.*

Ioannes fit Comes Luxemburg.

Item. Nos Ioannes primogenitus serenissimi Domini Romanorum Regis, Comes Lucemburgensis, Rupensis & Marchio Arlunensis. Vniuersis suis officiatis ad quos præsentes literæ peruenerant, suam gratiam. Quia summum cultum in omnibus locis terræ nostræ volumus augmentari, & semper pace gaudere tranquilla, vobis omnibus & singulis mandando præcipimus, ne rebus aut bonis pauperum hospitalis Echternacensis manum ad vexationem eorundem aliquatenus apponatis, sed potius eos defendatis à vestris subditis conseruantes indemnes &c. Datum Anno millesimo trecentesimo decimo. In vigilia ad vincula Petri.

Templarij delentur.

Templarij toto orbe deleti sunt & facultates Rhodij assignatæ.

Wenceslaus Bohemiæ Rex è viuis excedit.

Obijt circa id tempestatis VVenceslaus Bohemiæ Rex, vnica filia Elizabetha Regni eius hærede relicta. Ex quo Henricus Carinthiæ Princeps defuncti Regis sororius occasionem arripuit Regni Bohemici sibi vendicandi; qua de re infensus Imperator Albertus missus copijs eundem Regno iniuste occupato exturbauit, atq; filio suo reginæ viduæ matrimonio coniuncto eius gubernacula tradidit; quo è viuus eodem anno euocato absque sobole Henricus Carinthiæ Princeps prælibatus Regnum secundo inuadere & suo dominatui adijcere apposuit, In quem itidē Cæsar denuo validi exercitus robur direxit, & infra temporis exigua spacia ad manus dandas compulit. Cum deliberaretur ab Imperatore, qua pœna ob suam temeritatem Henricus foret afficiendus, quidam ab eo subornatus in Cæsaris personam manus nefario ausu immittere præsumpsit, vnde & pius Cæsar vulnere læthali percussus interijt.

Henricus Carinthiæ Princeps Regnū Bohemiæ sibi vsurpare nititur.

Cæsar occiditur.

Cæsar-

Cæsare igitur Alberto exempto rebus mortalibus, Henricus Luxemburgensis pridem ad annos aliquod Regis Romanorum solio sublimatus iure ordinario in eius sibi,t locum, obtinuitque eam rem facili negotio à Christi summo in terris vicario sese confirmari, ea tamen lege vt pro posse & nosse Italiam Guelphorum,& Gibellinorum factiosis seditionibus flagrantem,à perniciosa isthac lue repurgare studeret. Istiusmodi igitur summi Pontificis beneplacito sese confirmatus Imperator magnanimus triplicem statim exercitum instrui curauit: Et cum horum quidem primario, maximoque ipse personaliter in Italiam mouens pestiferas illas sectas mira prudentiæ, & armorum dexteritate pro eo tempore sedauit. Alterum porrò exercitum in Bohemiam Petro Moguntinorum Archipræsule Duce destinauit, quo scilicet inquilinos ad Ioannem filium suum in Regem suscipiendum compelleret. Tertius denique exercitus expeditus aduersus Vvitenburgenses Comites imperio rebelles extitit.

Henricus Luxemb. Imperator creatur Secta Guelphorum & Gibel. I.mor. Imper tripi em in. struxit exercitum.

Henricus ad Imperij fastigium subuectus illud in primis curauit, vt familiam vnde originem ducebat amplioribus afficeret honoribus ac diuitijs eam ob causam Elisabetham iuuenculam Regni Bohemici hæredem Spiram ad se accersitam Ioanni filio suo maiori Luxemburgensi Comiti desponsauit, cui proindè iure vxorio ipsum Bohemiæ Regnum contigit; at cum quibusdam factiosis eius Regni indigenis minus eiusmodi probaretur dicti Ioannis euectio, ideoque in seditionem versi eum agnoscere suum renuerent Dominum, per Imperatoris manum validam Ductu Archiepiscopi Moguntini vti diximus in ordinem fuere redacti. Henricus Carinthiæ Princeps, vt sese Ioannis & Elizabethæ matrimonio Bohemici Regni adeptione frustratum iri perpendit, Pragensem Metropolim occupare, & vt in eam Ioanni nouello Regi aditum præcluderet muris, turribus, & aggeribus amplioribus munire fategit; sed frustra. Nam loci ciues ilico Ioannis siue Cæsaris eius parentis nomine exigentibus legatis, vrbem vltrò in Regis potestatem dediderunt, Henricus verò Carinthiæ Princeps, viribus & consilio destitutus fuga clanculum accepta euasit.

Ioannes Comes Luxëb. fit Rex Bohemiæ.

Henricus Carinthiæ Princeps Pragam occupat. Ciuibus vltro se dedentibus Henr. agrum relinquit.

Etsi verò Elizabetha Regni Bohemici præfata hæres forma admodum esset eleganti, corpore tamen præter eius sexus conditionem videbatur obesiori, ventreque aliquantulum prominente, quæ res Zelotypiæ ansam præbuit, sinistramque suspitionem de castimonia ipsius ingessit, tum plurimis alijs, tũ maximè ipsi Imperatori eiusque fratri Balduino Treuirorum Archiepiscopo, verentibus, ne fortassis ipsius Elizabethæ ab alio prærepta foret virginitas, vnde & nuptiarum eius cum Ioanne Cæsaris filio celebratio ad dies quãplurimos dilata extitit. Elizabeth tandẽ moræ impatiens longioris, eo potissimè quod ex eiusmodi de se turpi opinatione originẽ traxisset, suæ innocentiæ, ac integritatis optimè conscia, ad Cæsarem accessit, eũque tali sermone est affata; Cæsar clementissime, cũ certò certius videã minus de mea pudicitia, & virginitate apud Maiestatẽ tuã esse confidentiæ, cupio, & enixissimè efflagito, vt priusquã ex hoc discedã cænaculo, eius rei periculũ faciant obstetrices, ac denique veritatis testimoniũ proferant. His verbis stupefactus Imperator, omnem statim ex animo abiecit sinistræ opinionis cogitationẽ, eãque amplexatus asseruit, nihil deinceps ea de re malæ suspitionis sese admissurũ. At illa pro-

Sinistra suspitio de Elyzabetha Regina Bohemia.

Elizabeth. omni suspitione libera tur.

la propositi tenax; & Imperatoris contestatione nequaquā contēta, fortius institit, vt petitionis suæ compos fieret, factum est, vt eccè obstetrices sufficienti facta indagatione iuramento affirmarunt Elizabetham integro virginitatis pollere signaculo, & omnino intactam existere. Inde igitur paucis præterlapsis diebus, solemni ritu, apparituque plane regio Ioannes Cæsaris natu maximus filius, Elizabetā Regni Bohemici vnicam hæredem in coniugem duxit, atque hoc pacto Rex Bohemiæ vxorio iure euasit, necnon in Ciuitate Pragensi Regni metropoli diademate regali est redimitus, pridie Calēdas Februarios millesimo trecentesimo vndecimo.

Ioannes Rex Bohemia.

Henricus Imperator, vt rara erat, & cana prudentia ne contigeret insequenti tempore filium suum Regni Bohemici causa quicquam molestiæ ab Henrico Carinthiæ Principe perpeti, eundē muneribus præclaris animo paratum reddere studuit, qui ob hoc, Cæsaris cedens voluntati, nihil aduersi in Bohemiæ Regem postmodum molitus est.

Henricus Cæsar coronatur.

Henricus igitur octauus post septem mensium interregnum 25. Decembris 1308 Imperator dictus Aquisgrani Caroli magni diademate mēse Ianuario per Coloniensis Archiepiscopi manus, anno deinde seqnēti cū VValramo Comite Rupensi fratre suo, & multis vtriusque ordinis Principibus viris in Italiam profectus, Mediolani ferrea & Romæ per Cardinalem Ostiensem absente Clemente quinto Pontifice maximo, aurea corona est insignitus; & inter hæc Comitem VVirtenbergium, & Conradum OEtinganum rebelles ditione exturbauit, atque hęc quidem in Germania. In Italia autē seditionibus tollendis occupatus, dum hostes potenti virtute superaret, plurimas vrbes in fidem recepit, incolis earum munera passim pro gratia obtinenda ad Imperatorē summa cum honoris & reuerentiæ exhibitione deferentibus Cremonenses quod Cæsari proterué, nimium arroganter, & contumaciter restitissent, ne in extremum per iustam vindictam exitium deuenirent, collis reste ligatis culpam suam prostrato in terram corpore multis lachrymis confessi sunt eiusque veniam enixissime implorantes, eam tandem mediante centum millium florenorum aureorum mulcta impetrarunt. Brixienses plus iusto in suis confisi viribus ausi sunt præ reliquis suis vicinis Cęsareæ potestati obstrepere, nullatenus in deditionem suæ Ciuitatis consentientes, qua ex re in iram versus Imperator collectis copijs eiusmodi rebellentes obsidione cingere aggressus; est & cum indies vtrinque atrox fieret ac identidem reperiretur certamen, VValramus Comes Rupensis Cæsaris frater ictu sagittæ fortuito læsus, ex vulnere accepto diem clausit extremum. Vnde Cæsar ipse implacabiliter iratus iureiurando interposito pollicitus est sese non iam per vrbis portas, sed per muros deiectos, & solo adæquatos, cū suis turmis ingressurū, necemque fratris in primis vindicaturū. Quod & non ita multo post accidit, dum muris subuersis, fossisq; complanatis in vrbem præ inedia deficientem magno furore, & habitatorum cœde irruperunt.

Cremonēses in gratiam recipiūtur.

Brixienses Cæsari obsistunt.

Cæsar Brixiā deuastat.

Imperatoris vxor moritur.

Genuam deindè proceribus Imperij comitatus mouens inibi coniugem suam Margarethā morte solutam offendit. Qua ex causa citius contendit Pisas, vbi Ioannē, qui Albertum Austriacum prædecessorem suum in Heluetia occiderat in carcērem retrusit, quo diutius obstrictus infœlcem tandem emisit animā. Exindè Romam petens diademate aureo Imperiali vti præfatus sum, est cum omniū acclamatione,

tione,& congratulatione insignitus; statimque ex vrbe solués Florentinos eatenus rebelles bellorum stratagemate domaturus,& in ordinem redacturus illo cum armatorum frequentia penè innumera iter arripuit; quo deueniens ciues Florentini parere & submittere sese spernentes,omnibus honoribus, Iuribus, priuilegijs, & quibuslibet immunitatibus tanquam indignos, perduelliones, ac læsæ Maiestatis reos per sententiam definitiuam priuauit. Circa id temporis Cæsar ipse filiam suam Beatricem nomine Ioanni Regi Bohemiæ in vxorem tradidit,eidemque dotis vice Apuliam addicit.

Cæsar Florentinos omnibus priuilegijs spoliat.

Dum verò grauissima obsidione Florentiam premere, & ad deditionem cogere niteretur Cæsar Henricus, in Assumptionis diuæ Virginis sacra die accidit, vt deuotè admodum Eucharistiæ sacramento accepto in grauem incideret corporis infirmitatem,ex qua liberari cupiens de medicorum suorum consilio ad balnea sese contulit Maceretensia; sed cum thermis istiusmodi nihilo melius haberet, Medicis nihilominus consulentibus Beneuentum purioris fruendi auræ & aeris gratia sese contulit,vbi paulò post vitā cum morte commutauit, corpus verò eius Pisas deuectum ibidem sepulturæ illud mandarunt.

Eosdē grauissima obsidione premit.

Imperator è vita excedit.

Signa veneni in defuncti cadauere apparuisse, multi scripserunt, vnde nonnulli cum à fratre Prædicatorij ordinis ob venenum porrectum, quod sub panis specie in sacratissimo dominici corporis sacramento absconderat,necatum fuisse autumant: alij febre, causa dissimili & incomperta correptum, discessisse scribunt. Quibus ego equidē magis adstipulor; Ecquis enim vllum nō dico professione religiosum,vt hunc:sed cuiusuis etiam perditissimę alioquin vitæ hominē adeò peruersum putarit, vt rem adeò horrendam,& sacrilegam, qua nulla alia sceleratior ne cogitari quidem posset inter Christiani nominis professores reperiri posse arbitretur? Nam quod quidam Fr. Clemens Religiosus nostro sæculo anno scilicet Domini 1590. Henrico Valesio Regi Francorum eius nominis tertio,cultro in vētrem eius infixo necem attulerit; longè hoc facto minus habet atrocitatis,ob tanto sacramento,angelicis etiam ipsis potestatibus magna cum reuerētia,& tremore suscipiendo illatā contumeliā, Vt vt sit, dum Religiosus iste sese istius nefandi criminis insimulari passim audiret, veritus ne ideò in certū vitæ suæ dispendiū incurreret,illinc sese proripere& ad loca tutiora profugere festinauit; vtq; famæ suę eatenus plurimū læsæ recuperaret integritatem,literas innocentiæ suæ testificatorias, à diuersis diuersorum statuum summatibus petijt, & accepit, quarum duas tresuè veritatis astruendæ, tum etiam insontis à columnia eximendi gratia hic libuit subiungere.

Suspitio grauis de Imperatore veneno sublato exoritur.

Religiosus quidam ordinis prædicatorum tanti sceleris author existimatur.

Nos Ioannes Dei gratia Episcopus Argentinensis ad vniuersorum notitiam cupimus peruenire. Quod nos vidimus & perlegimus literas missas per fideles Imperij de partibus Tuscia Reuerendo Domino Cardinali Ostiensi sub sigillis duorum pœnitentiariorū, quarū tenor sequitur & est talis. Venerabili patri suo Domino speciali, Domino Nicolao Ostiēsi Episcopo. Guido miseratione diuina Episc. Aretinus,cū recōmodatione seipsū ad vota pacatum. *Nouerit R. V. per præsentes quod post turbationem, quam fideles Imperij maximè per Italiam receperunt de morte serenissimi Principis Domini*

Religiosi innocentia multorum testimonijs cōfirmatur Epist. Ioā. Episco Argentinensi.

Henrici Romanorum Imperatoris, in quo spes omnis nostræ salutis & pacis, quasi certa & infallibilis quiescebat, alia surrexit ab ipsis fidelibus non vtique contemnenda, eo quod in totius Italiæ redundat iniuriam, nec non & ordinis sancti Prædicatorum, quem ob Dei & vestram Reuerentiam præcipuè diligo & amplector. Nam cum solus Italicus Religiosus vir frater Bernardinus de Monte Politiano ordinis memorati, eidem Domino in camera ministraret, eum informauerũt, quod cum sacra hostia (quod auditu horrendũ est) præfatum Dominum venenauit. Ego autem, et cæteri fideles Imperij, qui fidem & sanctitatem nouimus dicti fratris, certa fide tenemus dictum fratrem nequaquam tantum facinus admisisse, nec quisquam sani capitis vnquam posset fidem credulam adhibere, quod homo prudens religiosus, sacerdos de claro genere natus, cum proprio damno, sui ordinis iniuria, sui generis dedecore, ac patriæ infamia tantum facinus perpetrasset, & illum interimere voluisset, à quo honor, vita, salus sua, suorumq; pendebat, qui eo viuente in honore etiam principibus viris æquabatur, cui cameræ patebant, ostia, cui accessus ad Principem sine cuiusquam prohibitione patebat. Nunc autem post Domini sui necem; cum alijs fratribus ex more, pro victu & vestitu mendicare tenetur. Non enim tanti sceleris conscius fugit ad inimicos, sed cum amicis & deuotis Imperij trahit morã, paratus pro veritate sua & sinceritate tuenda, cum magna spe & fiducia respondere & inter tales se reputat esse tutum. Quod si ad credulitatem huius sceleris ex modica circumstantia ducerentur, eum dentibus laniarent. Faueat igitur supplico paternitatis vestræ fauor atq; industria, & patria & ordo, & fratris persona de tanta infamia liberati, Venerandæ dominationi vestræ, vberes gratiarum referant actiones, Datum Arecij, xiiij. die Septembris.

Epist. Frederici Comitis Feltri. Item aliæ literæ Venerabili in Christo Patri Domino fratri Nicolao Ostiensi & Vercellensi Episcopo, eorum Domino & benefactori, Fredericus Comes Feltri, potestas concilium & communitas ciuitatis Arecij cum recõmendatione seipsos.

Nuper audiuimus quod in plerisq; locis Religiosus vir frater Bernardinus de Mõte Politiano ordinis fratrum Prædicatorum de morte inclytæ recordationis, Domini Henrici olim Imperatoris Domini nostri contra veritatem est multipliciter diffamatus, & quod eius occasione tam vltramontani quam Italici fratres, dicti ordinis, & Religiosos cæteros, & eorum Ecclesias crudeliter persequuntur. Verum si nobilitatem generis ipsius fratris, nec non scientiam, honestatem, & fidem, quam ad Dominum nostrum habebat, diligenter attenderent; de dicto fratre tam horrendum facinus non proferrent. Nam vita sua, & suorum à Domini nostri vita merito dependebat, & sua mors ipsum, & suos continuè cruciat, & tormentat. Non enim fuisset Religiosus, sed diabolus, qui sacratissimum Dominum nostrum in perniciem totius Christianitatis sic inhumaniter occidisset. Vestræ ergò Reuerendæ Paternitati supplicamus, vt Dei intuitu non sinatis dictum fratrem de tanto facinore diffamari. Ipse enim frater est in Ciuitate Arecij, & seuerissime puniremus eundem, si ipsum culpabilem putaremus. Scitis enim quòd error cui non resistitur, approbatur, & veritas opprimitur, cum minimè defensatur. Datum Arecij xiiij. Septembris.

bris xi Indictione. Item venerabili Patri Domino Nicolao de Prato Ostiensi, & Vercellensi Episcopo Cardinali, Capitanei Imperialis partis quæ extra Florentiam, eorumque concilium, cum debita Reuerentia seipsos ad vota paratos.

Epist. Capitaneorum Cæsareæ Maiestatis

Quanta simus conturbatione conterriti, & damnis expositi propter mortem Serenissimi Domini nostri Henrici sanctæ memoriæ Romanorum Imperatoris; quia calamus non sufficeret explicare, vestræ discretioni relinquimus æstimandum. Licet autem veritas seipsam sua aliquando fortitudine manifestet, decet tamen bonos dare operam efficacem, vt veritas producatur in lucem, & falsitas destruatur. Quia igitur vir Religiosus frater Bernardinus de Monte Pelitiano, Ordinis fratrum Prædicatorum, instigante humani generis inimico, ab aliquibus inuidis & facinorosis de venenatione Serenissimi Domini nostri quondam Romanorum Imperatoris prædicti extitit diffamatus, quæ fama apud multos fuit, & est mendaciter euulgata, vestram dominationem reddimus certiorem, quod dictus frater nullam culpam habuit in prædictis, sed eidem Domino semper deuotus extitit, & fidelis. Est enim dictus frater in Aretio paratus pro sua innocentia & veritate propugnanda omni homini respondere, & nos suam sinceritatem & fidem semper fulcire ac defendere testimonijs veritatis. Hoc enim Paternitas vestra plenè nouit, quod si culpabilis in hoc facinore, possemus ex quacunque circumstantia suspicari, eumq; tanquam nostri, nostrorumq; destructorem, & hostem atrocissime puniremus. Bene semper valeat vestra Dominatio veneranda. Datum Aretij, decima quarta Septembris. In testimonium ergò visionis harum literarum nos prædictus Ioannes Argentinensis Episcopus sigillum nostrum duximus præsentibus apponendum, datum Argentinæ millesimo trecentesimo decimo quinto. 3. Iduum februarij.

Sic igitur in eiusmodi scriptis quanquam neglectu scriptorum mendosis, vnde probabiliter admodum colliquescit rumorem eum, qui de commisso per dictum Religiosum flagitio passim apud quosdam volabat, commentatitiū esse, & nullo inniti certitudinis fundamento.

Ioannes Henrici Filius strenuè regnum Bohemiæ administrat.

Ioannes Henrici Imperatoris filius primogenitus Regno Bohemico triginta quinque annis ingenti cum laude & gloria præfuit Patre etiam in Italia occupato, ipse apud Germanos vicario nomine Imperium egregiè administrauit. Cæsare porrò è viuis sublato, vrbes ab eo partas in Italia, armorum vi ad annos perplures propugnauit. Brixiam videlicet, Bergamum, Lucam, Parmam, Regionem, atque Mutinam quibus in tutelam suam susceptis, eas & arcibus, & mœnibus prævalidis communiuit. In Bergamo siquidem arcem hodieque extantem ipse à fundamentis excitauit. Habuit autem iam indè ab ipsis sui Regni primordijs æmulos sibi infestos, qui liuore nimio stimulante toxico clam porrecto, eum è medio tollere sūt annisi. Et parum quidem abfuit, quin veneno exhausto ad extrema deduceretur. Verum diuina in primis ope confortatus Rex, nec non peritissimorum medicorū adhibita summa diligentia, etsi non planè in pristinam redierit valetudinem, vita tamen diuturniore, quam inuidi optassent, est gauisus. Interim cum in morbi remedium sumpta ab ipso antidota, veneni infectiones per oculorum loca propellerent magnum cum dolore vehementi visus est perpeti detrimentū, adeò vt præ ni-

Ioanni Regi venenū porrigit.

Vnde Ioannes Rex caci nomen obtinuerit. mia doloris acrimonia dum ei cum hominibus esset sermo, soleret clausis eis oculis colloqui, ex quo etiam Regis cœci apud quosdam vocabulum est sortitus, quod ad vitæ vsque terminum suæ debiles eosque lippientes habuerit oculos.

Regnû Poloniæ hæreditario iure sibi vsurpare nititur. Prætendebat & hic Ioannes Ius in Regno Poloniæ, ideò vt reor, quod postremi eius Regni Reges Pater & Auus vxoris suæ Elizabethæ extitissent, vndè & sibi consequenter successionis titulo idem competere volebat: verum Poloni antiquæ suæ consuetudini inhærentes non hunc frustra Ius hæreditarium prætexentem, sed Vladislaum Lokleck in sua ra elegerunt Regem, qui forti admodum & constanti animo adhibitis militaribus copijs robore prævalidis tam Regni solium contra quoscunque æmulos sibi vendicauit, quam ad terram Pomerianam de manu occupantium eruendam egregiè laborauit. *Poloni Ioanne Rege spreto Vladislaû Regê creant.* Ioannes è diuerso Bohemiæ Rex Magistri magni Prussiæ, & generalis ordinis militum crucigerorum suasu, itemque suorû rogatu Bohemorû permotus Regem se Poloniæ indigetabat adeò vt in diplomatibus à se expeditis, vtriusque Regni titulos ordinariè adscriberet, prout exemplo patet ex Archiuis Monasterij Munsteriensis prolato sub his verbis: *Ioannes Rex se Poloniæ Regê scribit.* *Nos Ioannes Dei gratia Bohemiæ & Poloniæ Rex, Luxêburgensis Comes, Marchioq; Budißinensis ac Dominus. Ad vniuersorum notitiam volumus peruenire. Quod nos saluti animæ nostræ, & animarum prædecessorum nostrorum felicis recordationis prouidere cupientes, &c. In cuius rei testimonium, præsentes literas fieri, & sigillo maiestatis nostræ iussimus roborari: Datum in Camerico in die Beatæ Elizabeth. &c. Anno 1321.*

Viri celebres. Nicolaus Lyranus, Bartholomæus vrbinas, Petrus Aureolus; Gulielmus Occanus, Nicephorus Gregoras Scriptores Theologici floreut.

Vladislaus Terrã Pomerianam bello repetit. Vladislaus à Polonis in Regem electus propositum suum prosequens, quibus poterat modis terræ Pomerianæ à Magno Magistro Prussiæ necnon ordine Cruciferorum prælibato occupatæ vrgebat restitutionem fieri: verum illi non dissimili animorum constantia huic refragabantur, Ioannis Bohemiæ Regis opem & auxilium implorantes. *Pontifex maximus Episc. Vladislauiêsu præcipit vt pacê inter discordantes Reges componat.* Huius porrò altercationis certior effectus Pontifex Maximus tum tempestatis Auinione residens, cupiens inter Christiani nominis tantos Principes pacê, & concordiam potius quã lites, & diffidia vigere, Episcopo Vladislauiensi vices suas cômisit, quatenus partibus ambabus diligêter auditis discussisq; vtriusq; causæ meritis secundû Iuris, & æqui rationê, sentêtia lata côtrouersiã eiusmodi dirimeret. Fecit ille vt ab Apostolico imperatum extiterat, præcipiês ex parte summi Pontificis, Prælatis, Principibus, & alijs Proceribus, subditisque Regni, quatenus ad Regis ab ipsis electi coronationê progrederêtur, quod & in ipsis Sanctorû Fabiani & Sebastiani ferijs est summo triûpho perfectû. *Ioã. Bohê. Rex Castrû Dob. obsidione premit & tandem capit.* Hinc multo magis indignatus Bohemiæ Rex, cum electorum militû robusta manu, ac magno Prussiæ Magistro in vnum coacta, castrum Dobzzinense obsedit, quod in breui adeò machinarum proiectionibus quassauit, vt in eius illud compelleret potestatem, Exindè totam terrã Dobzzinensem in Magni Magistri Prussiæ itidê adegit transire possessionem, *Ploc. ciuit. obsidet & Mozau. depopulatur.* Hac deinde obtenta victoria Plocensem ciuitatem obsidione cinxit, Mozauiam spolijs & incendijs vexauit, vnde Dux Mozauiæ eius vires & atrocitatem expauescens, supplex sese ilicò in eius dedidit arbitrium.

Rex Bohemiæ post hęc nônihil à belli tumultibus sese subduxit, & aliquantulû tempo-

temporis Vuratislaniæ quiete transegit, Magnus verò Prussiæ Magister cum suis Cruciatis bellandi propositum prosequens indefessè vrbes plurimas Regi Polonorum vi abstulit, necnon castra quædam diruit, Monasteria item & Ecclesias expilans, calices, cruces, alias imagines, ornamenta sacra, & Reliquias sanctorum sacrilegè nimis est prædatus, Rex Poloniæ Vladislaus cum ingenti bellatorum exercitu hosti regnum depopulanti appropinquans, in eũ impauido corde irruit, & dũ ille insigniter itidem suas se defendendo partes obiret, cedentibus tandem Crucigeris & terga vertentibus, Rex campum obtinuit; atque in eo conflictu quadraginta circiter hominum millia corruisse inuentum est.

Ioannes Bohemiæ Rex tanta Prutenorum cæde audita, mora omni seposita, vndequaque collectis armatorum copijs ciuitatem Posnaniensem ditionis Polonicæ obsedit, quo paulò post Vladislao Rege cõparente cum exercitu etiam prævalido Bohemus ipse re infecta discessit, quem Polonus celeri gressu à tergo insequens, ex hostium phalange ad quingentos pedites prostrauit, & captas quasdem machinas ædeficijs diruendis aptas, abduxit.

Anno Christianorum Millesimo, trecentesimo, trigesimo tertio Poloniæ Rex Vladislaus Cracouiæ in fata cõcessit, relicto filio Cazimiro, hunc Regni eius Prælati, & proceres in patris locum delegerunt, atque in eius constituerunt solio eodem anno, cum omnium congratulatione & applausu, diademate regio redimitum.

Ioannes Bohemiæ Rex interea absque intermissione Poloniæ Regnum varijs modis infestabat, quod ad se vxorio Iure spectare opinaretur, Cazimirus Rex, pacis quam belli amantior Bohemiæ Regi pacandi eius animi causa marcarum auri viginti millia, vt ab vlteriori grassatione cessaret, obtulit, quibus Ioannes acceptis ab omni deinceps impetitione, & circa Regnum Poloniæ prætensione abstinere pollicitus est.

Pruteni & Cruciferi pacem inter præfatos Reges coaluisse inaudientes, de suis diffisi viribus, & ipsi in gratiam cum Polono redire volentes, ea quæ pacis erãt tractare cœperunt, & Rege ipso Cazimiro annuente controuersiæ istius decisionem in arbitrium Hungariæ & Bohemiæ Regum reiecerunt, Hi igitur in arbitros à partibus instituti, præmatura deliberatione inter se habita, ita arbitrati sunt, vt Polono quidem Cuyaniæ & Dobzzinensis agri cederent, ditio autem Pomeriana Cruciferorum ordini appropriaretur: vt verò eiusmodi Regum arbitratio & sententia firmitatem perpetuis obtineret temporibus, literas suis sigillis munitas hoc tenore ediderunt, è quibus hæc verba transumpsimus. *Nos Carolus, & Ioannes Dei gratia Hungariæ & Bohemiæ Reges, perpetuæ memoriæ tenore præsentium notum facimus vniuersis, Cum magnificus Princeps Dominus Cazimirus eadem gratia Rex Poloniæ ex vna, & Religiosi viri Generalis, Praeceptores, & fratres vniuersi Ordinis Cruciferorum de domo Teutonica, parte ab altera, Super Terris & districtibus Culmensis, Dobzinensis Cuyaniæ, Pomeraniæ, & Thorniensis &c. Datum & Actum Visſegrad. in Hungaria. Anno Domini Millesimo trecentesimo, trigesimo quinto.* His itaque expletis Reges ipsi, cum Magistris & ordine Cruciferorum militum in pace mutua vixerunt.

Magnus Prussiæ magister Poloniã vastat. Rex Polon. cũ Prussiæ Magistro cõgreditur in magnã quæ Prutenorũ strage̶ cedidit. Ioan. Bohe. Rex Posnaniã obsidet sed mox ex ercitu Vladislai veniẽte recedit. Moritur Rex Polõiæ Vladislaus cui succedit filius Cazi. Casim. Rex pacem init cum Ioan. Rege Bohe. Rex Hungæ & Bohem. litem inter Cazimir. et Prutenos ortam diri munt. Diploma Caroli Hungaria, & Ioannis Bohemiæ Regum.

ceretur, quam quod Ecclesiæ cẽsuris foret ligatus. Missis igitur Rex duobus ex primarijs aulæ suæ viris ad Nankerum Episcopũ, eum interrogari iussit, quam ob causam Reguli nomen illi imponens Regem esse negasset. Respondit Episcopus, minimé Regis Maiestate pollere eum qui in Regno suo Metropolitanum Præsulem non habet, & qui pro inauguratione sua prece & pretio aliunde sibi cõducit Archiepiscopos, quod cum in hunc quadrare nullus ignoret, merito non Regem sed per diminutiuum eundem esse appellandum Regulum & omnium Christianorum Regum minimum affirmabat, Magis quam antè ob has causas irritatus Rex, & rationes allegatas apud se expendens proponere cœpit, vt successu temporis Episcopatuum sui Regni, aliquis in Archiepiscopatum prouehi curaret, provt postea de Ecclesia Pragensi per Clementis eius nominis sexti Põtificis auctoritatem factum esse constar..

Cur 'oanu. Bohemia Rex ab Episc. Angelus fuerit appellatus.

Cum enim Ludouicum quartum Bauarum Imperatorem ideò, quod Mediolanenses, & sectas, seditiososque contra Ecclesiæ tranquillitatem tutatus esset, idem Pontifex censura anathematis innodasset, à quo vinculo liberari cum frustra petijsset, & idcircò nouis se Imperator criminibus implicaret, Ioannes Carinthiæ Ducem inter cætera, fortunis omnibus præter ius, falsque exuendo, vxoremque vnam illi per vim ademptam filio suo nuptui tradendo, ipse Imperator cum annos iam triginta duos imperasset exauctoratus est. Cùm verò Maguntinus Archipræsul Augusti partibus adhæresceret, cum excommunicatione maiori à Pontifice est percussus, cum etiam honoribus omnibus priuatus, subrogato eius in locum alio per sedem Apostolicam..

Ludouicus Quartus Imperator, summo Põtifice anathemate feritur.

Maguntinus Archi. excommunicatur.

Ex hisce itaque Pontificis, Cæsarisque grauissimis dissidijs Ioannes noster Bohemiæ Rex sese in summi Christi vicarij amicitiam insinuandi occasionem capessens, eum eam ob rem cum filio suo maiore Carolo accessit Auinione agentem, Tũ exhibita sedi Apostolicæ debita reuerentia, osculatisque humiliter successoris Diui Petri pedibus, Cæsaris Ludouici necnon Maguntini Archiepiscopi causam tanquam iuri repugnantem incessere graui sermone cœpit, & tum deniquè instanter efflagitauit, quatenus Ecclesia Pragensis eatenus tantum simplicis Episcopatus titulo decorata, ab omni Metropolitana Maguntinẽsis sedis iurisdictiõe eximeretur & ipsa in Archiepiscopalem sublimaretur sedem, cuius deinceps Archipræsuli Ius Regum Bohemiæ inungendi & consecrandi competeret, quod antea ad prælibati Maguntini munus exspectauerat, Accesserunt ad hæc apud Apostolicum Præsulem preces Regis Franciæ Philippi feruentes. Quibus omnibus & eorum rationibus perpensis cum consilio & consensu Senatus Cardinalitij, de plenitudine potestatis Apostolicæ Clemens Sextus Romanus Põtifex. Regum præfatorũ precibus inclinatus, Pragensem Ecclesiam vti erat postulatum, in Archiepiscopalem Cathedram euexit: eique Episcopatum Olonumcensem in suffraganeum assignauit, præ tereaque Abbatiam Luthomisliẽsem ordinis Diui Benedicti nouo Archiepiscopatui incorporauit, Eximens hunc denique ab omni Maguntinensis Metropolæa potestate, in ipsum insuper Iura inaugurandorum Regum Bohemiæ trãstulit, Quę omnia ritu solemni peracta fuerunt.

Ioann Rex salutat summum pontificem.

Ecclesia Pragensis fit Archiep.

Nankerus Episcopus (vt, vndè paululum digressus sum, denuò me conuertam) assum-

assumpto secum suo Clero post tridui exactionem, Ecclesia sua Episcopali relicta, in alium secessit locum, omnes interea Ecclesias obserari mandans, quo Ecclesiasticum interdictum per eum indictum realiter & de facto seruaretur in confusionẽ eorum qui eius censuræ interminandæ causam præbuerant. At Rex discessu Episcopi ac Cleri nihilo effectus mansuetior, ipsas Ecclesias interdicto submissas reserari fecit, procurans vt leuioris notæ quidam sacerdotes inibi sacris operarentur, cogens, vi immissa inuitos, ciues eiusmodi officio interesse. Inde Episcopus fulmen excommunicatiõis in Regem & asseclas innouauit aggrauauitque; ex quo Rex furore quodam percitus in Episcopi & Canonicorum, idemque Monasteriorum & aliarum Ecclesiarum fortunas, & bona temporalia inuolauit, eaque ingẽti temeritate per suos milites diripuit. Interea Episcopus Nankerus vitam cum morte cõmutauit in Nissea vrbe anno millesimo trecẽtesimo quadragesimo primo, atque in eius locum Cathedrales Canonici de more electionem celebrantes Pizeczlaum subrogarunt, qui à Pontifice maximo confirmatione, & eiusdem iussu cõsecratione Episcopali haud difficulter obtento, Nisseam vrbem petijt: Quo loci Ioannes Rex filium suum Carolum Morauiæ Marchionem destinans, ei de noua inauguratione congratulari fecit: vbi & pace sub æquis conditionibus per eos composita, Episcopus interdictum à prædecessore positum sustulit, & pænitentia condigna iniuncta ab excommunicationis vinculo pœnitentes absoluit, ac denique ad sedem suam VVratislaniam, comitante se Carolo regressus est.

Sub idem tempus Ioannes Rex Regni sui amplificãdi cupidus ac studiosus, Imperiale oppidum Eger à Ludouico Cæsare quadraginta marcorum militibus hypothecæ titulo accepit. Quo facto illud idem in hæc vsque tempora Regum Bohemiæ potestati subiacuit.

Patrauit insuper egregia admodum, eademque numero sat frequenti opera Ioannes Bohemiæ Rex, quæ omnia huc conferre si anniterer, nimium hoc meum excresceret Chronicum, quod tamen contractum malui & in compendium redactũ in publicum emittere.

Huic ex vxore prodierunt filij duo, vnicaque filia. Ille Carolus in Regno successor Romanorum Imperator Ioannes Morauiæ Marchio, cui Margaretha de Tyrole vxor accidit, ex qua Iudocum & Procopium filios suscepit; hæc denique Bonna Regis Franciæ Ioannis coniunx, quæ & ipsa numerosam vtriusque sexus sobolem Regi marito peperit.

Porrò dum annus Christi 1333. ageretur Elyzabetha Ioannis Regis conthoralis præfata, naturæ debitum exoluit, quæ res non exiguum mœrorem Regi, filijsque eius ac insimul toti populo attulit; hoc post aliqnantum temporis luctu remisso, Philippi Francorum Regis suasu, Ioannes Rex Bohemiæ Beatricem Ludouici Borbonij Ducis filiam in coniugem sibi sociauit, ex cuius geniali thalamo prosiluit filius VVenceslaus Comes Luxemburgensis.

Ioannes trigesimum quintum annũ iam in Regni sui Bohemici administratione agens a Francorum prætacto Rege Philippo aduersus Anglos, in auxilium vocatus sese immiscuit atroci filio suo maiori Carolo cum exercitu Bohemico sat frequẽti constipatus; data autem inter partes fuit pugna lõgè cruentissima non longè ab

Rex Ioann. interdicti tẽpore Eccle. sias reserari diuinãq; notum fieri iubet.

Episco. Regẽ subiectosque denuo excõmunicat.

Rex Ioann. Eccle. bona diripit.

Moritur Nankerus Episc. VVratislauiensis

Pizeczlaus Nankero in Episcopatu succedit.

Pax inter Regẽ et Episcopum inita.

Episc. interdictu tollit & Regẽ ab excommunicatione liberat.

Eger Bauar. oppidũ emitur à Rege Ioanne.

Ioannis Regis egregia facta.

Ioan. Regis liberi.

Eliz. vxor Regis Bohemiæ moritur.

Abeuille sexto calendas septemb. D. Rufo sacro in qua Francis succumbentibus, Philippus quidem ipse Rex vna cum sibi adsistente Nauarræo Rege, atque Carolo Ioannis Bohemiæ Regis filio fuga arrepta sibi consuluêre; Rex verò Ioannes Bohemiæ vna cum Lotharingiæ Duce, nec nō Flandriæ Comite casu funesto occubuêre, atque præterea eodem in prælio ad viginti millia hominum cæsa fuisse memorantur, postridie vt Angliæ Rex de parta adeò celebri victoria gloriabundus in loco pugnæ cæsorum corpora perlustratum isset, dum inter cætera cadauer Regis Bohemiæ iacere conspiceret exanime (inquit) mi affinis tibi merito lectus debebatur ab isto longè diuersus, ferenda tamen est fortuna. Corpus idem exindè loculis impositum nec non aromatibus decenter conditum, transferri fecit honorificè Rex Angliæ Luxemburgū, quatenus vti viuens præordinauerat, in monasterio Benedictinorum iuxta posito collatum, communem cum reliquo humano genere præstolaretur resurrectionem. Processerunt autem ei obuiam Abbas eius cænobij cum Monachis, congradiente tum ex Magnatibus, tum ex vulgo omnis ætatis & sexus turba plurima: & ad locum destinatum ritu solemni deportarunt. Ioanne igitur Bohemiæ Rege vita defuncto, Carolus eius ex Elyzabetha primogenitus filius fasces paternos adijt, resignato in Ioannem fratrem suum germanum Morauiæ Marchionatu: VVenceslaus verò ex altero cōnubio Regis dicti filius, prout ipse uiuens instituerat Comitatum obtinuit Luxemburgensem.

Rex Ioannes cū Lothar. Duce et Flandriæ Comite in bello cadit.

Corpus Regis Ioannis mittitur Luxemburg.

Carol. Rex Bohemiæ. Ioan. Marchio Morauiæ. VVenceslaus Comes Luxemburg.

Exortum est id temporis in germania schisma maximum, huic originem dedisse ferunt quod Ludouicus Cæsar ante coronationē Imperiali auctoritate vsus fuisset in Italia, quod Apostolicæ sedi præiudicare censens summus Pōtifex Ioannes eius nomine vicesimus secundus, in Cæsarem excommunicationis fulmen emisit, eoque ob hoc & eius alia facta exauctorato, quantumuis veniam deprecante, aliū subrogari iussit.

Lud. Impe. ex communicatur a summo Pōtifice.

Hinc Comitia ordinum Imperij celebrari in Luxemburgensi oppido decretum est, quo ex condicto cōparentes Archiepiscopi Maguntinensis, Coloniensis, Treuerensis, Rex item Bohemiæ & Saxōiæ Dux sacri Romani Imperij Electores Principes, Carolum Ioannis Bohemiæ Regis filium in Cæsarem, fatis consentientibus, elegerunt.

Carol. quartus Ioan Regis filius eligitur in Imperatorem.

Carolus itaque hic, idemque Bohemiæ Rex Ioannis filius & Henrici octaui Imperatoris nepos Imperator 11. Iulij 1346 eius nominis quartus institutus est superstite adhuc Ludouico Bauaro: At verò cum id factum quibusdam minimè probaretur mortuo sequenti anno Ludouico dicti sunt à Moguntino Palatino, Brandeburgensi, & Saxone Electoribus ex ordine Cæsares Eduardus Anglus Rex, Fredericus Misinus Comes, & his recusantibus Guntherus Nigrocastrinus. Carolus quo Ius in Imperio ad se delatum modis quibus posset optimis tueretur, Romam statim ab ipsa sui electione profectus, confirmationem à sede Apostolica expeditam obtinuit, indeque citra moram reuersus, cum Colōienses Aquisgranensesque cōperisset partibus suis minimè fauentes Bonnam concedens, ibidem insignijs Imperij est redimitus. Defuncto autem Ludouico Cæsare, Carolus Cæsar è Bohemia soluens, festinato Ratisbonam venit, vbi cū vltrò in Augustum receptus foret Nurembergam petens, idem ab eius incolis non difficilius obtinuit.

Item Guntherus Nigrocastrin. in Cæsarem eligitur.

Carol. à sede Apo. suæ electionis confirmationē obtinet & Bonnæ coronatur.

 Cùm

Guntherus Schwartzenburgē electorē, tanquā legitimū tueri nititur.
Gunth. cū Carolo de pace transigit.

Cum verò Guntherus Nigrocaſtrinus ſiue Schuuatzenburgenſis Comes electionem de ſe ad Imperij faſtigiū celebratam conarētur tanquam legitimā defendere, Carolus ex aduerſo, viros vndeqnaque congregans forti animo illi reſiſtere ſatagebat. Cœpit autem non longo poſt tempore Guntherus morbo laborare periculoſo, quam hauſto veneno acquiſiſſe dicebatur. Dum igitur cum aduerſa valetudine ſic conflictaretur, pacem cum competitore Imperij eiuſmodi inijt, vt abdicato omni quod in eo prætendebat Iure, penſionem pecuniæ certam, quoad vita hac frueretur perciperet, quæ eo ſexto exinde menſe in fata concedente finem ſimiliter obtinuit.

Caro. quartus coronatur Romanorū Impe.
Carolus habuit vxores quatuor

Hæc, vbi eum cæpere exitum, Carolus citiſſimè Francofordiām verſus iter apparatu conſtipatus admodum celebri in Cæſarem à loci inquilinis eſt acceptus. In Italiam inde poſt menſium paucorum curriculū profectus, Romæ ipſo ſacro Dominicæ Reſurrectionis die Anno milleſimo, trecenteſimo, quinquageſimo quinto à duobus Illuſtriſſimis Cardinalibus, mandante Innocentio ſexto Pontifice, diademate Imperij eſt inſignitus; ſtatimque Germaniam repetens munus ſibi incumbens egregiè obiuit, vxores idem Imperator ſucceſſiuè quatuor habuit Elyzabethā nimirum Duciſſam Stetinenſem, Agnetem Rudolphi Comitis Palatini Rheni filiā, Blancham Philippi Regis Francorum ſororem, & Ioānam, ex iſtarum tribus prioribus nullas omnino ſuſtulit proles; at ex quarta VVenceſlaus, Sigiſmundus, Ioannes Corlitius, & Anna Regis Angliæ vxor ſibi progeniti ſunt. Horum primogenitum VVenceſlaum Regis Romanorum titulo tertio ante obitum ſuum anno curauit inſigniri, idque non potens perſuaſiōe vlla ab Imperij Electoribus aſſequi, muneribus amplis, vtpote ſingulis eorum cētum millibus aureorum promiſſis flectere valuit, ſummam verò hanc ingentem cum ſoluendo de præſenti non eſſet, publica Romani Imperij vectigalia eis obligauit, damnum hoc profectò irrecuperabile extitit Imperio, quod deinceps caput in altum eam ob cauſam attollere vix potuit.

S. Brigitta.
S. Catharina Senēſis.

Sancta Brigitta regijs natalibus ex Suedia illuſtris, vitam illuſtriorem ex virtutum diuinarum ſtudio effecit, ordinem Brigittarum inſtituit, miraculorum prophetiæ, reuelationumq; gratia à Chriſto caſtimoniæ amatore dotata. S. itē Cathanrina Senenſis, admirabilis ſanctitatis virgo repudicatis huius vitæ illecebris, continentia, victus parſimonia, & in proximum charitate plurimum excelluit.

Caro. Cæſar Marchion. Brandenb. à Bauariæ Duce coēmit.
Procopi. & Iodoc. fratres inter ſe diſſident.

Annis aliquot priuſquam fato ſolueretur Carolus Cæſar, Chriſti videlicet incarnati Anno milleſimo, trecenteſimo, ſeptuageſimo tertio, Marchiam Brandemburgenſem bis centum coronatorum millibus à Bauariæ Duce coemptam, Dominijs ſuis hæreditarijs adiecit. Cum verò medietatem tantum pretij iſtiuſmodi in promptu exſoluiſſet; pro altera Regni ſui oppida nonnulla oppignorauit Lauffen videlicet Herſpruck/ Richenfeldt/ Sultzpach/ Roſenburgh/ Hirſauu/ hac lege, vt altera medietate pretij ex integro eidem perſoluta rediret, eo ipſo oppida eiuſmodi in poſſeſſionem primæui ſui Domini Bohemiæ Regis. Quod quidem vtrum in hunc vſque diem acciderit, mihi minime conſtat, Marchia porrò ſic vt præfertur per Carolum Cæſarem conquiſita, eo mortuo, in Ioannem ſecundo natum filium ſuum deuoluta eſt, à quo deinde ad filios eius Procopium & Iodocum peruenit;

Qui fratres inter se summè semper diffidentes extiterunt. Sed cum tandem Iodocus ipse à fratre Procopio foret supra quam vlterius sustinere valeret bello lacessitus, necessitate vrgente Ius suum in Marchionatu mediante pecuniæ certa summa in Guillelmum Mysinæ Marchionem resignauit, successu tandem temporis dictis duobus fratribus ex hac vita euocatis, Sigismundus Imperator Caroli quarti filius Marchiã istiusmodi sibi iure proximitatis vendicauit, ac denique in Concilio Cõstantiensi Burggrauio Nuremburgensi in feudum perpetuum solemni ritu consignauit.

Fuit insuper Carolus Imperator summa laude dignus Princeps, Imperiumque omnium calculo egregiè moderatus est, & Comitijs actis, pulcherrimas Imperio leges dedit, quæ aurea bulla ab ipso edita continentur. Nec illud de ipso reticendum venit, quod singulari admodum affectu, miraque animi deuotione erga Christianam Religionem extiterit, quod vel hoc argumento perspicuum euadere potest, quod frequens fuerit admodum in sacrorum locorum per diuersas Christiani orbis partes deuota visitatione, obibat autem potissimum libentius eas Ecclesias vbi Sanctorum Reliquias cultu Religiosiori honorari intelligebat; particulas ex singulis dum commodè fieri posset sibi donari efflagitans vndè voti in hoc compos effectus plurimas vndequaque Sacras Reliquias in Bohemiam transtulit, loculis ex auro, argento, & gemmis prætiosis à Fabrè factis recondidit, & inde suam nouam Archiepiscopalem Pragensem Ecclesiam mirè condecorauit.

Laudes Caroli quarti Imperator.

Affectus eius erga sacras reliquias.

VVenceslaus porro Imperatoris Caroli quarti ex parte Patris frater, Comitatus Luxemburgensis, prout eorum pater Ioannes Rex Bohemiæ prærordinauerat Comes & Dominus designatus est, & ætatis factus ad id idoneæ, cum Ioanna Ducis Brabantiæ filia matrimoniale inijt fœdus, accipiens dotis nomine agri Brabantini proprietatem. Eius autem mater Beatrix Borboniæ Ducis filia, vidualem agebat vitam Dampuillerij; ipse verò vt Brabantini ducatus fasces vxorio iure obtinuisset, per se ipsum tanquam nobile, amplum & potens Dominium idem administrare voluit, atque cum eam ob causam à Comitatu suo Luxemburgensi abesse compelleretur, eius gubernaculum vice sua obeundũ Domino in Roden macher per quam nobili suo Vasallo commisit.

Venceslaus Comes Luxemburg.

Vxorẽ ducit Ioannã ducis Brabantiæ filiã

Huius VVenceslai Brabantiæ Ducis tempore, res Bruxellæ accidit horrore plena; Iudæus etenim quidam Ionathas nomine, Christiani nominis impijssimus hostis, vt animi sui malitiã aduersus Christum Dominũ aliquo vsque explere posset, à sacerdote Christiano data pecunia pixidem vbi aliquot sacræ Dominici corporis hostiæ continebantur, sibi tradi obtinuit. Cum verò sacrosanctum hoc sacramentum domi suæ donec oportunitas, concepto sacrilegio committendo apta adueniret, impius homo, teneret, iusta animaduersione à Deo percussus, & in ijsdem suis ædibus gladio confossus infaustam animam ad tartara misit. Vxor eius peruerso æque in Christum animo mulier, marito iam mortuo pixidem Abrahamo suo filio tradidit, qui paterni conscius sceleratissimi propositi, illud ipse in effectum deducere constituit. Aduentante igitur tempore quo in Ecclesia Christi Domini sacratissima passio deuotè recolitur, ipso die Parasceues conuocatis aliquot eiusdẽ nationis, & consimilis affectus hominibus, Corpus Dominicum in medium protulit,

Horridum facinus cuiusdã Iudæi

Vindicta diuina in sacrilegium.

[illegible] — *Miraculum insigne Christi in SS. Eucharistiæ præsentia.*

tu[illegible]r, c[illegible]nque illud ad satietatem vsque manibus sacrilegis irreligiosissime attrectassent, & ore blasphemo ingenti contumelia affecissent, cultris insuper & pugionibus (ascelus inauditum) furenti odio percusserunt, perfoderunt, perforarunt, vnde ilico diuina ordinatione ingens miraculum obtigit, sanguine tanto ex confossionibus istis emanante vt in riuulum exiguum pauimentum domus madidantem excresceret. Miraculum isthoc vt mulier Iudęa prælibata vidit, & expendit, de proditione corporis Dominici filio facta pœnitens, ad pastorem loco vicinum cum clamosa voce accurrit, & sacrilegium suum propalans, Iudaismumque abiurans, Christo, cuius magnalia viderat, nomen dare se velle edixit, quæ res tũ pastori ipsi, tum alijs christianis qui caternatim ad rem eiusmodi certius intelligendam cõfluebant, magnam attulit cum admiratione lætitiam, vnde & Christo Domino, qui hoc etiam signo diuinitus ostenso, veritatem sacro sancti istius misterij contestari, itemque Iudaicam perfidiam ab omnibus execrandam demonstrare, satis euidenter dignatus fuerit, gratias egēre. Dux VVenceslaus in eadem tum vrbe cum vxore, & familia constitutus, sacrilegium Iudæorum Diuinumque miraculũ inaudiens, statim Iudæos criminis reos, coniunctos ad vnum omnes igne cremari fecit; ad locum autem, vbi corpus Christi tantis fuerat contumelijs affectũ ipse & vxor cum tota Aula imò & tota vrbe aduenientes, summa cum animi compunctione Deum sub sacramento latitantem adorarunt, ac denique sacerdotum ministerio ad Diuæ Gudulæ virginis magnificum templũ deportari fecerunt, vbi in hunc vsque diem perseuerantibus visibiliter puncturis in tribus hostijs iuxta se inuicem decēter in monstrantia (quã dicunt) prętiosa repositis, Christus Dominus in sacramento verè, & realiter præsens à populo ingenti frequentia, & deuotione adoratur, & muneribus infinitis quotidie oblatis honoratur, quod & à me non semel, sed sępe pro modulo factitatum esse gaudeo, Deoque gratias ago.

Iudæi tãti sceleris authores ad supplicium abripiũtur.

Carolus Imperator eodem fermè tempore ex Italia (in quam nimirum secundo penetrauerat, & Pontifici maximo tanquam Romanæ Ecclesiæ ex officio tutor, defensor, & assertor, rebelles ciuitates fortiter expugnatas restituerat) soluens Germaniam repetijt, ac deinde in Metensi ciuitate maximum ordinum Imperij conuentum celebrauit, Huc autem præsentes comparuerunt præter illos septem sacri Imperij Electores, Principes reliqui eiusdem Imperij penè omnes, Tusculanus itē Cardinalis Senensis, & Rotomagensis Archiepiscopi: Delphinus Dux Vienensis Dux Britanniæ, Comes Pictauiæ, cum multis alijs notæ primariæ viris, in his autē Comitijs Guillelmus ex Marchione Iuliacensis Dux est creatus, Cęsaris etiam frater VVenceslaus Brabantię Dux, & Comes, in Ducem primum Luxemburgensem est sublimatus, Barrensis verò Comes Pontionis, Montionis Marchio effectus est; Inde Cæsar Auenionem profectus & ibidem cum summo Pontifice aliquamdiu commoratus plurima à se in Reipublicæ vtilitatem constituta Christi vicarij calculo obtinuit confirmari.

Ordines Imperij Metis congregati. — *Marchiõ Iuliacẽ. fit ducatus.* — *Comitatus Luxemb. fit ducatus.*

Anno Domini millesimo, trecentesimo, septuagesimo octauo, Carolus Imperator VVenceslao filio suo Romanorum Rege, & amplissimo procerum comitatu constipatus, profectionem Brabantiam versus VVenceslai Ducis fratris sui inuisendi gratia, instituit, à quo Bruxellæ pro vtriusque sublimitatis exigētia exceptus fuit, &

Franc. Rex in Braban proficiscitur.

risit, & habitus perquam honorificentissimè, Inde Hannoniam peragrando Cameracum cum apparatu eodem venit; atque tum in eius occursum Franciæ Rex Carolus quintus quamplures suos misit proceres, vt eum debito cum honore statim Parisios adduceret. Quo iam cū suis perductus Carolus quartus Cæsar Augustus à Rege Christianissimo Carolo quinto multa cum gratulatione susceptus est, in quā rem omnia illa accuratè obseruata sunt, quæ in tantorū Monarcharum mutua solent exhibitione seruari, Hæsit porrò Carolus Cæsar apud Regem Galliæ Parrisijs ad mensis februarij finem vsque, atque interea quantis sit cum suis amicitiæ, & deniq; munificentiæ officijs honoratus, operis nostri non est vel tenuiter enarrare: proficiscente tandem indè Principum & aliorum Regni Magnatum, & Nobilium cateruam, iussit Rex ad terminos vsque Franciæ ductum præbere, suppeditatis toto itinere omnibus necessarijs expensis, Regis Franciæ sumptibus. Vt verò Mousonum attigerunt Francos ipsos eo vndè venerant cum gratiarum actione & salutatione Regi dicenda redire permisit. Et cum Luxemburgum venisset, inibique ad dies paucos morā traxisset, Imperator cum suo comitatu in Bohemiam redijt, vbi anno eodem circa Mensis Nouembris initium, viam ingressus est vniuersæ carnis, atque in eius locum filius eius natu maximus VVenceslaus Bohemiæ Rex, & iam Romanorum Rex patris procuratione ab annis aliquot existens, est suffectus: & vicesima sexta Februarij millesimi trecentesimi septuagesimi noni, in Comitijs Imperator est appellatus: de quo plerique scriptorum habent, quod dum non nisi otium ferè, & voluptates sectaretur cum imperasset annos viginti vnum, menses quinque, dies viginti octo, à Principibus per consensum Pontificis abire Imperio coactus sit, indeque in Bohemia adhuc per annos viginti regnauit.

Carol Cæs. apud Galliæ R. gem. manet.

Imperator redit in Bohemiam.

Moritur Carolus Imperator.

Wenceslā. Caroli filius Imperator declaratur.

Imperio se abdicare Princi. vrgentibus cogitur.

Anno millesimo, trecentesimo, octuagesimo tertio in conceptionis Diuæ Delpare peruigilio, VVenceslaus primus Luxemburgensis Dux, & Brabantiæ, Princeps optimus & Catholicus prole nulla sibi superstite (cum antea filius eius Ioannes quondam Argentinensis Episcopus, ac deinde Maguntinensis Archiepiscopus laudatissimus humanis iam rebus esset exemptus) morte solutus nec non in Aureæ vallis Cisteriensis ordinis præclaro monasterio sepulturæ est traditus, cui eiusmodi Epitaphium gallico idiomate apposuerunt, vt sequitur.

Wenceslau Dux moritur.

Cy gyst le tresexcellent et vaillant Prins VVencelaus de Boheme Ducq de Luxembourg, Brabant, de Lembourg, de Lathier et Conte de Chiny, qui trespassa L'an 1383. La nuict de conception de nostre dame, prie pour luy que Dieu en a l'ame.

Hoc etiam eodem anno morte soluta est Beatrix Borbonia mater eiusdē Dampuillerij. Mortis prædicti VVenceslai Ducis causam cōijciunt quidā in hoc, quod cū Bruxellæ sese in lusu pilæ palmariæ, quo admodum, vtpotè agilis admodum, & dexteritate pollens oblectabatur, immodicè cum alio Principe exerceret, semel adeò efferbuerit, vt in grauem incideret ægritudinem, à qua cum minimè releuaretur, Medicorum suasu Luxemburgensis aeris fruendi gratia eo deuehi se curauit, sed ingrauescente indies nihilominus morbo, ad extrema tandem deductus, atque vti præmisimus defunctus, & sepultus est, Vxor verò eius Ioanna Brabantiæ Ducissa cælebs in viduitate reliquū vitæ transegit, quæ tandem Anno millesimo quadringe-

Mors Beatricis matris Wenceslai.

Mortis VVencesl. Ducis causa ponitur.

Nota exemplum humanæ vitæ fragilitatis.

quadringentesimo, sexto mortis itidem debitum exoluit.

Ducatus Luxemb. ad VVen. est. Imperator. Dux Aur. deuoluitur. Ludouicus Franc. Gubernator Luxemb.

VVenceslao igitur Duce Luxemburgensi è viuis absque liberis sublato, Ducatus ipse iure hæreditario ad nepotem suum VVenceslaum Romanorum Imperatorē deuolutus est. At cū rarius ipse ijs in partibus ageret, magis Bohemico natali suo delectatus, ea de causa Ludouico Galliæ Regis fratri, Duci Aurelianensi consanguineo suo, ducatus Luxemburgensis gubernacula vice sua abeunda cōcredidit, atque insuper pro summa quinquaginta sex millium trecentorum & triginta septem aureorum, quam Ludouicus ei mutuo dederat, oppida Iuodium Montemodium Dampuillerium, & Orcimont cum appendicibus eidem in pignus dedit.

Hinc autem liquet rem vti descripsimus sese habere, quod auctenticum scriptū ex Archiuis Abbatiæ Munsteriensis depromptum illud manifestè demōstret, cuius hæc sunt verba.

Ludouicus Regis quondam Francorum filius, Dux Aurelianensis, Comes Valesij, Blesensis, & Bellimontis, ac Dominus Conciaci Mamburnus & Gubernator Ducatus Luxemburgensis: Vniuersis & singulis Capitaneis militibus, Nobilibus, Scutiferis, & Gentibus armorum &c Datum in Theonisuilla, die nona octobris Anno. 1402.

VVencesl. Imperator Ducatum Luxemb. Iodoco nepoti suo resignat.

VVenceslaus Rex Ducatus integro Luxemburgensi gauisus ad annos aliquot, eundem postmodum in Iudocum nepotem suum, aut totum resignauit, aut certè sibi eum in consortem asciuit, quod ex verbis literarum dicti Ludouici Gubernatoris huc transumptis colliquescet: *Nos Ludouicus Regis Franciæ filius Dux Aurelianensis, Comes Valesij, Blesensis, & Bellimontis ac Dominus Conciaci Mamburnus & Gubernator Ducatus Luxēburgensis, & Comitatus Chinēsis, Omnibus & singulis præsentes literas visuris, & legi audituris. Quod ad preces amicabiles, & sincerā requisitionē nostri charissimi & amicissimi nepotis Marchionis, Iodoci de Brādenb. Marchionis, & Domini Morauiæ, recepimus, & omnino retinuimus gubernamentū territorij, & Ducatus Luxemb. & comitatus Chinensis &c Datum Mouson decima quinta Septembris. 1412.*

Diploma Iodoci Ducis Luxem.

Hæc ibi. Item ex alijs literis similiter ex Archiuis Abbatiæ Luxemburgensis acceptis, & ab ipsomet Iodoco Marchione profectis idem euidenter docetur. *Iodocus Dei gratia Marchio Brandenburgensis, Marchio & Dominus Morauiæ, sacri Romani imperij Archicamerarius ad perpetuam rei memoriam &c. Et paulo post. Nos igitur attendentes quod excellentissimus quondam Princeps, Dominus Ioannes Rex Bohemiæ Auus noster charissimus in codē Monasterio corporaliter iacet tumulatus, nec in remedium animæ suæ per prouisionem anniuersarij, & alia pietatis opera eidem Monasterio ob eiusdem Aui nostri iugiter habendam memoriam, si non ad plenum, aliqualiter prouidere, ad laudem nihilominus intemeratæ Dei genetricis Mariæ, cuius titulo dicti Monasterij decoratur Ecclesia, præfato Tilmanno Abbati & eius successoribus, nec non fratribus & Conuentui, & Monasterio Sanctæ Mariæ Luxemburgensis, non per errorem aut improuidè, sed animo deliberato sano, fidelium nostrorum accedente consilio ex certa nostra scientia tanquam Luxemburgensis Dux, infra scriptus gratias duximus faciendas & facimus per præsentes. &c Datum Berlyn in Marchia Brandēburgensi,*

Anno

Anno Domini 1398 sexta die mensis octobris. Hæc ibi. Item alio diplomate ita loquitur idem Iodocus: *Iodocus Dei gratia Marchio & Dominus Morauiæ Duxq; Luxemburgensis. Notum facimus, quod pro parte oppidanorum fidelium delectorum nostrorum, oppidi nostri de Montmedi serenitati nostræ extitit humiliter explicatum &c. Datum Brunæ 1392 sexta die mensis Maij.* Eccè igitur vbi Iodocus iste non nomine tenus tantum sed reipsa est Dux Luxembergensis concedens eius Prouinciæ subditis gratias & priuilegia, quibus hodieque gaudent sicuti patet vlterius ex sequentibus Abbatiæ Luxemburgensis, literis ita habentibus: *Nos Tilmannus permissione diuina Abbas Monasterij beatæ Mariæ in Luxemburch, ordinis Sancti Benedicti Treuerensis diocæsis, totus Conuentus eiusdem loci, notum facimus vniuersis quod nos renunciamus Iuri nostro, quod habemus, & habere possumus in & super furnis oppidi Luxemburgensis, quod Abbatibus, & Monasterio, à fundatoribus nostri Monasterij datum fuit, & concessum, & reddimus idem Ius in perpetuum Ducibus & Principibus Ducatus Luxemburgensis, rationalibus causis nos ad hoc mouentibus. Nā metuēdissimi, & excellentissimi Domini nostri, Dominus VVenceslaus Romanorum & Bohemiæ Rex & Dominus Iodocus Marchio Brandenburgensis & Morauiæ, ampliores, & vtiliores gratias, & donationes prædicto Iure furnorum nobis fecerunt, &c.*

His satis superque demonstratum est VVenceslaum Regem, & Marchionem Iodocum nomen & rem Ducis Luxemburgensis æqualiter, aut quasi habuisse.

Theologi florebant tum Thomas Kempensis spirituali doctrina plurimum præstans, Ioannes Capreolus, Petrus Alliacus, Cardinalis & Episcopus Cameracensis Bartholomæus Vrbinas Episcopus, Ioannes Gerson, Thomas VValdensis, Anthonius Panormitanus, ad hæc sanctitatis laude celebres S. Bernardinus, & S. Vincētius Valentinus alijque complures. *Viri celebres.*

Anno Domini 1418. Ludouicus Aurelianensis Dux, Gubernatorque, & Mamburnus Luxemburgensis Parisijs proditoriè sumpta cæna fuit occisus, cuius facti occasione cum Ducis Burgundiæ Ioannis instigatione perpetratum existimaretur, atrox inter francum & Gallum exortum est bellum. VVenceslaus vero Rex & Iodocus Marchio prospicientes minimè expedire vt eorum Luxemburgensis Ducatus gubernatore careret, huic muneri præfecerunt Simonem Comitem in Spanheym & Catzenellenbogen: grauiter hoc tulit occisi Ducis Aurelianensis relicta vidua, opponens sibi titulo oppignoratitio oppida Iuodium, Montemadium & alia supra narrata competere. Controuersiā hæc porrò arbitrorum interuentu dirempta est eo modo, vt donec summam pro pignore isthoc datā ex integro illa percepisset, oppida illa omnia cū cæteris fortalitijs, & appenditijs custodiæ Hugoni de Elter nomine, Ducissæ committerentur. *Mors Ludouici Ducis Aurelianensis.* *Simon Comes in Spanheym Gubernat. Luxemb.* *Hugo de Elter.*

Hæc tandem vt effectum fuere sortita, Ducissa eadem pecunia accepta in Franciam redijt.

VVenceslaus Rex & Iodocus Brandenburgensis Marchio, Luxemburgenses Duces omni spe prolis suscipendæ destituti (VVenceslai enim Vxores ambæ, id est, Ioanna Comitis Hannoniæ Filia, & Sophia Ducis Bauariæ gnata steriles decesserant) Elyzabetham Corlytiam neptem Anthonio Brabantiæ Duci nuptui tradiderunt,

Anthonius Dux Brab. accepit in uxorē Elyzab. Cornitiam. Ducatus Luxemb. oppignoratur.

derunt, illique centum & viginti millia florenorum aureorū Rheni, dotis nomine promiserunt. Hac verò summa præ manibus nō existente Ducatus Luxemburgēsis cum vsuario Anthonio Duci, Elyzabethæ sponso à præfatis VVenceslao & Iodoco est impignoratus, donec summa prætacta numerata suis Dominis restitueretur. Interim tamen Comitatus Rupensis, & Durbutensē Dominium hoc pignore non cōpræhendebantur, &c.

Antō. dux Elyzabeth sponsā suā ex Bohem. in Belgium transfert. VValram. Comes S. Pauli & Lignij Gub. Luxemb.

Anthonius itaque Brabantiæ Dux sponsæ sibi addictæ contubernio frui cupiens, eius ducendæ gratia profectionem versus Bohemiam adornauit, vnde ipsam Elyzabetham Gorlytiam ad Belgium perducens sibi eam in vrbe Bruxellensi, maxima cum nuptiarum pompa matrimonialiter copulauit, applaudentibus & triumphū ingenti lætitia agentibus omnibus subditis. Præfecit autem Ducatui Luxemburgēsi gubernatorem VValramum à Luxemburgo, Sancti Pauli & de Lignij Comitem, nec non Franciæ Comestablium.

Denique annis aliquot euolutis, idem Dux Anthonius circa Morinum Galliæ Regi in bello contra Anglum assistens in atroci conflictu occubuit, prole nulla ex Elizabetha coniuge suscitata: Ducatum tamen Luxenburgensem eo deinceps titulo oppignoratitio retinuit, quanquam eius Prouinciæ subditi potius sese ad Sigismundum eiusque hæredes quam ad hanc de iure spectare protestarentur. Qua in controuersia potiores semper partes (vti subtus habebitur latius) obtinuêre Burgundi.

Ioā. Bauar. resignat summi Epi scopatū Leodiensem. Elyzabeth viduā in matrimoniū ducit.

Ioannes Bauarus Ecclesiæ Leodiensis Antistes, postquam ei functioni annos circiter vigintiseptem præfuisset, diaconatu licet initiatus Summo Pontifice dispensante, Episcopatu abdicato Eliyzabetham Ducis Anthonij viduam in coniugem ambiuit, ex qua tamen nec per ipsum vlla proles profluxit. Fuit interea eo modo quo antecessor eius Anthonius, Ducatus Luxemburgensis Sigismundo Hungariæ Duce consentiente, possessor.

Pragæ ciui lis seditio exoritur. VVencesl. Rex moritur.

Anno eodem videlicet 1419 in Praga Bohemiæ Metropoli, grandis de repentè inter ciues oborta est seditio, quæ eo vsque prorupit vt Consulum nonnulli è prętorio per fenestras proijcerentur. Res verò ista VVenceslaum Regem in tantum contristauit, vt statim paralysi correptus, die mercurij, quæ erat mensis Augusti decimasexta vitam cum morte cōmutaret, postquam videlicet quinquaginta quinque integros annos Regni eius moderatus fuisset habenas. Tumulatus est autem sub noctis silentio absque funerali pōpa propter VVicklephistarum id loci, & temporis grassantium insolentias euadendas.

Ioann. Galeacius primus Mediolanensis Dux.

Ferunt quidam VVenceslaum hunc, dum Imperij sceptra teneret, Ioannem Galeacem primum Mediolani Ducem ordinasse, & id quidem non nisi cum notabili Imperij Romani detrimento, Prius namque Mediolanenses Domini eiusdē Imperij habebantur administri, à quo onere (magna pecuniæ vi mediante) hic eos VVenceslaus dicitur absoluisse

Iodocus per Principes Electorum

Nec desunt qui Iodocum Brādeburgensem, & Morauiæ Marchionem, prærmemoratum VVenceslao eidem, dum Imperio exauctoraretur, subrogatum per Electores Imperij extitisse asserant; quodque dum ea de re Francofurti seriò tractaretur, Iodocus quadam die VVenceslaum eius salutandi gratia accesserit; & sub

colloquio vltro citroque habito, remotis arbitris Regem hisce verbis ad Iodocū fuisse vsum. Etsi satis sciam non esse è dignitate mea, quod Electores Imperij me Regno Romanorum destituant, solatio tamen mihi est, quod ex familia mea hoc decus minimè excidat: Ego igitur te lubens volensque successorem mihi datum accepto. Iodocus ad hos expauescens Regis sermones, ilicò sese ad eius prouolueas pedes obtestatus est, ne id facti sibi vllatenus imputaret, vtpote cuius opera aut studio nequaquam contigisse. Ad hæc, pone metum, ait Rex, O patrue, nam neque Imperium inuitus depono, neque si illud retinere cupiam, iura sanguinis violare ausim, bono itaque esto animo, Imperium tibi est demandatum. Quibus verbis recreatus Iodocus, lætus abcessit, veruntamen Imperij insignijs nunquam fuit ornatus, Nam cum nonagenarius esset, sex tantum indè menses superuixit. Inde defunctus Brunæ in Monasterio Diuo Apostolo Thomæ sacro, quod pater eius fundarât, iuxta eundem fuit tumulatus. *Iodocus Imper. declara tus moritur*

In Iodoci porrò locū Rupertus Bauarus, Comes Palatinus Rheni, Anno Christi millesimo, quadringentesimo ab Electoribus Imperij Rex Romanorū est declaratus homo sanè christianissimus, Iustitiæque cultor studiosus, atque in belli gerendi peritia præstantissimus orphanorum deniqué viduarum, pauperū, & oppressorum patronus singularis. Hic dum à Bonifacio nono Pontifice maximo confirmationis munus impetrasset, ab Episcopo Coloniēsi, diademate Cæsareo insignitus fuit. Præfuit autem annos nouem menses octo, dies viginti duos. & tum in Oppenheim oppido fato solutus Heydelbergā vectus, & ibidem in Sancti Spiritus Monasterio sepulturæ mandatus est. *Rupertus Bauarus Imperator.* *A' Episcop. Coloniensis coronatur.* *E vita excedit.*

Sigismundus Caroli quarti filius, natione Bohemus origine Luxemburgensis, Hungariæ & Bohemiæ Rex, mortuo Ruperto, mense Martio, Francofurti electus, & Imperator consalutatus est Anno 1411. Princeps fuit virtute, sapiētia, & animi fortitudine plurimum excellens, nullamque nō in muneris sui perfunctione laudem promeruit, tametsi pacis quam belli artibus fælicior extitit. Hic cōtra Turcorum impressionem, maximis cum Principum auxiliaribus copijs in Hungaria bis pugnauit, sed in fugam actus est: dein Germanorum robore stipatus in Ziscam Bohemum Principem hæreticum exercitū duxit, nullo tamen successu, quod malum cum iā nimis inualuisset; Prouincias Europæ Galliā, Hispaniam, Angliam & alias triennio ipse obiuit ad conciliandam Ecclesiæ pacem, quam & in Concilio Cōstantiensi ad vnitatem coegit, vbi Ioanne vigesimo tertio cedente Benedicto nono & Gregorio duodecimo Pontificali functione non legitimè accepta abire iussis, Martinum quintum canonicè electum, & in Petri cathedra collocatum manutenuit, & defendit. Interfuêre huic vniuersali Cōcilio eiusdem Imperatoris hortatu, Anno millesimo, quadringentesimo, decimo quarto, & deinceps per quadriennium celebrato, Patriarchæ quatuor, Cardinales viginti nouem, Archiepiscopi 47. Episcopi 160. Abbates & Doctores 560. simulque ipse Sigismundus Imperator pijssimus, Ludouicus Dux Saxoniæ, Ludouicus Comes Palatinus Rheni Ludouicus Dux Silesiæ cum cæterorum Principum legatis frequentissimis. *Sigismūdus Imperator Ruperto sufficitur.* *Cōtra Turcas infeliciter pugnat.* *In Bohemū Principem exercitum.* *Concilium Constanti.* *Martinus quintus Papa.*

Habuit autem Imperator successiuè duas vxores, quarum prior Hungariæ Regis filia, illi Elyzabetham peperit. Alberti Austriæ Ducis, & Augusti postea cōiu- *Imperatoris coniuges binæ*

gem, posterior verò Barbara nomine Regis Siciliæ filia extitit. Generauit autem dicta Elyzabeth viro suo filias binas, priorem quidem Gulielmo Saxoniæ Duci nuptui datam, alteram verò Casimiro Poloniæ Regi in matrimonium collocatã. Hi ambo iunctim sibi Ducatu in Luxemburgensem ... vxor ... competere ... tendebant, eademque ex causa non parum molestiæ Elyzabethæ Gorlitiæ quæ illum pignoris loco detinebat facessebant, Illa duobus iam orbata maritis, vt istorum euadere posset impetitiones graues apud Philippum Burgundiæ Ducem nepoté suum deposuit querimonias, adiutrices manus prouide sibi porrigi enixè postulás. Huiusmodi querelis commotus valdè Philippus Dux opem promittit, & auxiliũ laturum sese ad illatas Elizabethæ iniurias depellendas. Et initio quidem ... vi & armis negotium aggrederetur, viros quosdam primariæ nobilitatis ... Luxemburgum destinauit, hortans incolas quatenus dictæ Elyzabethæ tanquam veræ Dominæ & Principi suæ honorem debitum, atque obsequium præstare non omitterent, aut ipse alioquin manu armata illos in ordiné redacturus breui foret expectandus; contestans insuper sese dictæ Elizabethæ proximum & vnicum existere hæredem. Luxemburgenses ante horum legatorum aduentum iam a Saxoniæ Duce præoccupati, octingentos eius milites in oppidum præsidio futuros intromiserant, quare Burgundos contumeliosis verbis affectos eo vndè venerant redire iusserunt, quod Saxoniæ Duci potius quam Burgũdio sese essent ... furi, asserentes. Comes autem de Clito aut Click Saxoniæ Ducis affinis in idipsum à Duce constitutus, eius partes agere cœpit, quanta potuit industria, atque in primis vniuersis propugnaculis atque castellis, quæ adhuc in Elyzabethæ Gorlitiæ fide persistebant, ducto exercitu bellum intulit.

Elyzabet. à Saxo Duce & Poloniæ Rege molestatur.

Opem petit à Philippo Duce Burg.

Philip. Burgundiæ dux legatos Luxeb. mittit.

Legati repulsam patiuntur.

Comes de Click loca omnia ducatus Luxeb. accuratissimè munit.

Burgundiæ Dux Luxemburgẽsium auersos animos perspiciens, ad eos quos adhuc à parte Ducissæ stare cognouerat Robertũ videlicet Comitẽ de Virneburgh Ducatus Gubernatorem, Henricum de Solubrio, & Henricum de la Tour, aliosque nobiles festinanter literas dedit, quibus hortatur ex animo rogatque eosdem vt constanter in hac mente perseuerent, hostilesque vires pro posse reprimere, & dissipare contenderent, pollicens sese breui cum frequenti militum manu aduenturum, promittensque insimul quadringentos egregiè instructos milites, quibus Iuodio, Montemadio, alijsque circum vicinis locis prouideretur. Hi statim qui Burgundis parebant Arlunum astu ceperunt, ibique de Theonisuilla rebellante obsidẽda tractãrunt. Comes de Click istiusmodi consilium impediturus nocte intempesta cum militibus Arluno propinquauit, quo oppidum istud ex aduersariorum potestate per insidias ex improuiso eriperet. At ciues de eis admonitu certiores effecti correptis armis ad obsistendum Clitonis Comitis molimini, sese cum militibus præsidiarijs præparãrunt. Quo cognito Clito ipse aggredi paratos non audens, vrbem castris militaribus cingere se velle simulauit, Arlunenses verò obsidionis eiusmodi impatientes sæpius excursiones in hostes fecerunt, vndè tãdem cum dedecore Comes de Click sese exindè proripere & Luxemburgum recipere coactus est.

Comes à Virneburg Gubernat. Luxemb.

Dux Burg. ad Ducatũ Luxẽb. bello subigendũ se parat.

Comes de Klick Arlunũ recipere conatur sed frustra.

Philippus Dux posthæc vti pollicitus fuerat ex Burgundia cum frequenti, eodemque valido exercitu aduentans Ioannem Stampanum Comitem cum plurimis alijs

Philip. Burgund. Dux

aliisque nobilibus, necnon mille octingentis leuis armaturæ cataphractarijs, & quingentis denique lancearijs, quos omnes ex Ambianis Atrebatibus, atque Morinis idem Stampanus adduxerat, apud Sanctum Manachauldum reperit Ducis obsecuturos imperijs.

Clitanus Burgundum appulisse intelligens, Luxemburgi ad tempus delitescere studuit, at Burgundus in Iuodium gratulantibus ciuibus ingressus, statim de modo hostem impugnandi cum suis tractare cœpit: Et quia castrum de Villij munitissimum ab aduersarijs partes circumpositas incessanter vastantibus, & populantibus occupatum, non parum incommodi erat negotio allaturum, de eo ante omnia in potestatem suam redigendo consilium pariter inierunt. Et postquam Elyzabetham Ducissam Maziriæ agentem salutatum ijsset, eandemque inde Bruxellam deduci iussisset, sexcentos pedites, & ducentos equites egregios Arcem prælibatam tentaturos isthuc destinauit. Ipse verò cum Stampano Comite Martiuillam, indè Vertonum hinc Arlunum omnium inexplicabili exultatione acceptus proficiscitur. At Luxemburgenses & Theonisuillani constanter in Comitis de Click obedientia persistebant, quibus etiam adhærebant viri nobiles Domini de Rodenmach & Commercij.

Phil. Elyzabet. inuisit. Elyzabetha Dux. ssa Bruxellam deducitur. Castrum Villij expugnare conatur.

Burgundiæ Dux exploratas iam penè totius aduersariorum phalangis habens vires earumque in singulis locis constitutionem, animo intrepido totum Luxemburgensem Ducatum peragrare cõstituit. Cumque ea in profectione versaretur, vicini Principes eius magnitudine animi illecti obuiam procedentes, amicitiam cum illo facere postulabant, at verò Ducatus Vasalli numero frequenti ad eum conuolantes, genu flexo consuetum fidelitatis sacramentum, quod vulgò Homagium dicitur, ei deferunt. Cum porrò aliquantisper Arluni quieuisset, ad Florẽgiam Castrum loci natura & ædificijs fortissimum sese contulit, ibique de medijs disquirere incœpit, quibus vicinam Theonisuillam in suam redigeret potestatem. Eius interim milites Chauancij Castrum, in Comitatu Chinensi itidem valde munitum non cessabant, quibus valebant modis, vrgere ad deditionem, & cum obsidione cinctum subinde conarentur admotis scalis, alijsve belli actibus adhibitis conscendere, repulsam ab aduersa parte identidem grauiter locum propugnante patiebantur, Comes Clitanus metuens ne tandem Burgundi incessanter tanti momenti locum impugnando, sibi eum eriperent, Dominum de Commercij cum militum mediocri caterua eo misit, vt obsessis præsidio esset, quo ab angustijs eximerentur. Vt verò aduersariorum aspectũ fallere possent, cruce Burgũdica eosdem desuper insigniri curauit. Burgundi fraudem subodorantes eousque dissimularunt, donec opportunum foret illos inuadere, & temeritatis pœnas ab eis exigere. Permissi igitur dũ fuissent aliquousque, & non procul à Castro procedere, Stampanus cũ Burgundo milite è latibulis exiliens derepẽte in istos milites missos Clitanos irruit, & penè omnes ad internecionem deleuit. Quæ res adeò constitutos in Castro exterruit, vt mora seposita sese, & locum in manus Burgũdorum dederent. Iacobus autem Bellimontanus Castri Gubernator, Burgundorum furori parum fidens, per fenestram fune emissus fuga clandestina sese saluauit.

Castrum Florengiæ.

Comes Clitanus obsessis Dominũ de Cõmercij subsidio mittit.

Clitani milites misere macedãtur.

Dum arcis de Chauancij & reliqui municipij conquisitio Duci Burgundiæ Philippo innotuisset, ciuibus quidem vita & fortunis concessis, eius iussu ipsum Castrum dirutum soloquè equatum fuit, milites verò præsidiarios à strage edita superstites, ex vicinis arboribus suspẽdi fecit. Mox Iuodium petens vxorem suam eo recenter è Burgundio appulsam excepit.

Cornelius Nothus filius Ducis Burgũd.

Esch oppidulum.

Erat & Duci eidem filius naturalis siuè nothus Cornelius nomine belli gerendi scientia admodum peritus, quem proindè exercitus sui Capitaneum generalem constituit, singulariter ei mandans, nè occasionem vllam Oppido Luxemburgensi in suam potestatem redigendo idoneam negligeret. Hic igitur parentis imperio pro virili satisfacturus assumpto secũ Stampano Comite ad oppidulum Esch bino miliari Luxemburgo distans, se contulit, necnon circum circa militum copias paratas esse interim iubens, exploratores Luxemburgum versus direxit, qui Luxemburgensium circà oppidi sui custodiam, & propugnationum referrent sollicitudinem, à quibus porrò redeuntibus intellexit Cornelius a Burgũdia sese citrà magnam difficultatem suorum adminiculo militum voti sui fieri posse compotem.

Luxemb. vires per exploratores indagãtur.

Exercitus Ducis Burgundiæ Luxemb. ducitur.

Imperat his compertis belli Dux Cornelius, Roberto de Miramont Comiti in Roussij & Brauia, & Guillielmo de Creut, quatenus cum robore exercitus ad locum tenderent, & hoc quidem intempestæ noctis silentio, ipse verò manè summo infalibiliter foret subsecuturus, Hi præcipientis iussa adimplentes, de nocte iter carpere cœperunt, & sub diei crepusculo ad terminũ destinatum pertingentes, scalas & Machinas vrbi capiendæ opportunas admouerunt, nulloquè obsistente mœnia & muros vrbis ipsius plerique animosiorum transcenderunt. Tum portis vi effractis toti exercituj ingressum liberum, ac facilem fecerunt, clamantes iteratis voci bus *Ville gaignée, Ville gaignée*. Ciues clamore istiusmodi ipsis inusitato attoniti magna ex parte ad Castrũ profugerunt, alijs sese contra irrumpentium vim defendere frustra conantibus, at milites Burgundi primas obtinentes igne iacto per diuersas partes, plurimas ædes incenderunt, cum quibus & Diuæ virginis, quod nunc à Sancto Michaële nuncupationem habet templum, & Benedictinorum Munsteriense Cœnobium maximum indè retulerunt detrimentum.

Superatur Luxẽburgũ à Burgũdo.

Luxemb. à militibus diripitur.

Furore militũ hinc nonnihil sedato, ciuibus vita & domicilio donatis, suppellex eorum in militum spolia & prædam concessit. In qua direptione dissidium graue inter nobiles, & gregarios milites exortum est, quod illi præ his contra condictum spolijs gauderent opimioribus. Ciues denique de Burgundorum diffisi promissis sensim inde per inferiorem vrbis partem Theonisuillam versus fugientes sese proripuerunt.

Castrũ Luxemb. deditione in potestate Burgundorum venit.

Com. Clito fuga sibi consuluit.

Reliquum erat, vt Castrum itidem in potestatem Burgundi adigeretur. Stampanus proindè comes ea arte vsus est & industria, vt intra trium septimanarũ spatium, vix vlterius se propugnandi, præsidiarijs Castri quicquam virium suppeteret, atque in primis Comes de Clito animo deficiens, clam ex alto in imum, fune demissus Theonisuillam confugit, quo ciues & milites prospecto citrà moram se & Castrum in Burgundorum potestatem tradiderunt, Elizabetæque Ducissæ obedientiam debitam, & fidelitatem promiserunt. Comes de Clito eiusmodi euentus certum cum accepisset nuncium, aduertens insuper quam exiguo commeatu,

& mili-

& milite imbelli Theonisuillæ foret prospectum, de sua persona asserenda, paceque cum Burgundis ineunda cogitare cœpit, quo extremo vsus remedio, vrbe etiã isthac sola sibi eatenus restante in manus persequentium resignata, ad suum natale solum Saxoniam regressus est Dominis suis relaturus quam iniqua sorte fortuna secum lusisset.

Theonisuil. à Chateno Burgundis aedum.

Bello istiusmodi insigniter à Burgundis exacto, Philippus Dux Elyzabethæ Gorlitiæ consanguineæ suæ, cuius gratia & nomine eam susceperat expeditionem, Ducatum Luxemburgensem ex integro tanquam veræ & proprietariæ Dominæ restituit. Illa grati animi significationem in cognatum adeò beneficum vicissim ostẽdere volens, cum nulla esset sobole fœcundata, eidem Duci Burgundiæ Philippo & suis successoribus hunc ipsum Ducatum Luxemburgensem, & Comitatum Chinesem vltro donatione irreuocabili contulit, in ea forma & conditione, quæ ei cõpetebat, vt nimirum vbi Vvenceslai Romanorum Regis posteri summã dictæ Elyzabethæ loco dotis addictam, prout præfertur, numerauerint, eisdem per ipsum Philippum Ducem, aut eius in dictis Ducatu & Comitatu successorem, citra tergiuersationem illi restituantur, atque interim ipsa quoad viueret, ratione huius cessionis decem milium florenorum pentionẽ in singulos annos perciperet. Obijt porro ipsa Ducissa Anno 1437.

Ducatus Luxemburg. datur Burgund. D. ab Elizabetha Gorlitia.

Mors Hocrlitia.

Hæc igitur via, & ratio fuit qua Philippus Burgundiæ Dux eiusque successores Dominium Luxemburgensis Ducatus, & comitatus Chinensis perceperunt. Id autem cum adeò fœliciter ei obtigisse percepisset, inter cæteros Archipræsul Treuerensis, Metensis, itẽ Verdunensis, & Tullensis Episcopi, congratulandi gratia legatos suos cũ muneribus ad eum distinarunt, prospera illi, de cætero omnia in futurum exoptantes.

Episc. Treu. Metens. & Verdun. ac Tullēs. mittũt Legatos ad Burgun.

His ita constitutis Philippus Dux filium suum Cornelium Ducatui Luxemburgensi Gubernatorẽ dedit, qui sese tali designabat titulo: *Corneille Bastard de Bourgogne, lieutenant, Gouuerneur & Capitaine general du Duchie de luxembourg & conte de Chiny.* Verum cum huius operam admodum desideraret Dux, eundem ad se reuocauit, eiusque loco Anthonium à Croio substituit, cui eiusmodi adaptabatur titulus: *Anthoine S: de Croye Conte de Porcien et Seigneur de Renty Chamberlain de mon tresdoubte Monsieur Le Ducq de Bourgoinge & son Lieutenant, Gouuerneur & Capitaine general es Duchie de Luxebourch & Conte de Chiny.* Fuerunt autem successiue Philippo Duci duæ vxores, prior Michaela Caroli sexti francorum Regis extitit filia, altera vero Isabella Regem Lusitaniæ habuit patrem, peperitque marito filios tres, Anthonium, Iodocum, & Carolum, quorum postremus tantum, reliquis in pueritia è vita præsenti eductis, vitam in longius protraxit.

Cornelius Gubernat. Luxemb.

Antonius à Croio Gubernator Luxemb.

Philip. Burgund ducis coniuges et liberi.

Sanctus Anthonius Archiepiscopus florentinus, Ioannes Turrecremata Cardinalis, Ioannes Indagmæus Carthusianus Theologi florent.

Viri celebres.

Anno 1467. Philippus dux annum ætatis habens septuagesimum tertium Brugis in Flandria e viuis excessit, atque corpus eius indè Hallas Hannoniæ oppidulum deuectum in Diuæ virginis tẽplo terræ reconditum est, cor verò eius aromatibus conditum, Diuionum detulerunt, & in Carthusia (ab eo viuente fundata) cum debito honore, loculis absconderunt.

Philippus Dux Brugis moritur.

Carol. Dux Luxemb.

Hinc filius eius vnicus Carolus prælibatus Ducatus & Comitatus prædictorũ fasces titulo oppignoratitio (vti pater) adeptus est, vxoresq́ue ternas thalamo suo induxit quarum prima Catharina vocabulo Caroli septimi francorum Regis gnata absque liberis mortem obijt, altera Isabella dicta Borbonij Ducis filia, filiam illi vnicam nomine Mariam peperit: At tertia Catharina Regis Angliæ soror, quemadmodum prima infœcunda ex hac mortalitate migrauit.

Vxores Caroli ac liberi.

Maria vnica Caroli heres.

Dux iste Carolus agnomine Audax, cum rarenter partes Luxemburgenses per se incoleret, ijs Marchionem de Retteleis & Hoegenbergh in Gubernatorem constituit, Interea verò cum graues querimonias à Sigismundi hæredibus propter Ducatus Luxemburgensis, quem Iuris sui esse contendebant, detentionem sustineret, vt eiusmodi sese extricaret clamoribus, finéque omnis ea altercatio acciperet, aliquot florenorum millium summam dictis hæredibus numerari fecit, ea conditione, vt iuri ad redimendum à dicto Carolo, & suis successoribus Ducatum, quò eatenus fuerant gauisi, renũciarent, atque Burgundis ipsis non iam impignoratitio titulo, sed Iure hæreditario tanquam veris, & absolutis Dominis ipse Ducatus in posterum cederet. Quod & pacto inter partes solemniter inito ratum, fixum, & confirmatum est.

Marchio de Retteleis et Hegiberg Guberna. Luxemb.

Burgundus Iure hæreditario fit Dux Luxemb.

Etsi verò Carolus Dux Religionis auitæ cultor esset plurimum deuotus, atquè Ecclesiarum benefactor satis liberalis, fuit tamen multorum iudicio, ad retaliandum propensior & nimium iracundo ingenio, atquè ideò bellum suscepisse aiunt eum non rarò in vicinos Principes, ac populos ex causis nõ omnimode probandis & legitimis. Hinc ab eo Leodiẽses & alij grauiter fuerunt infestati. Ludouicũ etiam Galliæ Regem vndecimum bello acerrimo diuexauit, Reinhardum Lotharingiæ Ducem principatu expulit, indè tamen in Heluetiã ducens, aliter quã putarat exceptus, primum apud Gransonem collatis signis fugatus, & castris exutus est, spolijs opimis relictis; reuertens deindè cum centum millibus ad locum Murtẽsem amissis suorum triginta millibus, iterum profligatus est. Anno 1476. tertio apud Nanceam Lotharingiæ, quo profectæ erant Heluetiorum octo millium auxiliares copiæ cæsus est, Eius tum monile ingentis pretij, quo adamas gemma prægrandis auro in emblemate multis vnionibus & margaritis cincta continebatur, Heluetius quidam repertum vendidit aureo floreno: alter itidem Heluetius aureum illius torquem aurei velleris augustissimum apud Nanceam ex spolijs nactus, vt carius eũ venderet, Mediolanum trans alpes pertulit, pro quo acceptis duobus aureis dominum contentus repetijt.

Carol. Dux notatur.

Moritur Carol. dux ante Nanceum.

Treuerim dum idem Carolus ad Imperatorem, vice quadam splendidissimo apparatu venisset, regium ambiuit nomen, quod nulla potuit instantia obtinere.

Carol. Regium ambit nomen.

Carolo igitur Burgundo rebus humanis (vti prænarratur exempto,) Principes vicini, scilicet Ludouicus Borbonius Leodiensium Episcopus, Dauid Burgundus Vltraiectensium Antistes, Ioannes Cliuiæ Dux, Adolphus Dominus in Rauestein, Vna cum alijs plerisque summæ auctoritatis viris, consensu vnanimi Gandauum versus profecti sunt, cum vt Mariam Caroli eiusdem filiam super patris exitio consolarentur, tum verò vt de publicis patriæ negotijs cum ea tractarent.

Maria Caroli filia hæres in duca-

Inte-

Interea a Flandriæ Proceribus: necnon populo vniuerso vnica, ac legitima in eo Comitatu hæres patris, Domina ac Comitissa Flandriæ cum omnium acclamatione declarata. Quæ in se grato subditorum affectu permota, necnon Principum prælibatorum suasu inducta, priuilegia dicto Comitatui, & inquilinis restituit, quæ ipsis pater eius dum viueret, ademerat. Extitisse id temporis Regi Frāciæ familiarem præceteris intimum Oliuiarium nomine, tonsorem regium ferūt, qui ad Mariam Gandauum à Rege ablegatus, vt ei priuatim remotis arbitris loqueretur, post dies aliquot perfungendæ legationis copiam sibi postulauit; sed cum nulla ratione obtinere posset suæ petitionis effectum audiretque minimè esse consuetudinis, vt quis virorum præsertim externorum solus cum sola tantæ maiestatis puella colloquium miscere permitteretur, tandem ipse negationis sibi factæ pertæsus, ludibrio, & minis (nisi à proposito desistat) affectus, re infecta cum rubore vndè venerat, redijt.

tu Luxem. declaratur

Rex Frācia legatū mittit ad Mariā Flādria Comitissam

Cum verò huic Mariæ ingens bonorum hæreditariorum successio competeret, plurimorum Principum oculi ad eius coniugium expetendum erant intenti. Hos inter Cliuiæ Dux, ætate grauis, filium suum vinculum coniugale cum ea contrahere maximè cupiebat, alij Regis filium licet septennem præferendum aiebant; ex Anglia alij sponsum asciscendum volebant; nonnulli autem Maximilianum Austriacum Frederici Cæsaris filium omnibus anteponendum affirmabant. Quid plura? Inter has opinionum diuersitates, cum quid facto opportunius esset dubitaretur, nobilis quædam Mariæ domestica, & admodum grata matrona sententiam suam eiusmodi contestata est: Expedire omninò, vt non puer aliquis, & ad copulam immaturus in contheralem suæ Dominæ assumeretur, sed talis omninò qui & ad consummandum matrimonium, & ad prolem generandam, rem vtique illis prouincijs pernecessariam, aptus esset, quandoquidem & ipsa Domina Maria ea esset annorum maturitate, vt ad eam functionem nihil omninò ei deesse arbitraretur. Quæ istius matronæ verba omnibus adeò placuere, vt rejectis omnibus, qui ob ætatis defectum ad mariti munia, & reipublicæ administrandæ Prouinciam obeundam censerentur inepti, hominem potius virilis ætatis, corporis simul, & animi maturitate pollentem Mariæ maritum fieri debere proclamarent.

Plurimi Mariæ Comitissæ coniugium ambiunt.

Insigne consilium mulieris.

Dux igitur Cliuiæ conditionem adeò opimam & sublimem, filio suo perquam auidè exoptans, omnem mouit lapidem, vt suo potiri posset desiderio. Tandem eius in nihilum abiuit sollicitudo, declarante nimirum ipsa Maria eiusmodi sese nullatenus inituram coniugium. Dum verò Austriacus Maximilianus sibi proponeretur meminissetque patrem suum dum viueret cum Imperatore Frederico eius parente, eodem de negotio alias, id est Anno 1474. tractasse Treuiris in Comitijs, imò & sese super hac re ipsi Maximiliano literas consensus sui testificatorias iussu patris olim destinasse, ipsius Frederici Cæsaris legatos eam ob causam Gandauum aduenientes placidè admisit, & se promissis pridem editis stare velle contestata est. Hanc eius dum magno applausu percepissent voluntatem legati Cæsaris, ad Dominum suum regressi, ei itineris totum exposuere processum, & exitum; quo ipse Maximilianus audito, circa Diui Ioannis festum, sumptis secū

Maria Flādriæ Comitissa Maximiliano Cæsaris filio nubit.

præter

præter suorum & Cæsaris aulicorum nobiliumque, ac militum copiosam multitudinem Principibus & Proceribus imperij maximis & plurimis. Duce scilicet Saxoniæ, Marchionibus Brandenburgensi, & Badensi, Lantgrauio Hassiæ & alijs, in Belgium profectionem adornauit, & per Bruxellas, nec non Teneramundam, aliaque loca (vbi honorificentissimé, prout decebat exceptus & habitus est) Gandauum perueniens, primo quidem hospitio sibi præparato susceptus est, qua autem id magnificentia, & apparatu gestum sit, meæ opis non est vel tenuiter enarrare, Eius autem comites sparsim per vrbem præfatam hospitia iuxta status vniuscuiusque exigentiam sortiti sunt: vt autem tempus præstitutum inuicem conueniendi aduenit, ad Mariæ palatium finita cœna maximo cum splendore, & comitatu nobilissimum deductus est Maximilianus; vbi ipsam vna cum Tornacensi Episcopo, Comitibus de Rauensteim, Gruyhuijs & Romont, alijsque magnis viris inuenit. Cum verò salutationem mutuo, prout decebat, impendissent, accedens Tornacensis Episcopus, ambobus in vicinam aulam deductis, & dextris eorum iunctis, siue combinatis, ac stola sacra colligatis, solemni ritu matrimonium ab ijs initum per verba Ecclesiæ confirmauit, & ex tunc in vnum eundemque thorum sociati sunt. Prodierunt autem ex hoc connubiali thalamo liberi, Philippus, Margaretha, Franciscus & Georgius. Quorum duo postremi obiêre paruuli. Ipsa autem Maria dum quadriennium tantummodò a contracto matrimonio exegisset, è viuis excessit. Quæ res, cum virtute præstanti, elegantique forma fuisset mulier, plurimum mœroris cum ipsi Maximiliano eius marito, tum subditis suis, quibus semper gratissima extiterat Princeps, attulit.

Maximil. & Maria conueniunt.

Solenni ritu ab Episcop. Tornacen. coniunguntur.

Maria Flandriæ comitissa moritur.

Anno 1485. postulante, & annuente Frederico Cæsare, Maximilianus eiusdem vnicus filius Belgicarum Prouinciarum Iure vxorio Princeps, ac Dominus à septem viris in Romanorum Regem est electus, necnon Blancham Galeatij, Ducis Mediolanensis filiam cōnubiali fœdere sibi sociauit; Anno verò 1493. cum humanis rebus 19. Augusti Fredericus Imperator excessisset Maximilianus iste filius in eius locum suffectus est, qui Ducatui Luxemburgensi nepotem suum Christophorum Marchionem Badensem præfixit.

Maximil. Rex Roma. & paulo post imper. Christoph. Marchio Badensis Gubernator Luxembur.

Angelus Politianus, Gabriel Beil, Ioannes Picus Mirandula, Baptista Mantuanus Raphael Volateranus, Ioannes Trithemius Abbas, & alij viri eruditissimi celebres habentur, & simul Laurentius valla Lutheri prodromus.

Imperator Maximilianus post variam fortunam in adolescentia expertam magnanimitate, prudentia, & in Deum confidentia clarus effectus, bello Belgas rebellare conantes, vngaros, & Heluetios tentauit, a Brugis in perduellionis sibi a ciuibus loci illatæ pœnam, mercium emporium toto orbe celeberrimum Antuerpiam transtulit. Rupertum Palatinum comitem fortunis omnibus priuatum in Bauaria fudit. Inde Geldriæ Duce in ordinem redacto, fœdere cum Pontifice & Gallo icto in Venetos exercitum duxit, quibus plerasquè ciuitates ademit, præcipue Veronam Paduam, Teruisium Iulij Cæsaris exemplo suas ipse res gestas descripsit. Imperauit annos viginti quinquè, Menses quatuor, dies viginti quinquè, mortuus Vuelsiæ in Austria 1519. 12. Ianuaij.

Imperator. Maximil. egregia facta.

Maximil. Imperator è viuis excessit.

Huius primogenitus Archidux Philippus, Regis Nauarræ filiæ fidem addicit maritalem,

ritalem, quæ ex Hispanijs Lyram Brabantiæ vrbem peruecta, in Principis thalamum inducta nuptias cum eo apparatu planè Regio celebrauit; ex quorum complexu prodiêre liberi.†Carolus postea Imperator eius nominis quintus, Ferdinandus itidem Romanorum Imperator, Leonora Emanuelis Regis Portugalliæ vxor, Isabella Regis Daniæ sponsa, Maria Regis Hungariæ coniunx, & Catharina Ioannis Regis Lusitaniæ conthoralis.

Philip. Maximil. filius Regis Navarræ filiā in vxorem ducit.

Horum primogenitus Carolus octodecim Menses natus Gandaui baptismi gratiam suscepit, ac simul aureo decoratus vellere Carolus, Duxque Luxemburgensis est nuncupatus.

†Carolus quintus dictus dux Luxē fuit in Baptismo.

† Martinus Lutherus Islebinus, homo Aquilonaris,nouum,seu quintum suum Euāgeliū primo promit Anno 1517.in Saxonia: Cū enim esset Augustinianus Monachus eruditione inflatus,egrè ferens sibi ad promulgandas Indulgentias Ioannem Tetzelium concionatorem percelebrem esse prælatum, vt erat animi impotens, admirator sui ipsius,lingua petulans,& sermone per omnia obscœnus,stylum contra ipsas indulgentias initio vertit; tum progressus vlterius, sub prætextu Euangelij, & verbi Dei, quod identidem ingeminabat, plura fidei dogmata oppugnauit. Nec antè destitit, quam sursum deorsumque omnia miscendo, Germaniæ magna ex parte Ecclesias subuertit. Euangelistam se Dei palam venditabat,indicio tamen aut signo non alio, quam scripturæ deprauatæ iactantia, & insolentia intollerabili, quam suprà mortales vniuersos,supraque cælorum Angelos efferebat, ait enim in hæc verba libro aduersus statum Ecclesiasticorum: *Doctrinam meam ego nolo iudicari à quocunque, nec ab angelis omnibus, cum enim certus de ea sim, volo per eam, & vester & Angelorum iudex esse*. Et libro contra Regem Angliæ: *hic sto inquit, hic sedeo, hic maneo, hic glorior, hic triumpho,hic insulto Papistis, & nihil curo si mille Augustini, Mille Cypriani, mille Ecclesiæ Henricianæ contra me starent.*

†Martinus Lutherus ab Ecclesia Catholica recedit.

Verba insensata Lutheri.

Amita Caroli(postmodum eius nominis quinti Cæsaris)Margaretha Christophoro Badensi prælibato Ducatum Luxemburgen. titulo impugnoratitio occupanti, summam Maximiliano Cæsari mutuo datam restituit, eiusque administrationem Marchioni de Monte deinceps commisit.

Marchio von den Berg *Guber. Luxēb.*

Carolus porrò Maximiliani nepos,Philippi Austrij Hispaniæ Regis filius, sexto inter regni Mense, 28. Iunij Anno ætatis 19. Imperator electus, sequenti Anno Aquisgrani coronatus,nec non Isabellæ Portugalliæ Regis filiæ matrimoniali vinculo copulatus est:vndè temporis successu proles suscepit, Philippum, Ferdinandum, Mariam, Maximiliani secundi Imperatoris vxorem, & Ioannam, Ioannis quarti Lusitaniæ Regis sponsam,Deinde anno 1530. Bononiæ à Clemente septimo Pontifice diademate Romano inauguratus, rerum gestrarum, virtutisque gloria magnus, animo excelso, par priscis Romanis, pietate, clementia,sapientia, fortitudine, æquitate nulli secundus, expeditiones varias, grauesque è Germania in Italiam, Angliam, Hispaniam Galliam, Belgium, Africam pro temporum ratione terrâ marique suscepit; primus ipse vbique belli Dux,præclaras de Turcis,Gallis, & Germanis rebellibus reportauit victorias Turcam Viennam obsidentem Anno 1529. absens tum in Hispania per Fredericū Palatinū repulit cæsis octoginta milibus barbarorum:ac redeuntem cum quingentorum millium exercitu,solo nominis me-

Carolus V. Philip. Hispaniæ Regis filius Imperator designatur

Caroli Imperatoris gesta præclara.

nis metu iterum repressit; In Africa munitissimam arcem Guletam, & Tunisium Regnum cœpit, Romamque in reditu cum triumpho ingressus est. Traiecto iterum mari Algerium tentauit, verum tempestatis vi prohibitis per Proregem Neapolitanum postea Aphrodisium occupauit. Decertauit porrò contra protestantes Germaniæ Principes, Lutheri dogmate excitatos, quos (quum seruare, quā perdere ciues mallet) cunctādo potius, & parcendo, quā cæde vicit, licet copijs viribusque longè superiores; recepitque in gratiam Fredericum Palatinum, Ducem wirtenbergicum: vtrasque Vlmam, Augustam, Argentinam, aliasque nobiles ciuitates, per seueratibus verò obstinato in bello Saxoniæ Duci Ioanni Friderico, & Landgrauio Hessiæ, victis, fusisque prælio, & captis vitam donauit. Huiusmodi in rebus dexterè cum infidelibus ac hæreticis gerendis, impedimenti plurimum illi perpetuò obiecit Franciscus Galliæ Rex, magnanimus ille quidem, sed æmulus gloriæ importunus, contentione inauspicato suscepta, summoque cum dispendio rerum Christianorum. Vndè illa inter vtrumque optimatem Christianum bella apud Mediolanum & in Gallia Cisalpina, in Belgio, in Prouincia Neapoli; hinc classem Carolo in Africam transferente, Gallorum infestæ irruptiones in Hispaniam, Luxemburgum, in Picardiam, Insubriam, & in Brabantiam, vndè tamen breui reiecti sunt; & Dux Gelriæ atque Cliuiæ ob præstitam Gallo opem fortunis omnibus exutus: Hinc etiam profectus est succedentis Henrici secundi Galliæ Regis; dum Mauritius Saxo Imperatorem armis lacesseret, in Germaniam cum ingenti manu aduentus, qui simul atque occupasset ciuitatem Metensem, inuitatus protestantium motibus, sese Germanicæ libertatis vindicem dixit; maiore profectò Gallorum incommodo, qui hac ratione viam ijsdem protestantibus monstrarunt in Galliam succedente tempore, pari cum Gallici Regni dispendio irrumpendi; cum interea Caroli nomen tam non obscuraretur, quam summè illustraretur, non solum his aduersis propulsandis, & veteri Romanorum orbe plurimis victorijs exornando, verumetiam nouo orbe perlustrando, & ad Christi Regis Regum solum imperium adducendo: vbi per Duces, & legatos multa præclare perfecit, infideles & barbaras gẽtes latè subiugauit: Arces & Oppida extitauit; quibus Proreges duos Australibus & Borealibus singulos præfecit. Toto itaque terrarum orbe cum clarissimus celebraretur, legatis ad eum ex Africa Maurorum & Aethyopum, ex Asia Persarum & Tartarorum sæpe aduentantibus, Turco ingentem terrorem sui incussit, venerantibus eum, ac prædicantibus vt Monarcham vniuersis. His nihilominus districtum curis, religionis amor semper captum tenebat, insumentem perpetuo manè & vesperi horas aliquot precationibus, & commendationibus diuinis, ac persoluentem quotidiè septenas precum, laudumque horas, Dauidis Regis exemplo. Postremò Imperij sceptris fratri Ferdinando permissis, in Philippum autem filium suum resignatis possessionibus à se bello patrimonioque partis, in Monasterium Sancti Iusti in Hispania Toletanæ diœcesis cōcessit, vbi ablegatis curis omnibus, totum se diuini amoris exercitijs & pœnitentiæ mancipauit, migrauitque ad Dominum S. Matthæi festo, ætatis suæ Anno 58.

Protestātes Germ. ie ad bellū cōtra Carol. Imper. separant.

Saxon. dux & Landgr. Hessiæ capiuntur.

Dissidia & bella inter Carolū Imperator. & Franciscū Gall. Regē.

Carol. Imperator latissimè imperiū profert.

Carolus quintus Imperio cedit, ac in monasterium concessit.

Carolo quinto Imperio Romano præeminente, simul & successiuo tempore Theologi egregij qui ab initio Lutheri & sequentium motibus, se murum pro domo Is-

mo Israel opposuerunt, hi inter plurimos numerantur præcellentissimi. Thomas Caietanus Cardinalis, Laurentius Campegius Cardinalis, Hieronimus Alexander Archiepiscopus Brundeusinus. Hieronimus Gemitius Episcopus Asculanus, Syluester Pierio omnes ordine Apostolici legati ad Lutherū: Ad hæc Ioānes Eckius athleta fidei incōparabilis, Ambrosius Catarinus, Ioānes Cochlæus, Iacobus Citonius Ioannes Driedo. Bernardus Luxemburgius, Franciscus Titelmannus & alij Ignatius Loyola Hispanus per nouemdecim annos à prima conuersione vita sanctissimè acta, sacerdotum nominis Iesu societatem, piam illam, doctam, laborum patientem ac sinceram cum decem socijs incœptam Apostolica auctoritate confirmari à Pontifice curat Anno 1540. Cernens namque Dominus messis, quod messis esset multa, operarij pauci, misertus palātis turbæ, plures emittere operarios in messem suam voluit, per quos odorem notitiæ suæ manifestaret in omni loco, confirmaretque eam fidem, quam ab Apostolis acceptam Ecclesia confirmabat. Primi Ignatij fuere socij Petrus Faber. Franciscus Xauerius, Iacobus Laines, Alfonsus Salmeron, Simon Rodericus, Nicolaus Babadilla. Claudius Iaius, Ioannes Codurius Paschasius Proetus, & Hosius, quibus se ex germanis primus adiunxit Petrus Canisius. Reliquos hinc vsque ad præsens tempus in hac societate & extra illam præstantissimos vita, & sapientia viros, hæresum passim grassantium impugnatores acerrimos, cùm propè innumeri sint, prætereo.

Bernar. Luxemb. ordinis D. Dominic.

Ignatius Loyola initiator Patrū societatis Iesu.

Franciscus Xauerius.

Suffectus igitur Philippus in Carolis patris Regni & Dominijs amplissimis, simul cum reliquis Ducatus Luxemburgensis apicem obtinuit eiusque Gubernacula prius à patre, commissa Petro Ernesto Comiti in Mansfeldt eidem dimisit, quæ in hunc vsque diem summa cum laude, & famæ nunquam intermoritura gloria moderatur. Quem ob rerum tam bello, quam pace præclarè gestarum merita, Cæsar Rodolphus secundus Principatus titulo adauxit, & Rex Catholicus Philippus prælibatus totius Belgij mortuo Parmensi Duce administrationi generali præfecit, donec Cæsaris frater Ernestus Archidux Austriæ in id muneris Anno 1594. asciscceretur.

Petrus Ernestus Princeps & Comes in Mānsfeld Gubernat. Luxemb.

Sunt qui affirmare ausint scriptores minimè contemnendi, quod ab orbe condito nulli Imperatori, Regi, vel Principi maius Imperium contigerit vnquam, ex quo ipse Philippus secundus Hispaniarum, & Indiarum Regnis, dum viueret, potiebatur, maximè postquam Lusitaniæ amplissimū Regnum ei tandem adiectum esset. Amplissimas enim Europæ Prouincias, quin etiam nobilissimas Asiæ Regiones, & Africæ complectebatur. Nouum denique orbem, qui Europa, Africaque latius patet, pacificè possidebat, E quibus quidem omnibus si Belgium nostrum cum Burgundiæ, & Charrolois Comitatibus excipiamus (hæc enim vt paulo post enarrabimus Claræ Eugeniæ Isabellæ filiæ eius maiori in dotem & hæreditatem perpetuam obtigerunt) Philippus tertius superstes vnicus eius filius successit cui tituli omnes regnorum Principatuum, & quarumcunque possessionum pridem Patri suo excellissimæ memoriæ competentes etiam conueniunt, vt hic oculis lectoris subijciemus, Rex Castiliæ Legionum, Nauarræ, Neapolis, Siciliæ vtriusque Hierosolymorum, Portugalliæ, Granadæ, Toleti, Valenciæ, Galiciæ, Maioricæ, Siuillæ, Sardiniæ, Cordubæ. Corsiciæ Murciæ, Iaen, Algnarues, Algerijæ, Gribal-

Regis Philippi potentia.

Philip. tertius Rex omniū tēporū Potentissimus.

las Insularum Canariæ, Indorum tam orientalium quam occidentalium, Insularū terræ firmæ, & maris Ociani, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ Brabantiæ, Limburgij, Luxemburgij, Geldriæ, & Mediolanensis Comes Habsburgij, Flandriæ, Artesiæ, Burgundiæ, Palatinus, Hannoniæ, Zelandiæ, Hollandiæ Namurcensis, Zutphaniæ, Princeps Sauaniæ, Marchio sacri Imperij, Dominus Frisiæ Salinarum & Mechliniæ, Dominus Ciuitatum, Oppidorum, & Prouinciæ Vltraiectensis, Transisulanum & Groningæ, Dominator denique in Asia & Africa. Hi inquam tituli & nomina iure competentia vtrique Philippo secundo & tertio Regibus potentissimis, quorum prior & posterioris pater quatuor successiuè vxores sibi matrimoniali vinculo sociauit, Mariam videlicet Ioannis tertij Portugalliæ Regis filiam, vnde ei profluxit Carolus anno ætatis 19. absque liberis morte abreptus, Mariam Henrici octaui Regis Angliæ filiam, Regnique eius hæredem, quæ nulla prole fœcundata, vitæ huius vsura est priuata anno 1554. Deinde Elizabethā Valesiam Henrici secundi Franciæ Regis filiam in conthoralem Philippus Rex accepit, ex qua filias duas procreauit, priorem scilicet Isabellam Claram Eugeniam natam Anno 1566. 10. Augusti Archiduci Austriæ Alberto Imperatoris Maximiliani secundi filio, eidemque Cæsaris Rodolphi secundi fratri nuptui traditam, posteriorem vero Catharinā natam 10. octobris Madridij Anno 1567. Carolo Emanueli Sabaudie Duci Anno 1568. connubiali fœdere coniunctam. Quarū matre Anno 1569. defuncta, Rex quartam accepit vxorem, Annam Maximiliani prælibati Imperis filiam ex cuius geniali thalamo plures fluxêre filij, vtpote Ferdinandus pridie nonas Decembris 1571. in lucem editus, infansque extinctus, Iacobus siue Didacus eius frater, qui nonnennis obijt 11. Calend. Decemb. Carolus Laurentius infans defunctus eorum soror Maria septemnis è viuis abrepta, & horum omnium frater germanus Philippus natus Anno Domini 1578. nunc Regnorum paternorum sceptra obtinens, qui vt fæliciſſimè antecessorum suorum vestigijs insistens viuat ad annos Nestoreos, & Regia sua Maiestate in Ecclesiæ, Reique publicæ salutem vtatur, ardentibus & intimis precamur & optamus votis.

Philippi Hispaniarum Regis vxores & liberi

Isabella Eugenia.

Philippi II. Hispan. Regis egregij conatus.

Fuit autem Philippus secundus Hispaniarum Indiarum, & ter excelsæ memoriæ Rex, grauitate, eruditione, religione, sapientia eximius, cuius in id præcipuè studia & summi conatus iam indè à primo regiminis sui exordio vsque ad finem collimabant, vt religionis auitæ in vna Catholica & Apostolica fide, sub Romani Pontificis supremi in terris Christi Iesu Vicarij obedientia cultus vigeret, cresceret, conseruaretur. Qua ex re susceptis quamplurimis expeditionibus per diuersas orbis partes, varijs item temporum interuallis, & spacijs tum Paganis, & infidelibus, tum hæreticis bella intulit acerrima, in quibus Deo ipsi auxilium ferente, adeò prosperè egit, vt tantarum prout dixi euaderet regionum Dominus, nec vllus ab orbe condito ipsi fuerit, æquiparandus, Hæreticis tam in belgio sibi rebellibus, quā alibi grassantibus à Catholicis in auxilium vocatus semper fuit infestissimus, nec vllis vnquam parcendum sibi sumptibus duxit, si quando rei, & religionis Christianæ fuisset occasio. Cum igitur adeo amplis potitus sit diuitijs, & has easdem liberalissimè eum in vsum semper expendere studuerit, quis dubitet hunc Regem primas inter sui sæculi catholicæ fidei propugnatores, & assertores

Hæreticis præcipuè infestus est.

obtinu-

obtinuisse? Et certè si id quod sentio proferre liceat, dico quod si ipse tam puro & feruenti zelo Christianæ Religionis causam minimè suscepisset defendendam, nescio an in hiscè alijsque diuersis partib. Christi in vera & Apostolica fide cultus vestigium existeret, Sed Deo Optimo Maximo, imprimis acceptum referre oportet, quod in grauissimis, quibus Ecclesia agitata fuit periculis, hic præstantissimus eius propugnator nobis cōtigerit, qui omniū hæresum (nostro sęculo valde multipliciū) aliorumque errorum atque totius perfidiæ & infidelitatis persecutor acerrimus extitit.

Acerrimus est fidei Catholicæ propugnator.

Hic idem Philippus secundus Rex potentissimus senio cū se confectum exacto ætatis suæ anno septuagesimo conspiceret, indeque sese ad res gerendas indies fieri minus idoneum existimaret, Deo deinceps, & sibi viuere reliquo tempore intendens, de abdicanda à se omni sęculari cura cogitare cœpit, priusquam mortis certæ hora illum præoccuparet incerta: quo scilicet in luctu pro peccatis suis, & pietate in Deum feruentiori, peractis, qui ei ad operandum restabant vitæ mortalis diebus, diuinam misericordiam, gratiam denique & gloriæ immortalitatem confidentius expectare posset: tum etiam, vt cunctis (circa res sibi à Deo concreditas) ritè dispositis, eisdem in futurum quoad fieri posset, foret prospectum, Corpore igitur nihil adhuc impedimenti per alicuius morbi vehementiam afferente, sano itidem, ac presenti animo, habita præmeditatione rei tam arduæ necessaria, habito insuper Procerum suorum vbiuis gentium, quantum eius conficiendi negotijs exigebatur, consilio, & assensu Philippum filium suum vnicum instituit, & dixit omnium Regnorum suorum hæredem vniuersalem: filiam verò suam Isabellam Claram Eugeniam cui hæc tria nomina imposita esse voluit, quod mater eius Isabella nuncuparetur, quod die Sanctæ Claræ xi. Augusti in lucem producta fuerat, quodque D. Eugenio nouiter ex Parisijs ad Hispanias trāslato summa deuotione ipse Rex esset affectus hanc inquam Isabellam Claram Eugeniam Hispaniarum Infantem irreuocabili ac in perpetuum valitura traditione omnibus Belgij prouincijs, & Dominijs vna cū Burgundiæ & Charrelois Comitatibus Philippus Rex eius pater donauit atque dotauit, necnon assentiente Philippo filio, eiusmodi factum solemni ritu & firmissimis sacramentis ratum & inuiolabiliter fore declarauit; vtque hæc vim sortirentur, & effectum, nullis obnoxium cauillis, Principū insuper ipsius Belgij siue patriæ inferioris, ordinumque & statuum eiusdem expetitus & obtentus fuit assensus. Ea dote itaque Isabellæ Claræ, Eugeniæ Hispaniarum infanti firmiter constituta, sponsus præterea ei addictus est Albertus prælibatus Austriæ Archidux trium Imperatorum respectiuè Nepos, filius, & frater; qui Cardinalatu & Archiepiscopatu Toletano, eodemque primatu totius Hispaniæ Summi Pontificis permissu resignato, Matris suæ Imperatricis, pariterque fratris sui Cæsaris Rudolphi accedente consensu, matrimonij oblati conditionem lubēs acceptauit, priusquam verò nuptiarum per verba de præsenti dies celebris duceretur, dum adhuc Albertus ipse sub Gubernatoris generalis titulo Belgicas administraret prouincias, procuratorio à sua futura sponsa super hoc accepto, eius nomine dictarum Prouinciarum, Ditionumque Belgicarum, simulque Burgundiæ & Charrelois Comitatuum realem, & corporalem apprehendit possessionem: absotis an-

Philip. Hispaniarum Rex Regno se abdicat.

Monasticā vitam amplectitur.

Philippum filium suum regni hæredem instituit.

Isabel filiæ suæ dotis nomine vniuersas Belgij Prouincias donat.

Albert Archidux Austria Isabellā ducit in matrimonium.

Albert. nomine sponsæ.

Iuris antea per Regem Philippum quibuscunque in dictis prouincijs vtriusque status Principibus, Episcopis scilicet, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Abbatibus præiatisque alijs, Baronibus, Equitibus Nobilibus Gubernatoribus, item Præpositis, Capitaneis, Iudicibus, Consiliarijs, Ciuibus, & omnibus ad vnum cuiuscumque nominis & dignitatis subditis à Iuramento obedientiæ & subiectionis, quo illi eatenus fuerant obstricti; ac consequenter ipsam deinceps Isabellam, Claram, Engeniam, in suam veram propriam, & naturalem Dominam suscipientibus admittentibus, & recognoscentibus, Iuramentique fidelitatis, obedientiæ, & subiectionis, eò sese astringentibus circa mensis Augusti finem Anno 1598.

Andreas Cardinalis Austr. Albertus in Hispan. iter suscipit. Hinc Archidux Albertus cognato suo Andreæ Cardinali Austriaco aministratione Prouinciarum prædictarum commissa profectionem suscepit suæ spôsæ accipiendi gratia in Hispaniã versus & decima quarta Septemb. Luxemburg. veniens, per Lotharingiæ partes, à Duce, & suis magnificè exceptus Germaniã petijt, quatenus indè Serenissimã Catharinam Caroli quôdam Archiducis Austriæ filiam, Regi Philippo tertio vxorem futuram secum abduceret. Hoc verò tam prolixo itinere quanto fuerint splendore, apparatu, ac magnificẽtia à diuersis Germaniæ Principibus, per quorum terras transeundum fuit, præsertim Palatino Comite Electore, Duce Vvittembergensi, Duce Bauariæ excepti, enarrare nec meæ opis est, nec instituti, cum hoc abundè factitatum à præclaris non ignorem scriptoribus, & tantum obiter historiam Luxemburgensium Principum contexere proposuerim. *In Italiam venit cum Catharina Philippi Regis futura sponsa.* Relicta porrò Germania, Italiam ingressus, effatu impossibile reor, quam splendido apparatu, & sumptibus exquisitissimis inter cæteros Dux Mantuæ eos cum comitatu suo honorarit, à quo & decem integros dies liberaliter, & magnificè tractati fuerunt. Pontum de lacu obscuro dum attigissent, à Cardinalibus Illustrissimis Aldobrandino, & S. Clementis, multisque alijs summæ dignitatis viris, ac Principibus Regina futura, honorificentissimè fuit, decenti que ritu consalutata, ac ipsis Cardinalibus nomine S. D. N. Clementis eius nominis octauj Pontificis Maximi Carocha auro, gemmisque præfulgida, multũquè pretiosa, & miro artificio fabricata ei extitit dono oblata. *Honorificentissimè à summo Põtifice suscipiuntur. Exosculantur summi Pontificis pedes.* Vt autem ad Palatium vbi Summus Pontifex erat, peruenerunt, Regina futura vna cum matre sua, & Alberto Archiduce eius sanda lia humilitate christiana exosculati sunt. Sequenti vero dominica die decimaquinta nouemb. in Pontificis Maximi, plurimorum item Cardinaliũ, & Principum aliorum frequenti consessu lectum fuit, clara voce, procuratorium, quo Rex Hispaniarum Philippus tertius desponsandi vice sua, Serenissimam Catharinam prælibatam munus committebat, Statimque dum sese in eiusmodi connubium consentire fassa esset ipsa Serenissima Catharina, Summus Pontifex cõtractum inter eas partes matrimonium solemni data benedictione ratificauit, atque exindè tanquam Regis vera, ac legitima coniunx Serenissima Catharina, Reginæ Hispaniarum & c. nomen est sortita. *Rex absens & Regina præsens à summo Põtifice coniũguntur.* Tum cantatus Melodia musicali fuit psalmus, Beati omnes qui timent dominum; qui ambulant in vijs suis.

Cumquè hoc modò inter Regem absentem, & Reginam præsentem verum coaluisset matrimonium, secedente illa ad insigne tabernaculum sibi eo loco paratum remansit Archidux Albertus ante suæ Sanctitatis conspectum, vt ipse nõ iam vicario ne

rio nomine, sed proprio matrimonium cum absente Serenissima Isabella Clara Eugenia Hispaniarum infante, necnon totius Belgij supremaDomina contraheret, Sessanus Dux tum iuxta constitutus procuratorium protulit, quo sibi hac in parte vices ipsius Serenissimæ sponsæ subeundas esse affirmabat, forma igitur sacramenti contrahentium de præsenti voluntatem designante vltrò citroquè expressa, eisdem quo prius in Regio connubio, cæremonijs, & verbis subiunxit Summus Pontifex preces & benedictionem Apostolicam, finito hinc missæ Sacrificio, magna cum pompa, & incredibili apparatu itum est ordine decenti ad locum Conuiuio seruando destinatum. Vbi reliquum diei hilari duxerunt animo, vultuque, Petita postmodum acceptaque suæ Sanctitatis benedictione, & recedendi potestate, eo vnde venerant regredientes Regina & Archidux cum splendidissimo numerosoq; comitatu Mantuam vigesima eiusdem Mensis contingunt, & à Duce non minori quam prius magnificentia, & congratulatione ob celebratas nuptias suscepti fuere, & habiti duobus diebus, quibus exactis cœpto pergentes itinere, Cremonam 25. Mensis appulerunt; excepti similiter maxima cum magnificentia, vt & deindè Londinum attingentes: dum verò Mediolanum cõtigissent, dici non potest quanta pompa, splendore, necnon apparatu, tormentorum bellicorum fragore, honorisque exhibitione Regina fuerit suscepta, ac denique solemniter & honorificè ad Metropolitanam Ecclesiam deducta vbi canticum *Te deum laudamus* (cuius cũ Diuo Augustino auctor extitit D. Ambrosius Mediolanensium Antistes) Musici arte miranda omnibus præ gaudio stupentibus cantatum fuit. Hic dum dies aliquot exegissent in Hispaniam nauigaturi, mari sese commiserunt, & quanquam id non sine ingenti periculo, Deo tamen benigno fluctus freti mitigante omnem difficultatem superarunt. In portum igitur Hispaniæ Rosas dictum, mari trãsmissi delati, mox cursorem inde ad Regem, Valentiæ agentem, direxerunt, qui lætum de Reginæ aduentu nuntium suæ maiestati perferret, Lætus admodũm, vt par erat istiusmodi nuntio, Rex, nihil negligendum ratus, quod ad condecentem Reginæ exceptionem opportunum foret, Principes omnes Proceresque, & alios præ manibus constitutos præsto esse voluit, partim vt Reginæ obuiam procederent, atque ad suum inducerent thalamum, partim vt sibi eam excipienti congruo cum splendore assisterent. Veruntamẽ, cum id temporis festa paschalia immineret, & Christianus populus in Christi seruatoris nostri passione amarissima deuotis officijs recolendo versaretur, non putauit Rex Catholicissimus sic carni & sanguini acquiescendum, quin omnium bonorum auctori & salutis humanæ vindici Iesu gratus in primis exhibendus foret animus, vnde & placuit Regi ad Reginæ cubile non accedere, donec Domino Deo vniuersorum pro posse humanæ fragilitatis Christianis & pijs officijs esset satisfactum. Transactis itaque passionis & resurrectionis Christi Iesu celebritatibus, Regij coniuges inuicem eodem conuenêre thalamo, nuptiæque ingenti cum omnium lætitia, splendore, & magnificentia incredibili ductæ fuerunt celebres, indeque post dierum aliquot curriculum Rex & Regina valedicto sorori suæ Serenissimæ Isabellæ Claræ Eugeniæ, nec non recenti eius marito Serenissimo Alberto Archiduci, iter Madridum versus arripuerunt: Hi verò mari conscenso & fausta nauigatione traiecto per Burgundiam in

Hessã dux vices obit Isabellæ Hispaniæ regis filiæ. Albertus præsens & Isabella absens, à summo Pontifice matrimonio sociantur.

Cremonam appellit.

Nauigatur in Hispaniam.

Rex Philippus sponsæ suæ obuiam procedit.

Animaduerte Lector insignem huius Regis pietatem.

Nuptiæ magnifico apparatu celebrantur.

Archidux cũ suã vxorem Belgium venit.

Belgium deuenerant, quo in itinere dum singulas Ciuitates,& oppida præterirét nihil omisêre locorum incolæ,siue maiores siue infimos spectes, quod ad honoré nouæ suæ Dominæ ac supremæ Principi exhibendum, & ingentem animi,ob eius aduentum lætitiam demonstrandam facere posse putabant. Hinc igitur per campos; vrbiumque Mœnia,& ciuitates equitantium armatorum innumere phalanges; hinc tormentorum, bombardarum item, & omnis generis apparatuum bellicorum crepitus, fragor: nobilium præterea, Ciuium, & aliorum subditorum cuiusque pro sua qualitate in habitu militari, & alijs modis ostentatio; Sed nec Ecclesiastici status viri suo defuêre muneri,occurrentibus nimirum in habitu Pontificali aut alio decenti,per loca diuersa prælatis,& notæ inferioris Sacerdotibus, Principibus suis,longè clementissimis.Emenso tandem fœliciter itinere suscepto Bruxellam Brabantiæ Nobilissimum oppidum totius istius peregrinationis scopũ pertingentes ab omnibus tum summatibus,tum infimatibus, vtriusque etiam sexus, & cuiusuis ætatis hominibus,prout vnumquemq; decebat triumpho plusquã credi potest magnifico, & cæremonijs summam lætitiam & honorem euidenter designantibus fuêre excepti;& tum ipsam Serenissimam Isabellam Claram Eugeniam Hispaniarum Infantem, supremam, veram, legitimamque ac naturalem Inferioris Germaniæ, siuè Belgicarum prouinciarum, Comitatuumque Burgundici & Charrelois Dominam & Principem esse, & vna cũ Serenissimo coniuge Alberto Archiduce ea omnia eo nomine vendicare possidereque debere, omnes quorũ intererat acclamârũt,& professi sunt. Concedat Deus Optimus Maximus, per diuinam suam inexhaustam misericordiam,dictis Serenissimis Alberto & Isabellæ Archiducibus coniugibus, supremis Belgicarum ditionum Principibus prole fœcundatos, optata ea mentis & corporis sospitate perfrui, itemque virtutum ornatu fulgere, nec non potentia, & viribus ad annos valere quamplurimos, vndè domitis ac in ordinem redactis, & subactis rebellibus, honoris, gloriæ & laudis indies accrescat ipsis apud mortales gloria, & apud cælestes fauor & meritũ: vtque eorum auspicijs, & fausto amplissimarum, nobilissimarumque istarum Prouinciarum administratione subditi longissimis, iam bellorum malis& tumultibus affecti, vitam tranquillam in Dei obsequio, & Principum suorum Serenissimorum famulatu degere possint, & simul cum eis immortalitatis coronam à bonorum remuneratore Deo exspectare, & percipere valeant Amen.

Incredibili eũm pompa ab subditis excipiũtur

Bruxellas veniunt.

Isabella cũ marito suo Archiduce, totius Belgij domina à subditis agnoscitur


Ducatus Luxemb. ad Albertũ Archiducẽ trãsfertur.

Ducatu igitur Luxemburgensi vnâ cum cæteris Belgij prouincijs eò,vt præhabitum est modò,in Serenissimam Isabellam Claram Eugeniam à patre Philippo secundo magno Rege, filij Philippi tertij moderni consensu, nec non procerum, & omniũ tã in Hispanijs,quam Belgio,quorum interesse poterat consilio,& assensu, dotis nomine in perpetuum dominum translato, Serenissimus Albertus Archidux Austriæ eius maritus vxorio iure Dux Luxemburgensis effectus., in ordine Principum à Luxemburgo titulum ac nomen ducentium,postquam Comitatus ac deinde Ducatus præfulsit nuncupatione scilicet à Sigifrido primo Comite vicesimus quartus numeratur: aut si inter eos Iodocum Marchionem qui non tam per se separatim, quam VVenceslao Bohemiæ Regi eodem tempore associatus,ei Ducatum

natui principatus fuisse existimandus est. Serenissimus Albertus vicesimus quintus eo in numero constituetur, Quod vero ad innumeros alios ex eadem stirpe progenitos vtriusque sexus spectat, nec dicere quicquam in animo est, nec si vellé, maximèque conarer, id satis dignè præstare valerem, quippe quod numero vix finiantur, & pene per totum orbem Christianum dispersi, æquè cum longe remotis, & à nostra notitia alienis affinitatem & connubia iunxerint, atque cum propinquis, vt affirmare ausim vix inueniri sub sole Christianorum prosapiam vllam quæ hanc magnorum multorumque Principum propagine aut affinitate exuperet, petitis nimirum indè & acceptis ab omnibus penè pro diuersorum temporum statu, & personarum qualitate coniugibus. De principibus proindè Luxemburgensibus eorumque ortu, progressu, ac regimine ex professo tãtum dixisse sufficiat.



PRÆFATIO AVCTORIS AD LECTOREM.



CIENDVM quod Luxemburgensis Prouincia, Ducatus titulo insignis, uti amplissima est, & vix vlli reliquarum Belgij Prouinciarum in longitudine, latitudineque cedit; ita & quamplurima sinu suo complectitur egregia & perantiqua nobilitate conspicua dominia, quorum alia Ducatus, Marchionatus, Principatus siue Comitatus, alia Baronatus aut simplicis Dominij dignitate gaudent. De quibus sigillatim, quantum per sedulam inquisitionem noscere licuit, breuiter agere constitui.

DE ARLVNENSI MARCHIONATV.

Arlunensis Marchionatus.

CVM igitur cæteris, quæ adhuc nullam status pristini mutationem acceperunt, præstare videatur Arlunum, quod Marchionatus fulgens titulo, illius initium huius tractatuli sumendum existimaui, gradatim ad alia secundum quod res exigere videbitur, descensurus.

Arlunens oppidi situs & descriptio.

Situm habet Arlunū oppidū (quod Marchionatui isti denominationē tribuit) loco valde amœno, nonnihil præ circumiacente solo eleuatiori, agris fertilibus, pratis, sylvis, pascua, & alias vitæ cōmoditates abundè ministrantibus, perfruens, a Metropoli totius Ducatus Luxēburgici quatuor distās miliaribus, eāque ab orientali sui parte respiciēs: Ardennā verò ab occidua & septētrionali, & Lotharingia à meridie conterminā habens Castrum olim insigne in mōtis huius cacumine, quod quasi centrum oppidi existit, cernebatur, cuius modo ruinas, quę sufficienter antiqui eius status præstantiam testificantur vestigia licet intueri: antea quidem Comitatus tantum gaudebat titulo, cuius rei initium nequaquam reperire potui, at postmodum, circa Annum Domini videlicet 1103. ex comitatu in Marchiam siue Marchionatum extitit sublimatum. Hoc eodem loco priusquam incolæ Christo nomen dederent Idolorum seu potius dæmonum culturæ dediti, superstitione gentili singularem cultum Lunæ deferebant, cui & præstandem structura eleganti aram (cuius hodieque partes insignes extāt) erexēre à qua locus ipse Arluna quasi ara lunæ, communi omniū sententia nūcupatur, quanquam & Arlunum solito oppidorum more in neutro genere efferatur. habetque amplum satis dominium, cui inter cætera oppidulum vocabulo *Vertonum* includitur. Ad fidem porro Christianam tunc conuersi fuisse putantur Arlunenses, Deo misericorditer prouidente, quando B. Petrus Archiapostolus, summus Christi in terris vicarius tres Christi discipulos Eucharium, Valerium, & Maternū ex vrbe Roma Treuerim ablegauit, ubi quidem sancti præsules commisso sibi officio strenuè insistentes, non modo Treuirensibus

Incolæ gentilitia superstitione deam Lunā coluēre.

D. Petrus Archiapo.

& vi-

& vicinos ad multa miliaria distantes Euangelij Christi prædicatione, miraculorumque perpetratione ex Paganismo ad Christi religionem traduxerunt.

Contendebat olim Ius sibi in Arlunensi comitatu competere Archiepiscopus Treuirorum, quod Adela quondam Comitissa Henrici vidua (quæ vixit circa Annum Domini 1077) non vxorio testamento Ecclesiæ, sed proprio Iure comitatis Treuerensi eundem legasset, verum re penitius perpensa, & ad legum examen deducta, eiusmodi legationem nullis extitisse roboris, proximi ab intestato hære[des] [illegible]cerunt, ea nimirum ratione, quod penes ipsam Adelam non fuerit Marchionatus istius dominium alio causa mortis transferre, quod pridem extiterat, eius ex filio Walramo nepti Henrici Lymburgensis Comitis coniugi in dotem, & hæreditaria possessione addictū, ex quo & illud euenit quod Marchionatus iste ex [illegible] Luxenburgensi, Lymburgicū fieret, qui tamen tempore succedente in Luxenburgensium, vt antè, ius redijt.

Negotium porrò talem habuit decursum, vt Adelæ morte audita, Egibbertus Treuirorum Archipræsul Henricum prælibatum Lymburgensem Comitem post[illegible] iam Arlunens. Comitatus fidelitatis a subditis suscepto iuramento, fru[illegible] literis hortatus sit quatenus rem sibi & Ecclesiæ suæ delegatam, ac ab ipso [illegible]am ac tutam restitueret: Sed Comite istiusmodi monitis nihil permoto, [ex]communicationis in eum censuram vibrauit. Vnde Comes grauiter infensus, [illegible] inferre animo concipiens, militem conscripsit numerosum, eodemque [illegible] Treuerensem immani persecutione tam in rebus, quam in hominibus af[illegible] vt Treuirensis Præsul tantam non sustinens iniuriam anathematis fulmi[ne] in Comitem, eiusque complices reiteraret, aggrauaretque. At iste nequaquam [illegible] censuras [illegible] in maiorem furiam agitur, & ipsam etiam Treuerensem ciuitatem obsidione cingere aggreditur, vineas interim, villas, hortos, pra[illegible] circumquaque depopulans. Hinc Archiepiscopus Ecclesiasticæ potestatis contemptorem repressurus manu militum grandi coacta, Comitis copias [illegible] aggressus, eisdem grauem intulit cladem, plurimis nimirum indè cæsis, alijs verò in fugam actis, inter quos & ipse Henricus Comes Arlunum fugiens pe[illegible] mortis euasit, Comitatu eatenus inter partes litigioso permanente, & à Lymburgensibus nihilominus possesso donec Anno 1214, Walramo Ducis Lym[burgensis] filio cum Ermesinda secunda Comitissa Luxemburgensi matrimonium [illegible] eidem Marchionatum Arlunensem dotis loco conferente Lu[illegible] deinceps Principum potestati restitueretur. Quod quidem [illegible] Archiepiscopus Treuerensis sperans Walramum antecessoribus fore flexibiliorem ab eo restitutionem Marchionatus petijt: Verum hic [illegible] necnon conscius eorum, quæ præcesserant, deterrere volens Archiepiscopum a censuris similiter in se distringendis, ascito secum Synensi Comite [illegible] Treuerense grauiter infestare cœpit depopulatione, obuia quæque [illegible] impetens & deuastans, Archiepiscopus igitur spe omni concupitis [illegible] sub certis conditionibus pacem cum aduersarijs composuit, [illegible] Arlunensem Marchionatum Luxemburgensi deinceps possidendum, de [quo] latius plura dum de vrbibus Ducatus Luxemburgen. tractabimus.

per discipulos suos ad Christi fidem conuersos [illegible]

Adela Comit. Arlū. Archiepisc. Treuir. ius Arlun. comitatus sibi vsurpare nititur.

March. Arlun. ius, ad Comitem Lymburg. transit.

Archi Treuir. March. Arlunen. à Comite Lymburg. repetit.

Comes Lymburg. diœcesim Treuir. depopulatur.

Vrbem Treuirensem obsidione cingit.

Ab Archi. Treu. cæditur fugaturque.

Archi Treuirensis sepedictū Mar. sibi restitui postulat.

Pax inter Archiepisc. Treuir. & Comitē Luxēb. constituitur.

DE DVCATV MOSELLANO.

Ducatus Mosellanus vnde sic dictus.



XTITIT antiquitus in esse Ducatus Mosellanus sic dictus quod Mosellam vna cum adiacentibus vtrinque territorijs à Metensi ciuitate vsque ad Treuericum vrbem complecteretur, quamuis aliorum opinio sit eundem longè ampliorem fuisse, vt ea quæ diximus, quam quæcunque fluuio Mosæ adiacentia & inde ad Scaldim vsque habentur sinu suo compræhendentem, Quod quidem minus videtur probabile, nam sic Eburniones, Menappios Sicambros Lymburgenses huc spectasse oportuisset, cum tamen ad Ardennæ principatum iura eodem tempore pertinuisse dignoscantur. Sed puto hos ex vocabulorum Mosæ & Mosellæ affinitate esse deceptos, putantes nimirum ambobus vnum idemque significari, aut Mosellani vocem ab vtroque originem ducere: Possessor autem huius insignis Mosellani Dominij eiusdem initio Anselbertus Senator Romanus natione francus ex sanguine Clodionis ortum trahens, fuit à Clotario franciæ Rege socero suo, id est vxoris suæ Blitildæ patre constitutus, cui Buggisus & huic Arnoldus, Arnoldo Clodulphus filij scilicet respectiue patribus suis successerunt. Postremus iste cum in aula Regis Dagoberti magnæ esset auctoritatis, adeò vt a Sigeberto Regis filio haud difficulter petita quælibet accepisset, huius intercessu Dominium suum Mosellanum in Ducatum per Regem erigi petijt, & obtinuit: sicquè Clodulphus Mosellanorum Ducum primus ordine euasit, quem filius eius Martinus subsecutus, moriens duobus filijs suis Eleutherio & Lamberto [illegible] eandem dignitatem dimisit. Lamberto primogenitus eius filius; & huic Fridericus filius Friderico genitus ab eo Sadigerus successêre. Post quos demum Raguerus Sadigeri filius extitit surrogatus. Raguerus filios habuit Giselbertum primogenitum, cui cum agro Iuppiliensi propè Leodium ex etiam terræ in proprietatem obtigerunt, quibus hodiè Lotharingiæ Ducatus constituitur. Et R[illegible] Mechtuldis Euarhardi Ducis Franconiæ maritum Ducatibus Mosellano & [illegible]nensi, item Comitatibus Virdunensi, Ardennæ, Hasbaniæ, Dominijs præterea de Guerrij & Chinij accidit locupletari.

Ansel. Senator Romanus Mosellani dominij dominus.

Clodol. primus Dux Mosellan.

Clodolphi in Ducatu Mosellano successores enumerantur.

Celebris autem semper ab origine sua habitus fuit Ducatus Mosellanus annos circiter quingentos & viginti. Tum enim Fredericus Castri Barrensis fundator suppresso titulo Mosellanico, totum hunc tractum à Castro prædicto nuncupari voluit, ipseque Comes Barrensis indigetari. Successu porrò temporis Ducatus Mosellanus in quam plurimas fuit diuisus partes, multisque ac diuersis Dominis (secundum illas) subiacuit, quemadmodum & hodiè videre est. [illegible] namque à sua incipientes Ciuitate Marengiam vsque imperium circa Mosellam obtinent. Hinc vero Luxemburgensis Dux ad oppidulum Regis Macræ vulgo Kœnıngmachern vtramque fluminis ripam suprema cum auctoritate possidet. Indè descendendo ad dexteram Sirquense oppidum cum adiacentibus terris Lotharingiæ siue Barri Dux; ad læuam verò Luxemburgensis Dux agrum Mosellanicum Principali itidem iure vsque in Comitis Macram sibi vendicant, ac deinceps illi oppidulo & quicquid eiusdem agri vsque iu pagum Egell restat ab vtraque parte

Ducat. Mosellan quamdiu floruerit. Fredericus Barrensis.

Ducatus Mosellan. in varias partes distribuitur.

... fluminis Dux Luxemburgensis principatur; tum progressu paulisper à læua facto, reliquum hinc & inde Treuerensi Archiepiscopo obtemperat.

DE PRINCIPATV ARDENNAE.



NOBILISSIMI olim Ardennæ Principatus originem ad Merouingorum tempora non improbabiliter quidam referunt, nec non præclarissimos Principes, ex Clodione capillato fluxisse affirmant, Regio hæc nemoribus initio, dumetis, ac sterili solo constans, modò maxima sui parte hominum industria ad vitæ præsentis vsum commoditatemque redacta est; syluis nihilominus & multis, & densis diuersis in locis in esse primæuo persistentibus. Huc Clodionis prælibati posteritas Merouingorum persecutionem declinans confugit, & animo resumpto Prouincias circumuicinas suæ armorum vi subegit potestati, vtpotè Cameracum, Hannoniam, Artesiam, quæ alioquin hæreditario Iure ad ipsum spectabant. Aubero namque Clodionis capillati filius, Principatus Ardennæ primus Dominus, cernens sese Regno paterno, fratresq; suos per Merouingi tyrannidem exutum, Argottam Italiæ Regis filiam connubiali fide sibi sociauit cum Gotthis vero, Vvandalis (nunc Bohemis) & Ostrogotthis amicitiæ fœdus indissolubile percussit, & tum demum Merouingis aperto marte bellum inferens, loca quæ prædictus ex eius potestate extorsit, vndè & sese Cambresij Regem, Ardenneque Principem nominauit. Huic coniunx Argotta vnicum filium VVanbertum patris successorem genuit, qui ex sua vxore duos suscepit liberos Anselbertum, & VVanbertum Romanæ vrbis Senatores, quorum prior Marchio Sacri Imperij super Scaldim designatus, posterior verò Ardennæ Princeps, Annum Domini circiter quingentesimum, & vicesimum euasit: qui filium genuit VVanbertum, cui duo VVanbertus & Brunulphus nati sunt, à quorum priore VVanbertus quartus prodijt, cuius vxor ... Thuringiæ filia, duas peperit filias, Sanctam Aldegundem scilicet & Valtrudem: quarum illa Deo virginitatem suam & omnes vitæ actiones deuouens, magnificum illud Molbodiense monsterium in Hannonia ex proprijs excitauit atque dotauit, vbi & ipsa cum aliarum sanctarum virginum caterua vitam traduxit omni sanctitate & religione conspicuam, tandemq; bonis consumata operibus, in beatorum cõsortium est assumpta, Vvaltrudis autem Ardennæ principatu Hannonicoque agro inuestita Maldegardum Sanctum ac nobilissimum hominem Iolandiç Regis filium in maritum accepit, cuius complexu successiue filios ..., totidemque filias in hanc lucem edidit, qui omnes vitam in Dei obsequijs ... cælibem, absque liberis, ex hoc sæculo migrarunt, Mater igitur horum hæreditatem ... exindè carere conspiciens & dolens, in præcellenti virtute prædita ... mulierem ... fratruelis sui Rudolphi comitę Aijam nomine hęreditatem resignauit paternam. Ad hęc marito absque liberis orbata pręfata possessiones Brunulpho ... suę filio Principatum Ardennę & Hannonię ... perpetuum contulit, Brunulphus itaque amplissimus eiusmodi auctus Dominijs vxorem sibi asciuit Anno Domini sexcentesimo decimo octauo, quę ei filios quatuor genuit Hildulphum scili-

Ardennæ Principatus origo.

Aubero Clodionis Capillati filius primus Ardennæ Princeps.

VVanb. Ardennæ Princeps 2.

Anselb. Senator Rom.

VVanbe. 2. Ardè Princeps. 3.

VVanbe 3. Arde. Princeps 4.

VVan. 4. Arde. Princeps. 5.

Maldeg Iolandiæ Regis filius Ard. principatu potitur.

Brunulph. Arden principatum obtinet.

Bruno phi uxor & liberi.

scilicet, Glomericum, Albericum & Brunulphum, horum primus Mosellanum Principatum hęreditatus eundem vnicæ suæ filiæ Beatrici Martini Ducis Mosellani coniugi in dotem consignauit, ex qua matrimoniali copula vti alias diximus, accidit Ardennam cum Mosellanico Ducatu deinceps coniungi. Inde Ardennę Principatus successionis iure ad Lotharium peruenit, qui cum Ducis Britannię filia coniugio sociatus, summa cum laude sub Pipino, & Carolo magno Francię [illegible] Ducis belli munera per quam strenuè gessit, nec nō ex vxore sua liberos [illegible] perplures vtriusque sexus, inter quos Ardennę Principatum & Mosellanum Ducatum distribuens, effecit, vt in partes secaretur diuersas, atque ita matrimonialia singulis ex eis inito ad alienorum transirent potestatem. Inde igitur separati ac distincti ab inuicem cœperunt Comitatus illi Luxemburgensis, Viennensis, Arlunensis, Chinensis, Rupensis, Namurcensis, Salmensis, Manderscheidt Vrsinensis, Russij, diuisis censeri Dominijs. Qui tamen omnes, Namurcensi excepto, temporis successu titulis retentis Luxemburgensi Ducatui feudales sunt effecti, & cum eo, ipsoque Namurcensi comitatu Burgundicæ Domui in Carolo Duce audaci & per eius vnicā filiam Maximiliano Imperatori nuptui traditam Austriacę Domui accessere: prout etiamnum post Philippum magnum Hispanię Regem dictorum coniugum filium, & huius natum Carolum quintum Cęsarem Augustum, ac Philippum denique magnum Hispaniarum & Indiarum Regem, Serenissimi Albertus & Eugenia Clara Isabella Archiduces supremi cum autoritate possident.

Ardē. Principatus ad Lotharii successionis iure deuolutus.

Ardē. Principatus & Mosella in plures partes diuiditur.

Inde ad domum Austriacā.

DE COMITATV CHINENSI.

Comitat. Chinensis membrum Imperij.



OMITATVM Chinensem olim Chiniacum appellatum fuisse, antiquitus Sacri Romani Imperij membrum, cum alia tum diplomata Rodolphi primi, Henrici septimi, & Caroli quarti Imperatorum clare edocent diplomata, vbi sese sub Imperij protectione, tanquam eius membrum Chiniacum habere affirmant. Comitis manu & hinc priuilegia Monasterio Aureæ vallis in dicto Comitatu [illegible] Augustis concessa. Falluntur proinde qui feudum Barri Ducatus Chiniacum esse contendunt, eo [illegible] partim argumento persuasi, quod eadem vtriusque Ducatus, & Comitatus prædictorum fit insignia, quasi inde consequatur Ducatum Chiniacum a Barro Dominium directum accepisse. Verum eiusmodi coniectura nullo nititur fundamento, vel ex eo liquet, quod arma istorum minime eadem, sed [illegible] dissimilia, cum Chinensia duos pisces, tructas nomine, in aureo campo [illegible] praeferant, Barrensia vero binos barbiones in campo cæruleo [illegible] crucibus respersio conspiciendos exhibeant. Fuit autem Comitatus Chinensis Imperij iugo pristino exemptus, dum circa Annum Domini 1373 cum Ducatu Luxemburgensi donatione VVenceslai Romanorum, & Bohemiæ Regis VVenceslao Comiti Luxemburgensi Duci coniungeretur ea occasione, quod Margareta Chinensis & Lossensis Comitissa Ioannis Lotharingię Ducis veneno interempti vidua absque liberis discessisset. Hinc igitur Ducibus Luxemburgensibus subsequente tempo-

Redarguuntur qui hunc membrum fuisse Ducatus Barrensis affirmant.

Comit. Chinensis quando cum Ducatu Luxemburgensi coniunctus fuerit.

tempore, eiusque Gubernatoribus & Senatui Prouinciali paruerunt Chinenses, ad quem, ac deindè ad magnum Mechliniense Concilium, huc vsque solent appellare.

Spectarat autem Chinense territorium, priusquam Comitatus honore sublimaretur, ad Ricuinum Giselberti Ducis Lotharingiæ fratrem Ducem Mosellanum, Comitem Ardennæ Bullonensem, Verdunensem, Hasbaniæ, Dominumque Guerrij & Chinaci. Hic Euerhardi Franconiæ Ducis filiam in thori consortem accepit, ex cuius geniali thalamo profluxerût quatuor filij, & duæ filiæ, scilicet Godefridus barbatus, patris in Ardenna, Bullonio, & Verduno successor, Ottho, Sigifridus Dominus in Guerrij Luxemburgensis primus Comes, Fulco marchio sacri Imperij [illegible] schaldim, Bonna Caroli filij Regis Galliæ vxor & Mechtildis Arnulpho Bur[illegible] primo postea Chinensi Comiti nuptui tradita. Peruenit autè in huius Bur[illegible]di potestatem Chiniacum ea ratione, eoque ordine vt sequitur. Fuit iste Ar[illegible]phus ex parentibus nobilissimis in Burgundiæ oppido *Granson* vocabulo ori[illegible], qui dum adolescentiæ suæ tempore facinus quoddam temeritate iuuenili [illegible]rasset, ob idque a Richardo Duce fortunis omnibus spoliatus à paterno solo [illegible] exulare compelleretur, per diuersa errabundus fortuito in Ricuinum Ducem Mosellanum incidit, eique suum obtulit humiliter obsequium: Dux adoles[illegible]s [illegible] corporis, tum morum elegantia illectus eum post dierum aliquot cir[illegible] [illegible]æ suæ nobilium album cooptat; & dum successu temporis singularem [illegible]dam in eo prudentia relucere conspiceret, eius sæpius tam in priuatis, quam [illegible] vtebatur consilijs, vndè singula aduertens prosperè succedere, Prouinciæ [illegible]sis administrandæ eum præponendum censuit. Huic autem munere cû [illegible] incubuisset aliquamdiu, Ricuinus inito cum vxore consilio, dignum etiã [illegible] iudicauit, qui sibi fieret gener, ac proindè Mechtildem suam natu postremã [illegible] illi despondit, assignato pariter loco dotis Chiniacũ, & quicquid ad eius [illegible]bat territorium, ea tamen conditione, vt si Arnulphus iste nullam ex Mech[illegible]de prolem suscitaret, Dominium supremum ipsi Ricuino, & successoribus rema[illegible], sin autem, hoc simul eo feudo in Arnulphum atque hæredes perpetuo trans[illegible]. Hæc autem contigerunt Anno Domini 941.

Arnulphus igitur nuptijs cum Mechtilde celebratis sumpta à socero discedendi [illegible] Dominium sibi contraditum sese vna cum coniuge & ampla familia re[illegible], vbi & à subditis locorum in verum, legitimum, & naturalem Dominum [illegible] Iuramento, acceptus est.

[illegible] porrò Ricuinus Anno 945. diem claudens extremum, ingentem pecunia[illegible] reliquisset posteris. Arnulphus Chiniacj Dominus vxorio iure æqua[illegible] sibi cum cæteris vendicauit portionem. Summa igitur pecuniæ præ[illegible] Arnulphus, tacitus apud se disquirere cœpit, in quem vsum satius [illegible] thesaurum [illegible]. Et ecce menti eius occurrit quod pro Nobi[illegible] more Castr[illegible], statusque sui dignum amplitudine habe[illegible] [illegible] vndequaque op[illegible] peritissimis, desiderium eis suum ta[illegible] aperit, quod insigne Castrum in rupe excelsa excitare cogitasset, cuper[illegible] [illegible] sibi ab ipsis mediante stipendio hac in parte diligenter seruiri. In-

uenienti-

Ricuinus Giselberti Ducis Lothar. frater primus Chin. territorij Dominus.

Chinensis territorij dominium quomodo in Burgũd. potestatem deuenerit.

Ricuino se adiungit.

Multis à Ricuino honorib. afficitur.

Fit gener Ricuini & loco dotis Chiniacũ accipit.

Discedit cũ sponsa ad dominium traditum.

Ricuinus amplissima hereditate relicta moritur.

Arnulph. insignẽ castrũ ędificat.

Ab Archiepiscopo Coloniensi, Comitis titulum impetrat primusq; Comes Chiniacẽsis constituitur Chiniacẽ fit Comitas

nuentibus autem eius petitioni operarijs, statim manus operi admoueri iubet, dum interim materialia ad tantam structurā necessaria conueherentur. Aedificio hoc porrò ad perfectionē deducto suasu Sigifridi Comitis Luxemburgẽsis primi, Arnulphus ad Brunonē Archiepiscopū Coloniensem Ducē Lotharingiæ, Imperij Cancellarium & magni Otthonis Imperatoris fratrem profectus, ab eo enixe petijt Chiniacam suam prouinciam in Comitatum erigi, Archiepiscopus cum Imperij procerum precibus, & suasione permotus, petitioni Arnulphi assentitus est, & nomine Cæsaris absentis eum Chinensem Comitem primum instituit, & ordinauit, ea conditione, vt iuxta Castrum prætactum Ecclesiam fundaret, dotaretque. His ita fœliciter gestis ad propria reuersus Arnulphus, à suis [illegible] cum congratulatione exceptus est, & Comes Chinensis cum honore omnibus consalutatus, Nobiles deinde vicini, alijque de plebe viri ad eum confluentes domicilia sibi circa eius castrum figere licere expetierunt, quibus ille singulis singula loca assignans, lubenter condescendit, Cum itaque temporis successu per Castri viciniam aduerteret nouus iste Comes domos insignes ac frequentes [illegible] rexisse, muris ac fossis locum cingi, portis firmari, ac denique turribus com[illegible]ri curauit, ex quo quidem facto Chiniacum illud nobile processit, existentia[illegible]

Chiniac ex strũ oppidum efficitur.

accepit oppidum, & idem cum Castro tanquam primarium Comitatus mem[illegible] nomen Chiniacum accepit. Arnulphus tandem postquam munere suo perqu[illegible] egregiè cum subditorum, & vicinorum applausu perfunctus fuisset, & vna c[illegible] vxore vsque ad Dominicæ Incarnationis Annum 992. vitam mortalem protela[illegible], filios duos, & totidem filias, id est Ottonem, Godefridum, Ioannam & Clem[illegible]tiam superstites relinquens viam carnis vniuersæ intrauit, cui illorum prim[illegible] Otho succedens Margaretham Alberti Comitis Namurcensi filiam vxorem d[illegible], quæ ei Ludouicum, Hugonem, atque Clementiam peperit, Otto demum a[illegible] aliquot summa cum laudæ comitatum moderatus, mortis tributum exol[illegible] Anno 1013.

Arnulph. primus Comes Chiniac. moritur.

Otto Comes Chinẽsis 2.

Ludouicus Comes Chinensis 3

Ottoni Ludouicus filius successit, cui vxor Catharina Comitis Lossensis fi[illegible] [illegible]lium vnicum paterni nominis, & Comitatus hæredem edidit Ludouicum.

Herman. 1 Vicecõ Virdunens. moritur.

Ludouicus Chinensis Comes cõstituitur Vicecomes Virdunensis.

A Gozelo Lotharin. duce perimitur.

Accidit autem anno 1028 Hermanum primum vice comitem Verdunen[illegible] absque liberis mori, cuius frater Fridericus Comitatū ipsum Episcopo Verdunẽsi, eiusque successoribus in Eleemosynā cõtulerat, Virdunensis igitur Episcopus & [illegible], postposito Gozelone Lotharingiæ Duce dictorū Hermāni & Frede[illegible] [illegible]ritate sibi ab Imperatore facta, vicecomitat[illegible] Ludouico Chinensi Co[illegible] misit, at Gozelo proximitatis lege antepo[illegible] sese extero debu[illegible]sse co[illegible] [illegible] percitus agrum Chinensem populationibus, & vast[illegible]tionibus d[illegible] [illegible] deinde coacto exercitu prævalido, Virdunum obsidione cinctum, ar[illegible] egit, ibique Ludouicum Comitem Chi[illegible]ensem atrociter perem[illegible]t.

Imperator horum certior effectus i[illegible]ter partes componere cupiens Goz[illegible]lo[illegible] collatione Ducatus M[illegible]sellani pacatum reddidit, & contentum, Isto nainque tempore Frederico Theodorici filio necnon Frederici primi Barri Comitum [illegible] absque mascula prole defuncto, Ducatus eius Mosellani dispositio penes Im[illegible]torem erat, qui eundem deindè post Gozelonis obitum Alberto Duci Longo Ca-

stri

tri contulit, Vndè Godefridus Gozelonis filius grauiter indignatus, dictum Albertum cum armis inuasit, & se defendentem occidit. Qua ex re Cæsar valdè infensus non permisit vt Godefridus bonis à se trucidati frueretur, sed ea Gerardo Castinensi Comiti Alberti fratri necnon Frederico Luxemburgensi Comiti distribuit.

Ludouicus 2 Comes Chinef. 4. Necem a Gozelon fuga verso vindicat.

Ludouicus iunior necem patri illatam vindicare cogitans, militum collecto frequenti exercitu ad Verdunensem ciuitatem castra mentatus, cum Gozelone obuiam procedente atrocem pugnam inijt, in qua quam plurimi vtrinque mortem oppetijssent, cessit tandem à Ludouici parte victoria, tum enim Gozelone fugam capessente ipse Chiniacum repetijt, illudque cum alijs municipis præsidiario milite muniuit, fuit autem huic conthoralis Sophia Frederici iunioris prætacti filia, ex qua filium suscepit Arnulphum vocabulo.

Arnul. Comes Chin. 5

Arnulphus iste Patri in Comitatus fastigio subrogatus, & Monasterij Aureæ vallis fundator, Ermegardam Lotharingiæ Ducis filiam matrimonij fœdere sibi copulauit, è cuius geneali thalamo prodierunt liberi, Ottho, Ludouicus, Halinde, Clementia, & Beatrix, Denique Ermegarda defuncta, aliud matrimonium idem Arnulphus cum Agnete Namurcensis Comitis filia contraxit, quæ ei filium, & filiam peperit.

Monast. Aureæ vallis à fundan. & ius ext...

Otto Comes Chynen 6

Freder. præpositus Rhemēsis.

Otto paternos fasces adeptus Adelardam Folmari Comitis Metensis filiam, suum induxit in thalamum, atque ex ea Albertum in Comitatu suum successorem, necnon Fredericum Ecclesiæ Rhemensis præpositum procreauit. In fata autem concessit Comes Ottho anno salutis humanæ 1150. & in Diuæ walpurgis Ecclesia apud Chiniacum sepultus est.

Alb Comes Chynen. 7.

Dominus de Hiergs.

Albertus cum Agnete Lymburgensis Comitis filia coniugij fœdus inijt, genuitque in ea suum in Comitatu successorem Ludouicum, Theodoricum Dominum Estalles Arnulphum Verdunensem Antistitem, & Christinam Domini Arnulphi de Hierges coniugem. Sepultus est Albertus in suo Aureæ vallis Monasterio Anno Domini 1172.

Ludou. Zus Chinen. 8.

Cruce signatur.

Ludo. Comes Hung. moritur.

Ludouicus extincto patre Chinensem Comitatum obtinuit, & cōnubium cum Sophia Rayaldi Comitis Barrensis contraxit; ex qua fluxerunt Ludouicus Comes Anselmus & Beatrix. Fuit autem Ludouicus horum pater deuoto admodum in Christianam religionem affectu, vndè & cum alijs quamplurimis Principibus cruce signari ad profectionē in militiam sanctam circa Domini annum 1198. voluit, Sed cum delicatioris esset complectionis, quam vt illius ruditatem aeris proferre posset, quartana febre correptus, post paucos deindè dies in Hungaria vitam præsentem finijt, atque apud Bulgradam tumulo est reconditus. Sophia eius denique vidua luctu peracto secundas nuptias cum Anselmo de Gerland celebrauit.

Ludoui. 4. Comes Chinen. 9.

Ludouicus ætatis effectus legitimæ Mathildem Comitis Barrensis filiam in cōiugium accepit, quæ ei vnicam filiam Ioannam nomine peperit, Mater ereuim Ludouici Comitis Sophia prætacta reliquum vitæ suæ Iuodij transegit, vbi & mortua est.

Ioann. filia Lud. nubes Arlun. Comiti Lossēs

Nupsit autem Ioanna Comitatus Barrensis hæres Arnolpho Comiti Lossensi, cui in lucem ædidit Ludouicum paterni & materni Comitatuum hæredem, qui

Lud. Ioan. filius Comes Chinen. 10. *Godef. Comes Chin. 11.* *Recedit è vita absq; liberis.*

ex vxore sua Ioanna & Blamont proles suscepit Margatham, Theodoricum & Godefridum, cuius extat Monte Machensibus datum priuilegium sub hoc exordio. *Nos Godefridus de Loz Comes Chinensis notum facimus omnibus præsentes literas visuris, & legi audituris, quod nos ex certa nostra voluntate, & habito consilio fidelium nostrorum &c. Actum Anno 1350. feria sexta post festum Sanctorum Iacobi & Christophori. In fata porrò ambo isti fratres nulla prole relicta concessere.*

Comit. Chinens. ad Margareth. sororē Godefridi deuoluitur.

Margaretha autem Ioanni Lotharingiæ Duci in coniugem est tradita, sed cum infœcunda liberis ad mortem permansisset, postrema extitit Comitatus huius è sanguine Chiniacorum Domina. In Monasterio Aureæ vallis magnifico tumulata habetur loculo, à dextro altaris latere cum eiusmodi Epitaphio.

Hic iacet præstantissima, & illustris Domina, Domina Margaretha suo tempore Comitissa de Loz & Chiny, Ludouici quondam Comitis de Chinij eius nominis quinti, & Ioanne Blamont comitissæ vnica filia: Quæ fuit postea Serenissimi & Illustrissimi Pricipis Ioannis Ducis Lotharingiæ vxor, & coniunx, qui Parisius veneno vitā finijt à suis præparato, cū Neapolim versus iter meditaretur ipsa die Cosmi & Damiani Anno 1382. Quæ quidem Margaretha ex vita decessit absque liberis, ipso die Diui Remigii Anno 1372. & hic sepulta quiescit. Et quia sola vera hæres remanserat, duo supradicti Comitatus: fidelitatis causa diuisi alter ab altero fuere. Primum de Loz scilicet vsurpauit Adulphus à Marka, Leodiensis tunc temporis Antistes post mortem Ludouici Comitis prædictæ Margarethæ patris, qui obijt pridie Diui Sebastiani Anno 1330 vtpotè quem eius Auus Arnulphus, posteritatis spe destitutus vel diffisus, Hugoni antea Antistiti, spontè in ara Diuo Lamberto Sacra obtulerat. Alter verò à morte prædictæ Margarethæ, recidit in potestatem Vuenceslai Luxemburgensis, Brabantiæ, & Lymburgensis Ducis. Deus optimus Maximus sit illi clemens & propitius Amen.

Comitatus Lozēsis datur Episco. Leodiensis.

Comitatus Chinen. deuoluitur ad VVencesl. comitem Luxemb.

Iam amice lector, si voles vlteriorem, atque in hæc tempora deductam hæreditatem Comitum Chinensinm lineam, recurrendum tibi erit ad seriem, quam contexuimus Principum Luxemburgensium, vbi à VVenceslao Duce Luxemburgensi incipiendo progredi in eo ordine oportet ad hæc nostra tempora, Nam cum in dicto VVenceslào Ducibus Luexmburgensibus accreuerit Comitatus Chinensis, nec indè postea vnquam fuerit separatus, eadem erit vtriusque deinceps genealogia.

DE AVREAE VALLIS ABBATIA.

MONASTERII Aureæ vallis ordinis Cistertiensis originis, & progressus hoc loco breuem idcirco & succinctam prout instituto conuenit meo proponendām existimaui descriptionem, Abbatumque qui ei ab initio præfuerūt seriem, quod in proximo de Comitatu Chinensi tractatu eius aliquoties habita sit mētio, & eiusdē percelebris cænobij fundatorem Arnulphum inter cæteros Chinenses Comites recensuerimus, ac deniquc, quod illud ipsum Monasterium in Comitatu Chinēsi sit con

stitutum

ftitutum, adeoque eius quaſi membrum, aut verius ſurculus indè promanans quan quam modo iure affectus eccleſiaſtica exiſtat. Vndè & de eo quod dicendum occurrit, ſtatim ſubiungendum fuiſſe exiſtimaui.

Anno igitur humanæ ſalutis 1070. Imperante Henrico eius nominis quarto Cæſare, monachi quidam profeſſione Benedictini inſtituti, à ſuo prælato accepta licentia, ex Calabria Euangelij prædicandi, & animas Chriſto lucrifaciendi gratia, in has regiones aduenerunt, Cumque huc illucque Lotharingiæ partes, fineſque peragrarent, in locum quędam peramœnum, nemoribus denſum, & fontium lympidorum ſcaturigine irriguum, ab hominum congreſſu ſat remotum, & per omnia ipſorum iudicio ad exercitium philoſophiæ Chriſtianæ aptiſſimum, fortuitò, ſeu potius Deo prouidente inciderunt. Loci huius commoditate illecti, ad eius Dominum comitem ſcilicet Chinenſem pergentes, ei ſupplicarunt inſtanter, quatenus vallem iſtam inter ſyluas deliteſcentem Dei cultui conſecrari, ab ipſiſque inhabitari ex charitate permitteret. Comes iſtiuſmodi precibus, vt vir erat deditus admodum pietati, valdè delectatus, lubenter & hilariter poſtulantium annuit deſiderio, atque ſtatim tantæ amplitudinis locum eis ceſſit, quantæ videlicet videbatur propoſito eorum opportunum; permittens inſuper, vt arbores, & alia quæ in vicino reperiebantur ædificationi commoda, in eum quem demonſtrauerant locum cederent, & acciperent. Ea potiti Comitis liberali donatione Monachi ſumma cum diligentia manibus proprijs ligna, & alia materialia comportare, adaptare, atque ex eis prauam Eccleſiam in Diuæ Virginis Mariæ laudem conſtruere, necnon iuxta eandem, caſulas ad habitandum humili ſcemate ædificare cœperunt, ac deniq; euulſis, eiectiſque vepribus, dumis, ſpinis, & alijs inutilibus plātis earum vice olera, legumina, & quo de cætero ad ſobrium victum inſeruirent, Vnde partim ſuſtentati, quod præterea neceſſarium eis erat ad vitā frugaliter traducendam, ex piorum hominum Eleemoſynis percipiebant. Interim verò dum conuerſationis eorum inſignis ſanctimonia apud illarum partium homines magis magiſque innoteſceret, magnis populorum concurſus eò loci deuotionis cauſa frequenter fiebat, cum vt religioſæ horum in omni auſteritate, & carnis mortificatione vitæ inſpectione ædificarentur, tum vt votis cum eorum deuotiſſimo officio coniunctis Deum, ſibi propitium, & ſuis parcentem delictis redderent.

Monachi quidā Benedictini, è Calabria in Lothar. proficiſcuntur.

Locū ædificando Monaſterio ac commoda perquirūt.

Come. Chinenſis locū eis in ſuo territorio concedit.

Eccleſiā in D. virginis honorē, & iuxta eam viles caſas exſtruunt.

Inſignis eorum ſancti.

Viuebat id temporis Godefridus cognomento Gibboſus Lotharingiæ Dux belli gloria inſignis, & opum affluentia ditiſſimus Princeps. Hic cum Balduino conſanguineo ſuo Flandriæ Comiti aduerſus Friſiæ Dominum Robertum cōtinuis bellis occupato opem ferret, in atroci quodam certamine à Capitaneo tranſfoſſus, mortem obijt iuuencula vxore Mechtilde Barci Comitatus filia, necnon paruulo filio relictis ſuperſtitibus. Triſte iſtud nuntium, vt audiuit Mechtildis Duciſſa, aſſumpto ſecum vnico ſuo filio ad Godefridum Bullonij Ducem affinem ſuum conſilij captandi gratia perrexit, qui eam prudentibus, & conſolatione plenis releuare nitens ſermonibus, modum etiam & ordinem adminiſtrandi Ducatus ampliſſimi Lotharingiæ ei ſuggeſſit; ac deindè eam ne prætactum filium viro Eccleſiaſtico-ſacrarum literarum peritiſſimo Eccleſiæ Metenſis Decano, poſteaque Virdunenſi Epiſcopo inſtituendum traderet, quod illa cogitârat, dehortatus eſt; affirmans tan

Godefridus Gibboſus Dux Lotaringiæ in bello cadit

Mecht. ducis occiſi relicta vidua Bullonium ducē inuiſit.

ti principatus hæredem potius cum Christiana pietate militari arte, & rerum gerendarum prudentia fore ante omnia imbuendum.

Hyems incredibilis autoritatis Sumoys fluuius.

Hyems tum subsequebatur acerrima, tantoque frigore rigescens, vt etiam fluuij nunquam antea eiusmodi vim passi congelarentur, & in tantam duritiem concrescerent, at equos cum assessoribus terga præberent intacta, Inter hos amnis quidam Lotharingiam Chiniacumque præter fluens *Sumoi*; nomine præ frigoris acrimonia quasi ad lapidis instar induratus grauia quæque onera dorso perferebat suo. Vnde vicini rei nouitate, nec vnquam eis prius visæ attracti eò cateruatim confluere cœperunt, & ea occasione in multitudinem excrescentes frequentiorem, nundinas, & varia spectacula celebrarunt. Dumque his exercitijs sese oblectarent adfuit & prælibatus Ducis defuncti filius, ac hæres octo annos natus. Is sese cum suæ ætatis conuiuentibus, seu potius negligentibus eius curam famulis alijs pueris commiscens, & glaciem insimul saltitans infausto casu, fractu subtus calcantis vestigia gelu ipse imum petijt, & scindentis glaciei acumine, caput à reliquo corpore dissectum in superiori superficie remansit, sicque iste vnus inter alios infinitos colludentes infortunium extremum incurrit, quod studio malignorum accidisse, vt loco pueri istius è viuis sublati hæreditatem eius obtinerent, plerique existimarunt.

Mecht. vnicus filius puer octennis glaciei se cõmittere ausus miserè submergitur.

Ducissa Mechtildis filio suo se tã inopinato, & infœlici casu orbatam audiens, mœrore inexplicabili correpta, ne quicquam iti dem sibi prauorum molitione contingeret sinistri, in Italiam est profecta, vbi luctum super morte filij, qui anno 079. id est biennio post eius patris interitum accidit, habuit continuum. Dolebat verò ipsa grauiter, quod acquiescens consilio Ducis Bullonij affinis sui, à proposito recessisset filium apud virum Ecclesiasticum institutionis gratia, vt præfertur collocandi. Sed cum eiusmodi pœnitudo nullus foret vtilitatis aut efficaciæ, paulatim luctum remisit, cuius tamen semper aliquæ reliquiæ in eius corde inhærebant. Solebat autem referre, quod circiter biennium priusquam funestus iste casus circa filium accidisset, aliquid non dissimile in somniis semel vidisset, quod quidem ex euentu hoc tristi postea existimauit eius fuisse omen infaustum.

Mechtild. Ducissa in Italia luctus nimij causa proficiscitur.

Corpus porrò filij è profundo aquarum extractum capiti adunatum iuxta antecessorum corpora sepeliri curauit. Hæc ipsa Mechtildis vidua vice quadam animi oblectandi gratia suis constipata nobilibus, & aulicis Arnulphum Comitem Chinẽsem visitauit, Interea cum inter confabulantium sermones filij submersi incidisset mentio, materno affectu permota in lachrymas resoluta est satis effusè. Tum Comes quibus poterat consolatorijs verbis eius dolorem satagebat delinire, affirmans non adeò dolendum ob puerum ex hac ærumnarum valle ereptum, & ad beatitudinem supernam translatum, priusquam malitia eius mutasset intellectum, aut fictio decipisset animam illius, Vt verò eam à mœrore magis redderet exemptam, inuitauit eam ad visitandum locum vbi Religiosi, quemadmodum narrauimus noctu atque interdiu diuinis insistebant obsequijs, vitam in terris ducentes angelicam, & ab omni mũdano luxu alienam.

Arnulph. Comitem Chinensem inuisitat.

Annuit illa Comitis hortatui, atque eo ducatum præbente ad locum sacris destinatum officijs accessit. Cumque omnia circumquaque curiosè perlustrasset, & Oratorij constitutionem, habitationẽ quoque Monachorum humilem structuram, ac denique eorum viuendi austeritatem,

Monachos præ ceteris inuisit.

tem, & in diuinis obsequijs indefessam constantiam animo & oculis attendisset, intrinsecus multum percipiebat delectationis, & consolationis spiritualis; laudãs Deum, qui tales sibi in famulos delegisset. Interrogabat autem loci priorem, qui fieri posset, vt ipsi humana carne vt cæteri hominum circundati tanto cum rigore frigoris & æstus, cibi & potus parsimonia, laborumque importunitate subsisterent. At ille. Nihil iucundius inquit, aut etiam facilius in hac vita reperiri potest, quam cum vera pietate Domino Deo famulatum exhibere continuum. Is enim miris suos ministros afficit consolationibus, vt vix laborum molestiam vllam sentiant; exiguum verò esse aiebat, quod illi præstabant respectu patrum illorum nominatissimorum Anthonij, Hilarionis, Pachomij, & aliorum, qui solo corpore in mundo constituti, cogitationibus auidissimè patriam videbantur cœlestem iam iam incolere, corporis curam penè totam negligentes, & mẽbra mortificantes, quę erant super terram. Ducissa deniq; considerans fontiũ eo in loco abundantiam aiebat, humiditatem nimiam fore ipsorum incolumitati nociuam; At cum Prior respondisset tantum abesse, vt fontes illis quicquam allaturi essent incommodi, vt potius causa forent cur locum eis irriguum prælegissent quibuslibet alijs tanquam instituto eorum aptiorem, desijt illa super hoc instando vlterius opinioni suæ insistere. Interim dum suis intenderent confabulationibus Ducissa Mechtildis ad fontem residens manus lauans sæpius identidem confricabat donec inaduertenter illi annulus quem à defuncto marito acceptum in eius memoriam gestabat, excideret, & sub aquis eiusdem fontis submergeretur, summam tunc omnes adhibuerunt diligentiam, vt è profuncto annulum educerent, cumque in hoc diu frustra laborarent, pertransentes interrogabant, quid in aqua tam sollicitè quęrerent: quibus respondebant, se aurum quærere, Ducissa nouo exindè mærore correpta, ad Diuæ virginis Deiparæ implorandam opem se conuertit, atque eiusmodi ad eam preces ex cordis profundo effudit. O virgo virginum Christi seruatoris dignissima mater, obtestor tuam bonitatem, quatenus non patiaris me meo frustrari desiderio, sed annulũ hac in aqua submersum tuis meritis mihi obtineam restitui, locus autem iste si ita placet sub tuo patrocinio, filij tui Domini nostri perpetuis mancipetur obsequijs, Vix verba orationis finierat, & ecce inter bullientes arenulas apparuit simul supernatans aquis annulus, quem arreptum circumstantibus ostendit dicens. En aurum quod quærebam, verè fœlix hæc vallis quæ eiusmodi producit aurum; & quidem ob hoc deinceps erit illi nomen Aurea vallis, quod etiam in hodiernum diem perdurans, verum extitisse Ducissæ præsagium comprobat. Hinc etiam monumentum insigne ad fontem istum ex lapide quadrato, iuxta fores Ecclesiæ Monasterij Aureæ vallis ostenditur extructum, talem præferens superscriptionem *La fontaine d' Orual.*

Praclarum Monachi responsum.

Arnulphus du issa ad fontem residentis in aquis mergitur.

D. virginis beneficio annulus aquis supernatat

Vnde Monast obtinuerit nomen Aureæ Vallis. Fontaine D'orual.

Recepto itaque annulo Mechtildo læta ad Monachorum oratorium festinauit, gratias Christo condignas & eius Diuæ Matri peractura, efficit deinde apud Arnulphum Comitem, vt locus ille cum appendicibus, & limitibus certis in perpetuam possionem à nouo Monachis irreuocabiliter traderetur quod accidit Anno reparatę salutis 1080 prout lucidus ex Archiuis & regiftris Monasterij Aureæ vallis colliquescere potest.

Eximia Mechtildis ducissæ in monachos munifi.entia.

Init insuper ipsa Ducissa in Monachos Aureæ vallis munifica, nam priusquam inde recederet, ingentem eis pecuniæ summam donauit, qua Ecclesiam insignem ædificarent, necnon vndè de cætero sustentaretur, subsidium non exiguum haberent. Commendans denique sese famulorum Dei deuotis orationibus. Inde Verdunum profecta loci Antistiti Sanctimonialium Iuuiginense obtulit Monasteriũ ac porrò cunctis quæ ad eius spectabant curam, ritè dispositis, amicisque valere iussis, in Italiam rursum abijt.

Monachi insignẽ Ecclesiam à fundamentis excitãt. Mira horũ Mona hor. obedientia. Mona h ex Aurea valle recedunt. Arnulph. Comes Chinensis moritur.

Monachi pecuniam à Mechtilde in Elemosynam accepta, eos in vsus impenderunt, in quos ipsa eam destinauerat, Ecclesiam nimirum à fundamentis longè priori illa sua præstantiorem excitantes. Cui quidem operi cum studiosius intenderent, literas præter spem à suo Abbate acceperunt, quibus citra moram aut tergiuersationem vllam, vt ad se reuerterentur, imperabat, Illi vt veri erant obedientiæ filij Prælati mandatum tanquam desuper emissum humiliter suscipientes, quanquam maluissent opus incoeptum ad perfectum deducere, iter statim Calabriam versus dimissis omnibus arripiunt, ex quo accidit vt templi ædificato minimè cõsummaretur, vndè vicinis Christianis ac præsertim Comiti Arnulpho doloris nõ parum accidit, qui paulo post, scilicet Anno verbi incarnati 1110 viam carnis ingressus Metis in Diui Arnoldi Ecclesia sepulturæ est traditus, Eius filius, ac successor Ottho nomine, dolẽs opus ad Dei laudem tam eleganter inchoatum non modo non accipere incrementum, sed potius deficere, & ad ruinam vergere, duos conuenit sæculares sacerdotes, quibus loci curam cum omnibus eò spectantibus obtulit, at illi minimè eius voluntati satisfacere consenserunt, nisi securi, & certi fierent, quod eiusmodi donatio robur perpetuum haberet. Hinc eorum petitioni condescendens Ottho Comes, Treuerim cum eis profectus, ad Archiepiscopum loci ordinarium, ab eo præsentibus Metropolitanæ Ecclesiæ Canonicis collationem Aureæ vallis, & omnium dependentium in dictos sacerdotes factam ratificari, & ab omni iurisdictione laicali liberam pronunciari obtinuit. Quæ dum solemni ritu peracta fuissent, læti & contenti ad propria remearunt.

Otto Comes Aureã vallẽ à Mona chis adifica ri cæptum duobus sacerdotibus sæcularib. donat.

Ex hoc igitur tempore † Aurea vallis præposituræ titulũ accepit: cuius primarius regens præpositus dictis vir sanctitate; & scientia præclarus officium suum strenuè obibat, quocirca quamplurimi piæ eius & cum eo degentium conuersationis odore attracti, affatim eò confluebant: alij quidem vt verbo ædificationis refecti, & precibus eorum commendati gratiam à Deo impetrarẽt: alij verò vt Deo perpetuis temporibus famulaturi, sese eorum contubernio adiungerent, ita fiebat vt intra breue temporis spacium numerus inibi ministrorum Dei non modicũ adaugeretur. Interim templi constructio prius intermissa, vrgente, & præbente Comite Ottone vna cum alijs deuotis media, magna animi cum alacritate est resumpta, tandemque ad fœlicem deducta exitum. Tum deniqe rogatu dicti Ottonis Comitis, Henricus Virdunensium Antistes in honorem Diuæ virginis matris, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eandem Ecclesiam, præsente ipso Ottone, Adelaida vxore, D. Frederico Ecclesiæ Remensis Præposito, & Comitis filio Albero eius in Comitatu successore alijsque nobilibus solemniter consecrauit.

† Aurea vallis à Præposito regitur. Ecclesia iã ante ædificari cœpta cõsummatur, ac in honorẽ D. virginis cõsecratur.

Tan-

Tandem Anno Domini 1150 defunctus Ottho in Ecclesia sanctæ VValpurgis Chiniaci tumulo conditus est.

Post Otthonis obitum Canonici Aureæ vallis remissius in diuino obsequio, & laxius in vitæ moribus agere cæperunt, adeo vt desideria carnis consectantes non iam esse Canonici, sed planè seculares, & mundi illecebris seruientes comprobarentur, & qui prius omnibus ædificationis spiritualis, & animæ salutis erant occasio, nunc quam plurimis & in primis sibi fiebant extremi causa exitij. *Aureæ vallis Canonici à christiana pietate deficiunt.*

Albero tum temporis Virdunensis Episcopus ex domo Chiniaca oriundus, istæc intelligens, valde animo tristabatur rationes tacitus exquirens, quomodo in hunc locum pristinum reduci posset pietatis exercitium. Dum hæc igitur admodū sollicitus mente agitaret, audiuit Diuum Bernardum Clareuallen. Abbatem illius æui in Christi Ecclesia lumen splendidissimum Renis esse constitutum, Ad hūc ipse Episcopus quosdam è suis Canonicis destinans, rogauit enixè, quatenus locū Auream vallem dictum à prauis Canonicis sæcularibus occupatum illis eiectis, vellet aliquibus probatis & pijs sui ordinis Religiosis committere recolendum. Diuus itaque Bernardus preces istiusmodi iustas fore arbitratus Constantinum Religiosum vtrique vitæ sanctitate, & eruditione conspicuum, vt loci eidem tanquam Abbas præesset vna cum Monachis alijs septem numero, à quibus insimul Diuinum opus persolueretur, destinauit, Qui iussis sancti viri obtemperantes locum adierunt assignatum, atque inibi in sanctitate & iustitia, sub Diui Benedicti regula in ordine Cistertiensi tum recens exorto Domino Deo indefessi militare studuerunt; atque sic augusto illi & celeberrimo Aureæ vallis Monasterio, quod hodieque habetur insigne, initium & origo obtigit, tempore Innocentij secundi Pontificis maximi Anno 1131. Constantino primo Aureæ vallis Abbati à Diuo Bernardo instituto successit Theodoricus de Vitry, vir strenuus & amator disciplinæ regularis, cui statim à regiminis sui exordio curæ fuit bibliothecam optimis libris instructam erigere, & in eam vndequaque codices diuersarum linguarum comportare. Obijt Anno Dominicæ Incarnationis 1152. *Alber Verdun Episc. Aureā vallē reformare conatur* *Episc. Virdun. petit à D Bernar. Monachos qui Auream vallem incolant. Mittuntur Constan cū alijs sept. Constan. Aureæ vallis Abbas. 1. Theod. de Vitrij Abbas 2.*

In eius locum, fratrum electione, sufficitur Theodoricus Verdunensis, qui non minus religione quam doctrina Ecclesiam sibi commissam gubernauit, & tandem Anno Domini 1167 naturæ debitum exsoluit 10. februarij *Theod. Virdunensis Abbas 3.*

Successit deindè Adamus de Longuiono qui dum suis vsque ad annum Christi nati 1177 præfuisset, in fata concessit. *Adamus de Longuion Abb. 4.*

Adamo vita defuncto surrogatus est Stephanus Luxemburgensis, vir moribus & scientia eo honore dignus, in gubernanda Domini familia singulariter idoneus, qui vitam morte commutauit Anno 1188. *Steph. Lux. Abbas 5.*

Remigius de Longuiono defuncti locum subiens annos quinque cū laude munere suo respondit è viuis excessit septimo Calend. octobris. 1193. *Remigius de Longuiono Abb. 6.*

Gerardus à Rupeforti statim substitutus, continuos nouem annos monasteriū idem administrauit, mortuusque est Anno 1204. *Gerardus Abbas 7.*

Ioannes Destalles eius successor, exacto à suscepto regimine biennio tantum, viam carnis est ingressus anno scilicet 1206. *Ioannes Abbas. 8.*

VValterus de Vertano deindè in Abbatiali officio succedens, illud administrauit, *Abbas 9.*

uit, in annum vsque 1219. tum enim pridie Calendas Aprilis Deo animam reddidit.

Petrus Leod. Abb 10. Isti defuncto fratrum suffragijs sufficitur Petrus Leodiensis. qui anno 1214. quarto nonas Augusti mortis tributum pependit.

Henric. de de Sathan. Abbas 11. Eundem tunc locum optinuit Henricus de Sathanaco vir multis virtutibus, & sufficienti scientia ornatus qui talentum sibi creditum cum lucro reportauit migrans ad Dominum Anno 1228.

Ioannes de Nanfchat Abbas 12. Ioannes de Neufchasteau præcedentis immediate defuncti dignitate, fratrum votis decoratur, atque in eis sic sese habuit, ob singulares animi dotes, & impensa in rempublicam officia pater patriæ diceretur. Obijt 1237. 10 Martij.

Ioannes de l'Affertè Abbas 13. Successit Ioannes de Feritate (vulgo l'afferte) vir grauis & prudens, & in gerendis negotijs prouidus, hunc mors abripuit Anno 1245 Idibus Martijs.

Henricus Bullonièsis Abbas 14. Tum denique successit Henricus Bulloniensis ædificiorum, & rerum Monasterij sui egregius instaurator, & insignis pater familias, qui diem clausit extremum ipsi Calendis februarij 1259.

Ioannes Namurc. Abbas 15. Ioannes Namurcensis concordi fratrum electione in prædefuncti cathedra cõstituitur, qui dum spartam sibi creditam satis egregiè exornasset, & Monasterio suo valde vtiliter præfuisset, fatis concessit Anno 1263.

Guido Chinacensis Abbas 16. Guidoni Chiniacensi tum iure legitimo baculus pastoralis eiusdem functionis est traditus, quo scilicet ouile dominicum magna cum laude pascens, talentum suum iusto fœnore auctum Domino consignauit, vitam cum morte commutans Anno Domini 1267. 3. Octobris.

Nicola. de Lupifonte Abbas 17. Nicolaus de Lupi fonte canonicè itidem eodem vocatus, vir grauis & sapiens administrator obijt 5. octob. anno 1299.

Nicolaus Treu.rens. Abbas 18. Nicolaus deindè Treuerensis non minus prudentia quam sapientiæ laude dignus onus Abbatiale sibi impositum vsque ad annum 1311. egregiè sustinuit.

Ioã. Huyẽ. Abbas 19. Isti porrò Vita functo in ea functione substitutus est Ioannes Hüyensis, quo mortem obeunte Anno 1137.

Iacobus de Mosono Abbas 20. Iacobus de Mosono in eius locum fratrum votis deposcitur, vir certe admodũ liberalis & in Christi pauperes beneficentissimus, vixitque ad Annum Domini 1315.

Robertus de Preney Abbas 21. Robertus de Preney excellentis ingenij, & magnæ pietatis vir subrogatus munus Abbatiale strenue obtinuit, & Anno 1342. naturæ debito satisfecit 12. Calend. Martij.

Theodoric. Danfart Abbas 22. Theodoricus Dansart Roberto succedens doctus & ad familiæ dominicæ regimen idoneus pastor, post multos in officio exantlatos labores anno 1376. animam creatori reddidit, Huic in regimine successit,

Ioã. Metẽs. Abbas 23. Ioannes Metensis vir ob vitæ sinceritatem & singulares quibus ornabatur virtutes plurimum commendatus, obijt Anno 1387 Ioanne è viuis sublato, concorditer à fratribus in Abbatem eligitur Iacobus de Barensio, & ipse prudens admodũ

Iacobus de Barrensio Abbas 24. magnæque eruditionis vir qui dum annis duodecim Abbatiale officium administrasset mortem obijt sexto idus Iannuarias Anno 1399,

Nico. Arlu Abbas 25. Nicolaus de hinc Arlunensis vir strennus, & in monastreij sui Iuribus tuendis valdè

valdè solers, frugaliter præfuit vsque ad annum Domini 14?3. quo diem clausit extremum.

Huic Ioannes de Prouij suffectus, consummatusque in breui compleuit tempora multa, mortem obiens anno verbi Incarnati 1429. *Abbas 26.*

Ioannes de Philomena tam doctrina quam Religione venerabilis prædefuncti curam accepit, cui postquam ad annos incubuisset aliquot, consenescens hac mortalitate fuit exutus Anno 1442. *Abbas 27.*

Nicolaus de Brionsuilla in eius locum subrogatus scientia scripturarum & prudentia in agendis sic clarus effulsit, vt ordinis Monasterij propugnator fieret eximius, migrauit à seculo Anno 1476. *Abbas 28*

Godefridus de Aremberg vir nobilis & doctus, dicto Nicolao substituitur, qui prædecessorum vestigijs insistens, monasterio sibi concredito magna cum laude præfuit, Hic mitræ vsum, quo priores caruerant à Summo Pontifice obtinuit, qua eius deinceps successores dum solemnius sacris operantur, solent insigniri. Obijt Anno 1458. *Abbas 29.* *Mitram à summo Pōtif obtinet*

Nicolaus de Villari Abbatis dignitate inauguratur mortuo Godefrido, cui quoad virtutis & sapientiæ commendationē nequaquam cessisse dicitur, & ex hac migrasse vita Anno 1504. *Abbas 30.*

Isti è viuis sublato succedit deinde Balduinus de Prosseux vir doctus, & valdè notabilis, qui tam in spiritualibus, quam in temporalibus pater familias sagacissimus est habitus, mortemque obijt Anno 1530. *Abbas 31.*

Suggeritur in eius locum Godefridus De Presseux vir religione pariter & doctrina, simulque rerum gerendarum dexteritate pollens, qui postquam suis præluxisset verbo & exemplo, fatis concessit ipsis Calendis Nouembris. 1540. *Abbas 32.*

Concordi indè fratrum electione Abbas designatur Mattheas à Malmundario in sacris literis eruditus, & sæcularis doctrinæ non ignarus, historiarum etiam lectioni singulariter deditus; qui Comitum Chinensium numerum, ordinem, & vitas breui & luculendo sermone literis commendans nomen suum posteritati consecrauit. Extat autem hic Tractatulus apud Auream vallem manu scriptus, mortuus est Matthias Abbas Anno 1555. *Abbas 33.*

Suffectus defuncto Matthia est vir vita præstabilis Lambertus de Vvaigne nominequi è viuis excessit, anno. 1562. *Abbas 34.*

Dominicus à Sathanaco in demortui locum succedens cum vitæ moribus, tum sapientiæ doctrina sibi commissum gregem ædificare studuit, & in tantum sanctæ conuersationis, fidei, pietatis & innocentiæ decorus habebatur habilibus, vt quidam alterum D. Bernardum eum assererent, obijt Anno. 1570. *Abbas 35.*

Cum id temporis hæretici vesania incredibili in Ecclesiam grassarentur, vt in alijs Europæ partibus, æque in Belgio templa, altaria, imagines, monasteria, demolirentur, sacra prohanarent, Dei viuentis & sempiterni nomen sanctum & terribile, ad hæc Diuos omnes, & Ecclesiam blasphemis vocibus proscinderent, Magnus Hispaniarum Rex, Catholicus Philippus secundus, eiusmodi malis occurrere cupiens, inito cum suis consilio, opportunum censuit, vt per belgij tractum varij de nouo instituerentur Episcopatus, quatenus his præfigendi, doctrina, vigilan- *Philippi 2. Hispaniar. Regis egregij conatus*

Hic maritali vinculo quandam mihi ignotæ familiæ nobilissimam copulauit adolescentulam, Isabellam vocabulo, ex qua prodierunt nati Ludouicus & Ioannes filij, & filia Elyzabetha. Quibus in lucem æditis, Vrbano secundo Pontifice Maximo pro consilio Claromontano exhortante, vna cum Godefrido Bullonio Duce Lotharingiæ quæ hæreditate ei proximè, ex Imperatoris sententia obuenerant, alijsque Principibus eandem expeditionem suscipientibus ipse Ludouicus Comes bello sacro contra Saracenos ineundo cooptatus, cum eis pariter in Syriam profectus est, vbi dum ante Nicæam nostri aliquamdiu castra metati, nonnihil indè recessissent, audiētes Solymannum Turcorum Imperatorem in proximo, suum cōstitutum habere exercitum, in eum magno impetu Christiani (eiulantibus more solito Barbaris) irruerunt. Dumque pugna daretur vtrinque atrocissima, Deo suis opem ferente, a Christianorum parte cessit victoria, fusis nimirum & fractis Turcorum viribus, quorum ad quadraginta millia ea in acie ferūtur cecidisse, cum tamen perpauci illorum comparatione è nostris occubuerint, in quibus & Ludouicus Comes de Montioije fortis Christi athleta cum hoste congressus, interijt.

niorū Marwilla & Aranceij Dominus.

Vrban. 2. Papa.

Principib. expeditione in Saracenos parātib. se coniungit.

In bello ante Nicæam cadit.

Isabella marito hac ratione priuata, curā in primis habuit, vt statim à viri profectione ambos suos filios mores, & literas cōpetentes discendi gratia ad Parisiensē dirigeret Academiā. Vbi dum sedulā studijs nauarent operā, nuntio accepto de patris Comitis interitu, Ioannes ex rei adeò insperatæ, & grauis appræhensione, in febrim acutam incidens, cum ea diutius torqueretur, medicorum tandem ope releuatus, eorundem nihilominus consilio, vt paternum solum repeteret, aeris sibi connaturalis hauriendi causa acquiescens, ad firmandam voluntatem, iter Mariuillam versus domicilij videlicet parentum suorum, suæque natiuitatis locum ingressus est. Dum verò sub profectione eadem in Rebarcensi insigne Monasterium ordinis Sancti Benedicti, Diuum Petrum Archiapostolum eius patronum salutaturus introisset, à Raynaldo Abbate Religioso admodum, viro perquam humanissimè susceptus, & liberaliter habitus est: & cum eundem ex præclara illa familia ortum ducere intelligeret, maiore cum eo vsus est familiaritate, eum apud se detinens donec melius, quoad corpus constitutionem haberet. Adolescens interea hominis beneuolētiam admiratus, & etiam subindè in religiosorum eius loci consortium admissus, cum modus ille viuenti multum ei probaretur, animū & ipse eo adiecit, vt summo desiderio ad eundem statum monasticum anhelaret. Vndè instanter valde tum Abbatem ipsum, tum fratres conuentuales precibus pulsare cæpit, quatenus ipsum in suam confraternitatem admittere vellent. Abbas vt vir erat longo rerū Monasticarum vsu expertissimus, & prudens, adolescentis non statim acquiescendum petitionibus ratus, sed ad maiorem spiritus, & animi explorationem capessiturus, eum tantisper à votorum suorum consecutione suspendit, donec datis ad matrem eius literis, quid ad hoc ea responderet intelligeret. Comitissa Isabella filij sui Ioannis istiusmodi feruore animi intellecto, præ gaudio in lacrymas resoluta, Deū ex præcordiorū affectu orauit, vt qui in sui vteri fructu tā sanctū opus incepisset, dignaretur sua diuina clemētia ad perfectū deducere, existimās nimirū nihil sibi fœlicius circa filios cōtingere posse, quā si toti obsequio Diuino mancipati, noctes atque dies ei ministrare satagerent, cui seruire regnare

Ioanes Ludouici Comitis filius in febrim incidit.

Monaster. Rebacensem inuisit.

Monasticæ vitæ desiderio flagrat.

Insignis Isabella Comitissa religio ac pietas.

est. Rescripsit igitur mulier deuota, sibi perplacere, vt filius suus, qua erat diuinitus gratia, præuentus, eidem omnino responderet, & religionem monasticam in Rebacensi Cænobio profiteretur, vbi inter pietatis officia patris & matris ad Deum in precibus haberet memoriam.

Ioannes ab Abbate in numerum monachorum suscipitur. Sacellū Diui Petri in monasterio cō- struitur.

Ioannes Matris tam gratum adeptus consensum, statim habitu Nouitiatus ab Abbate sibi tradito, consuetum probationis annum incepit, vbi in humilitatis, patientiæ, charitatis, obedientiæ aliarumque Christianarum virtutum exercitio indies proficiens, omnibus magis ac magis charior reddebatur, Isabella interea mater eius grati in Deum animi significationem præbere cupiens in Maruilla Capellā à fundamentis in honorem Diui Petri, cuius titulo (vti præfatus sum) insignitur Monasterium Rebacense extrui fecit, eique ex proprijs, reditus satis amplos consignauit: Atque hæc Diui Petri Ecclesia est quæ modo primaria in Maruillæ oppido censetur. Addidit insuper ipsa Comitissa alium in proximo Sacellum sub Diui Nicolai patrocinio, quod meminisset maritum suum, dum viueret, huic Diuo admodum deditum, imo & eius corpus religionis ergò visitare pollicitatum fuisse. Hanc autem Ecclesiam sufficiente dote ditatam, & eius patronatus Ius cum omnimoda iurisdictione prædictis Abbati & Monasterio Sancti Petri Rebacensis in perpetuum contulit.

Ioānes piè admodum bona sua dispensat.

Imminente porrò, solemniter profitendi tempore Ioannes Abbatis permissu Maruilliam profectus, vbi matrem salutauit, & ab ea petijt hæreditatis partē quæ sibi contingebat, vt de ea, dum adhuc propriæ voluntatis erat compos, disponeret. Accepta igitur in suam potestatē hæreditate sua Ioannes, eandem solēni donatione in eleemosynam Prioratui Diui Nicolai in Maruilla sita, donauit, cuius scilicet Prioratus dispositionem, & per aliquem è fratribus administrationem haberent Abbas & Conuentus Rabacensis, quod totum, Honorius secundus, bulla sua Pontificia confirmauit.

Professionē facit.

Ioannes suis ita dispositis ad Monasterium reuersus, anno probationis euoluto vota Religionis secundum Diui Benedicti canonem, solemni rite Domino Deo nuncupauit, & deinceps tanta extitit cōuersationis probitate, vt post aliquot annorum curriculum, defuncto loci Abbate, in eius locum concordi fratrum electione expeteretur: ad quod quidem munus vocatus summa cum laude Monasterium suum tam in spiritualibus, quam temporalibus administrauit, & tandem bonis auctus operibus hanc mortalitatem, cum immortalitate commutauit.

Eligitur in Abbatem.

Ludouicus frater eiꝰ Comes Montioye & Domin. in Maruil. Il-lq; comitatum Montioye & dominiū Maruillæ in Montis Falconis.

Ludouicus alter Ludouici & Isabellæ filius, frater germani in Monasterium ingressi Comes de Montioye, & Dominus in Maruilla & Arenceio effectus, vxore ducta nullam ex ea prolem suscitauit, Vndè soror eius Elyzabetha dictas possessiones hæreditario iure sibi obringentes, in VValramum Montisfalconis Comitem maritum suum trāstulit, cui & peperit filium Vvalramum patris in ijsdem bonis successorem.

Tandem decursis multorum annorum spatijs accidit, vt Dominus de Maruilla & Arenceio cum omnibus appendicibus suis in Principum Luxemburgensium proprietatem deuenirent hoc modo, VValramus Ducis Luxemburgensis filius Ermesindam eius nominis secundam Luxemburgensem Comitissam vxorem

accepit, ei Marchionatum Arlunensem dotis nomine deferens. Ex horum autem geniali thalamo perfluxerunt liberi, Henricus, Catharina, Margaretha, & Elyzabetha, cui postremæ maritus effectus VValramus Comes Montisfalconis, Dominusque in Maruille, & Arencei, easdem possessiones tanquam coniugi vna secum appropriauit in dotem.

Comitem transfert. VValram. Comes Montisfalconis & Dominus Maruil. & Arancey.

VValramus iste dum vice quadam inopia laboraret, pecuniæ summam ab Henrico Comite Luxemburgensi, cuius ipse sororius erat, mutuo accepit, ac deinde idem semel iterumque repetijt, donec mutuum cum Dominijs Maruillæ & Arencei penè æquaretur, tum verò inter partes mitio contractu Henricus à sororio suo VValramo vendita eiusmodi Dominia superaddito ad mutuatam summam quod deerat suis possessionibus, adiunxit ipsi VValramo affini oppidum Sancti Viti cum Nudorff in feudum consignans.

Dominia Maruil & Arancey in Lux. Comitũ potestatem veniunt.

Tempore post insequenti grauis exorta est inter Henricum Luxemburgensem Comitem præmemoratum, & Theobaldum Barri Comitem sororium suum vtpote Margarethæ sororis maritum quæstio, super Namurcensi Comitatu, cuius nuper (id est anno 1238) Comes Philippus absque hærede ex hac vita decesserat. Huius sese successioni obtrudere singuli volebant, tã dicti duo affines Comites, quam quidam Flandrorum Comitis consanguinei. Cum verò eiusmodi controuersiæ terminandæ amicitiæ & pacis tractatus non sufficerent, ad armorum subsidium confugerunt, & ipse, Theobaldus Barrensis, bello Henrico Luxemburgensi denunciato, oppidum in primis Lyneum in Barrensi Comitatu situm (quod hic ab illo in feudum tenebat) armata manu inuasit, ac denique tanta vi oppressit, vt in suam illud redigeret potestatem. Henricum Comitem Luxemburgensem sese defendere molientem, in Castrum suum Barrense præterea abducit captiuum.

Bellum inter eos exoritur.

Lyneũ oppidũ in ducatu Barren. capitur. Comes Luxẽburgẽsis adducitur.

Colitigantium istorũ consanguinei quidam noti & affines dissidium istud concupientes, eosdem ad pacem inter se componendam serio hortati sunt, qui[illegible] ægrè Barrensis acquiesceret, ideò quod aduersarium in potestate habens facile potiores obtinere poterat, considerans tamen quam indignum foret inter Principes, fratres, vicinos, eosdemque Christianos odium & inimicitias foueri, [illegible] importunitate victus consensit, vt de pacis conditionibus ageretur. Sic autem fuit conuentum, vt Henrici Luxemburgensis Comitis filia Guidoni Flandriæ Comitissę filio nuptum traderetur, quibus coniugatis Namurcensis Comitatus ille [illegible] obtingeret. Idem autem Henricus Luxẽburgẽsis Theobaldo suo sororio Barrensi Comiti medietatem omnium bonorum, redituum fructuum, Iurium, & quorumlibet emolumentorũn sibi in dominijs Maruillæ & Arancei cum appendicibus, quæ pridem à VValramo sibi comparauerat, in perpetuum cederet, retento nihilominus integre supremo Dominio, sic nimirum, vt Barri Comes illam suam medietatem à Luxemburgensi Principe, tanquam Domino solo directo in feudum acciperet, & teneret. Quæ quidem rei sic gestæ narratio ne à quoquam in dubium reuocetur, lubet subnectere quæ sequuntur ex mutuo contractu verba:

Pax inter dissidentes cõponitur.

Medietas omniũ bonorũ in Dominijs Maruillæ & Arancey Barrensi com. assignatur.

Nos Henricus Comes Luxenburgensis Rupensis, & Marchio Arlunensis, & nos Margaretha eius vxor Comitissa prædictorum locorum, Et ego Theobaldus Comes Bar-

rensis, Notum facimus quod nos acquisiuimus Maruillam Aranceum cum appendicibus omnibus à VValerando Domino de Monteioye & Montisfalconis talibus, modo & forma. Quod nos Henricus & Margaretha antedicti habebimus medietatem in omnibus præeminentijs & reditibus. Et ego Theobaldus teneo, & tenebo in feudum & homagium ab antè dictis Comite, & Comitissa Luxemburgensibus, cum adhuc alijs bonis quæ ab illis habeo & teneo. Actũ Anno millesimo ducentesimo, septuagesimo.

VValram. Comes Mõtisfalconis moritur. Comes Luxemburg. medietate sua in Marnille & Arãceij, Elyzabethæ viduæ donat.

Ista dum fierent defunctus est VValramus Comes Montisfalconis. Vnde Henricus Luxemburgensis Comes sorori viduę Elyzabethæ compatiens, eidem medietatem suam in dictis Dominijs liberali donatione reddidit, eãdemque donationẽ literis autenticis confirmauit, ac deinde filio ipsius VValramo renouauit, & ratificauit, sic tamen, vt sicut in altera medietate Barrensi in feudum data sibi supremã auctoritatem reseruauerat, sic etiam in ista, sorori & hęredibus resignata, auctoritatem itidem principalem retineret; Vnde factũ est vt Barrensis Comes & Elyzabetha vidua æquales omnino, quoad Ius, in istis Dominijs euaderent, Henricus autem Luxemburgensis vtrique tanquam Princeps præemineret.

Reuertitur medietas hæc ad Comitem Luxemburg.

Mortua porrò Elyzebetha prædicta, filius eius egestate coactus, Ius omne illud, quod in dictis Dominijs (via memorata) possidebat. Henrico Luxemburgensi Comiti auunculo suo, cum pacto de retroeundo triginta milibus librarum turonens. vendidit, Hinc itaque effectum est, vt mediante hoc emptionis contractu Dominia Marnillæ & Arancey pro media parte in Luxembergensium Principum ius redierint, remanente nimirum altera penes Barrenses Principes, superioritate tamen Principali tota in solidum (id est tam quoad vnam, quam quo ad alteram medietatem) vti antea Luxemburgensibus competente. Quod verò loca ista & Dominia nomine terræ communis, galliæ terræ commune designentur, id indè causari accidit, quod Iurisdictio eorum omnimoda vsus fructus, census, reditus, & quoduis emolumentum ex dictis Dominijs, & appendicibus proueniens ad Luxemburgensem & Barrensem Duces ex æquo pertineat, excepta suprema autoritate, quam totius esse Luxemburgensis probauimus.

DE COMITATV SANCTI PAVLI alias de Roussy.

Henrici Luxemb. Comitis liberi.

GEnuit Henricus Luxemburgensis Comes superius aliquoties memoratus, (cuius etiam occasione placuit statim hęc hic subiungere) ex coniuge sua Margaretha Henricum Vvalerandum, & Gerardum Dominũ Durbutensem, qui præcauere nulla prole relicta in quodã cõflictu perijt. Hẽricus igitur postremo isto filio priuatus, volẽs ne inter duos superstites lis aliqua ob hæreditariæ partis prætensionem oboriretur ea dispositione vsus est; vt Henricum primmgenitum suum in Comitatu Luxemburgensi declararet successorem, Vvallerando autem Comitum Sancti Pauli nunc Roussy nuncupatum possidendum assignaret, cuius tamen ad vitam suam eorum mater perciperet vsum fructum, qua demque defuncta fructus dicti Comitatus, & omnia

Testamẽtũ eius. VValer. Henrici filius Comes de Roussij.

& omnia quæ in Flandriæ Comitatu habebāt, itemque Lyneum cum Castellaria, & appendicibus, quæ à Barri Comite in feudum acceperat, in vtilitatem cederet, Vvalerandi & successorum, qui etiam ratione Comitatus de Roussij Vasalli fierēt ac Homagium præstarent Henrico, & eius in Principatu Luxemburgēsi successoribus, prout clarè, ex literis desuper confectis hæc deprompta demonstrant.

Nos Henricus Comes Luxemburgensis, Rubensis & Marchio Arlanensis. Notum facimus omnibus & singulis quod Vualerandus filius noster, factus est homo feudalis Henrici fratris sui, nostri charissimi filij, et ab eodem recepit Roussy cum appendicibus &c. Et nos Henricus & Vualerandus, qui in hac consentimus, iurauimus ad manus Henrici Comitis Luxemburgensis, omnia inuiolabiliter seruaturos, & in signum veritatis apposuimus hisce nostra sigilla. Actum 1262. altera quasi modo. &c.

Est autem Comitatus de Roussy situ medio inter Luxemburgum & Thonisuillam itinere, à quibus æque duobus distat miliaribus. Nomen huic erat antiquitus à sancto Paulo, dum Comitatus sancti Pauli appellaretur; quæ quidem nomēclatura euanuit omnino, substituto in eius locum Roussy vel Rattich, ea (vt quidam coniciunt) ratione, quod vir quidam olim prærpotens, ex Russia oriundus, huius loci filia aut hærede in vxorem accepta, Comitatum ex tunc Russy in patriæ suæ memoriam voluerit nominari. Rustici qui huius districtu coercentur, interrogati cui nam pareant Domino, respondere solent, sese & sua spectare ad Sinnper herren/ quod corrupto, æstimatur idem velle quod Sanct Pauls herren. Comitatus iste castrum habens vetustissimum loco superius designato membrū est feudale Ducatus Luxemburgensis, ex quo processisse feruntur, qui modo celebres in Gallia dicuntur, Comites sancti Pauli quamuis mihi non satis probabiliter; cum potius existimem illos genus trahere ex eo Sancti Pauli Comitatu, qui in Artesiæ partibus extat, hodieque celebris. Spectat modo ille quem descripsimus, ad Marchiones Badenses, & Comites de Manderscheidt indiuisim.

Comitatus de Roussy situs.

Vnde Comitatus de Roussy nomen sortiatur.

Comitatus de Roussy feudum est ducatus Luxemb.

DE COMITATV RVPENSI IN Ardenna.



RVPENSIS Comitatus à perantiquo, Castro Rupi excelsæ super extructo, atque eatenus Rupis nomine designato, nomenclaturam accipit, complectens suo sinu vrbem eius nominis & territorium satis amplū, atque ad aliquot miliaria extētum, attamen infœcundum valdè pro maxima sui parte, quanquam hominum industria & improbo labore sic reddatur, vt plurimum fructuosus, incolæ siliginem, auenam, & alia in sui, & pecorum alimentationem opportunam exindè percipiant, vtrumque abundanter. Hæc verò sæpius tali euenit modo, vt locis a vepribus, dumis, aliisque lignis ipsa occupantibus vsu repurgatis terram diuersis proscindant instrumentis, & in partes penè eiusdem formæ diuisam componant cumulos ad modum clibani, ac denique vepres

Rupensis comitatus vnde sic dictus.

Quis eius situs & cōstitutio.

& alia

& alia minutiora ligna & farmenta subjcientes ignem admoueant, cuius vi totus iste terræ globus aduratur, & eam consequatur alterationem: vndè aptus admodum reddatur producere grana superseminata multipliciter aucta. Indè autē quidam affirmant, hanc & alias adiacentes eiusdem naturæ regiones Ardennam nūcupari ab ardendo, quod scilicet terram ardere necesse sit, priusquam debitos fructus proferat. Hinc etiam fit propter eiusmodi continuos labores, simulque summum frigus, & victum sobrium, quo vtuntur istorum locorum inquilini, eos esse corpore perquam robusto, & longæuæ durationis. Antiquitus dum Franciæ limites huc etiam extenderentur, solebant Reges (dum laxandi animi causa Ardennam syluam ad venandum peterent) in Castrum Rupense (tum etiam percelebre, & antiquum, vtpotè à Romanis medijs in syluis excitatum) diuertere, vbi & totius illius regionis nomine suo, gubernatorem habebant constitutum, qui communiter magnus Venator, propter venandi continuum exercitium eis in locis vsurpatum dici solebat. Monstrant adhuc hodiè Rupenses, sedem quandam in rupe excisam, asserentes ea vsum fuisse Regem Pipinum, dum vel lassus aliquantulum requiescere vellet, vel populo terræ audientiam daret, vocarique ea de causa sedem eiusmodi Regis Pipini Cathedram. Iuit autem iam inde a longissimo tēpore castrū hoc per ipsos, vt creditur, Franciæ Reges, comitatu titulo honoratū, cui quāplurimi nobiles ratione feudorum, quæ exindè ipsi tenebant, feudales habebantur. Inter hos verò præeminentiores existebant Illustres Domini de *Beauraius*, de *Hoffalize*, de *Hansur lesse*, & de *Hynningen*, qui quatuor pares istius Comitatus Rupensis dicebantur. Nec verò solius eiusdem tractu feudales, dicti Comitis [illegible] ercebantur, quin & in Hannonia Nobiles plurimos, atque etiam vnum Abbatem eo nomine sibi deuinctos habebat, hodieq; ie habet, vt quotiens eorum quisquam officio, vel vita functo, necesse est ab alijs feuda ipsa possideri, hi ipsi succedentes, aut eorum procuratores teneantur à Rupensi Comite, eiusve Vicario in Nobilium frequenti præsentia feuda recipere; hocque peculiare habet modo Rupensis Comitatus inter omnia Luxemburgensis Ducatus Dominia, vt dum eius nobiles bona sua in alios pro pretio aut alia ratione transmittunt, non coram [illegible] Nobilium patriæ Luxemburgensis, vt cæteri omnes, sed coram dicti Comitatus Præposito &, certis Nobilibus translatio eiusmodi celebretur.

Ardennam vnde id nomen sortitum sit.

Magnus Ardennæ venator.

Quando Castrū Rupēse Comitatus titulo insignitum fuerit.

Quatuor pares Rupenses.

Rupensis Comitatus priuilegia.

Nulli dubium esse debet, quin nobilissimus iste & perantiquus comitatus Principes habuerit plurimos bellicis, & rerū a[illegible]darum gloria præstantes, qui cum laude semper præfuere, donec vltimus eorum absque mascula prole decedens, & filiam vnicam Comiti Namurcensi nuptam relinquens, ipsum Rupensem Comitatum cum ea, & Dominium Durbutense ad Namurcensium Comitatum [illegible] ritatem transferret. Porrò si lector nosse velit, qua ratione cum Luxemburgensi Principatu dictus Comitatus fuerit coniunctus, eique submissus, vti & modo est, recurrendum erit ad ea quæ superius de Henrico cæco Luxemburgēsi & Namurcensi Comite & sequentibus in serie Luxemburgensium Principum narrauimus. Ibi enim post graue dissidium inter Theobaldum Luxemburgensem Comitem & Hannoniæ Comitem, pro Comitatu Namurcensi, quem vterque Iure vxorio sibi competere prætendebant, habitum, conuentum est, vt ipse quidem Namurcensis Comi-

Quomodo Rupensis Comitatus in Comitū Namurcensium potestatem deuenerit.

Comitatus Hannonio cederet, at verò Comitatus Rupe [illegible] Dominio Duibutensi in Ius Luxemburgensium accederet, a quo [illegible] [illegible] fere ab inuicem separata.

DE VRBVTENSI DOMINIO.

D[illegible] uibutum, amplum Dominum, arce munitum [illegible], & vrbe eiusdem vocabuli, Ducibus Luxemburgensibus modo paret, quod olim per se separatum habebat sui ipsius iuris possessorem. Illud hoc tempore possidet, & inhabitat Comes de Ouerem[illegible] titulo oppignoratio, donec coronatorum aliquot millia ipsi addicta persoluant. [illegible] vero ab illarum partium promiscue vulgò Duibutum Comitatus nominaretur, reipsa tamen non est vnquam eo hono[re] per autoritatem superi[illegible], sed id indè euenit, quod eius pro tempore possessor, vti diximus, Comes existat, qui cum ibidem ordinariè resideat Comes Duibutensis communiter appellatur.

Duibutum Dominium.

Cur à pluribus ut comitatus existime ur.

DE COMITATV SALMENSI.

E xtat in Luxemburgensi Ducatu, partibus Ardennæ Castrum perantiquum Salma dictum, à Salmone eius auctore, & primo Domino qui anno post Christum natum septingētesimo septuagesimo eo loco præerat, non quidem Comitis titulo insignis, sed tātum Domini [illegible], porro vt aliqui autumant, Dominium idem Comitatus [illegible] circa Ottonis primi Augusti tempora, scilicet dum non[illegible] Dominicę incarnationi annus ageretur. Habuit olim præ[illegible] sibi oppidulum satis egregium eodem gaudens voca[bulo] [illegible] iniuria, seu bellorum clade sensim vrbis perdidit speciem, [illegible] [ind]eque extant alicubi ruinæ, quas indigenæ veterem Salmam nun[cupant] [illegible] in Romanis, deinde Francis, postea Principibus Mosellanis paruit, [illegible] Luxemburgensi, qui ex Mosellanis fluxit, subijcitur. Errorem autem & [illegible] quod diuersi à Salma Comites nomen trahant, num videlicet, ex ea [illegible] origine. Sunt enim in Ducatu Luxemburgensi Comites Salmenses [illegible] Comitatus Domini, Alij item Salmenses dicti sunt Comites, qui in Du[catu] [illegible], principali funguntur munere, alij tertio extant in Pannonia [illegible] similiter nuncupati, Sed vt sit de his postremo citatis, scrupu[illegible] de prioribus arbitror, si diuersitatem insigniorum vtrorumque [illegible], quæ euidens argumentum esse potest aliam atque aliam eorum es[se] originem, [S]almonenses num illi Lotharingici Primates, Salmones duos argenteo in campo [illegible], Luxemburgēses vero binos salmonēs rubeos in campo argenteo [illegible] præferunt, vnde videre est nihil his nisi tantum nomen esse [illegible] æquiuocum, quanquam alij existiment Lotharingicos præ[illegible] ab annis quadringentis ex Luxemburgēsibus descendisse, ac tunc

Salmon Castri Salmēsis primus fundator et Dominus.

Quādo idē castrū comitatus titulū obtinuerit

Comites Salmenses vnde nomē & originē trahant.

Quæ inter eos sit diuersitas.

nouę arci & Comitatui ipsis obuenienti nomē prioris Salmæ indidisse, & Imperatorum authoritate ad confusionem tollendam amorum [illegible] quod an verum sit necne, studiosioribus penitus indagandum relinquo, [illegible] minus certum habens, quod tam hi quam illi Salmenses Comites [illegible] que præstantissima Nobilitate exorti, quorum progenitores [illegible] gerendarum dexteritate fuēre admodum celebres. Salmensem enim Comitatum, cuius nobis est mentio, a Ducatu Luxemburgensi dependet, sic vt qui eo potitur eum fateatur tenere in feudum a Duce cui ob hoc homagium facere tenetur quisquis in eius ingreditur possessionem, prout ex fragmentis auctenticorum [illegible] torum, super ea re confectorum, hic positis colligi potest.

Comitatus Salmensis feudum ducat. m Luxemb.

Ego Henricus Comes Salmensis notifico omnibus præsentes literas visuris, & legi audituris, quod ego accepi Castrum Salmese, & totam Castellariam cum appendicibus omnibus, & alys ad eam pertinentibus in feudum, & homagium ab Henrico Comite Luxemburgensi, Rupensi, & Marchione Arlunensi &c. In signum vero [illegible] præsentibus sigillum meum appendi iussi. Actum Anno 1248 Die Iouis post festum [illegible] Sanctorum Item. Nos Henricus Comes Salmensis notum facimus omnibus, quod nos recipimus in feudum & homagium à Domino Henrico Comite Luxemburgensi Castrum & Castellariam de Salamis, pro nobis, & successoribus nostris omnibus &c. Datum sub sigillo nostro 1315 decima quarta Marty.

Eidem de Salma Comiti paret & aliud non ignobile Dominium Reinerscheid nomine, non procul a dicto Comitatu situm, quod quidam volunt Duci Luxemburgensi esse feudale, negante nihilominus id ipsum constanter Salmensi Comite, & asserente sese illud nec à Duce prælibato, nec a reliquis [illegible] quoquam tenere, sed esse sui ipsius iuris, quanquam & hoc simul fateatur, si Duci [illegible] iter facere [illegible] sis contingat, obligatione ea locum esse astrictum, vt portæ [illegible] aperiri & [illegible] domus ipsi commodari debeat. Ager Salmensis, nec non adiacentis Dominii fertilis quidem est, vtpote Ardennæ territorio existens; suppeditat tamen [illegible] bore excultus sat granorum, vnde habitatores eius sustentantur. Est præterea [illegible] hoc nutriendis pecoribus aptissimum, adeò vt plures ex inde [illegible] non contemnendum: habentur & fodinæ itidem perplures e quibus tegulæ [illegible] eędē optimæ eruuntur quodammodo in[illegible]tæ, & huc atque illuc ad multam [illegible] ta auehuntur, vt & in alijs partibus ædificiorum tectis cooperiendis [illegible] quæ quidem res multum affert tum incolis, tum præcipuè ipsi Comiti Salmensi commodi pecuniarij.

Dominiū Reinerscheit subest Comiti Salm.

Agri Salmensis qualitas & cōditio.

DE COMITATV VRSIMONTENSIS.

Comitatus Vrsimontensis situs. Qui primi eius possessores.

IN ea parte Ducatus Luxemburgensis, quæ Gallis contermina est, non procul à Mezeria Dominium quoddam habetur [illegible] *Vrsimons* vocabulo, quod scilicet, vt alij coniiciunt, Vrsini [illegible] Romani homines olim fuerint possessores, aut vt alij (meo [illegible] iudicio probabilius) loci eiusdem indigenę aut proximæ [illegible]

[illegible] ex rei cuiusdam euentu, hac videlicet ratione quod cum priusquam castrũ eo [illegible] ædificaretur, & syluæ densissimæ adeoque ferarum habitationi perquam [illegible] haberetur, isthuc territorij Domini venandi gratia sæpius [illegible], accideret interim vna dierum, vt huic exercitio occupatis, canes odo- [illegible] ferarum percepisse se tum latrando, tum sollicitius vestigando ostende- [illegible] exinde ad prosequendum magis magisque, & indagandum feræ de- [illegible] vrgerentur, propinquiores effecti, eius tandem rugitum audi- [illegible]. Sed [illegible] feram admodum ferocem, & truculentam intel- [illegible], neque canum viribus, neque aliis quibus tum muniti erant in- [illegible], sese domum in eam noctem recepere, qua denique transacta, [illegible] amicos assumentes, casses denique & laqueos quibus ne fuga [illegible] erent, per circuitum cum custodibus constituentes, cœpe- [illegible] feram [illegible] quam pridie inquirere, inuentamque insequi: quam [illegible] versus velocitate, & dentium morsibus, præ [illegible] venatorum omni armorum impetu victam capientes, & vr- [illegible] ex diuersis indicijs catulos insuper [illegible] intellexerunt. Hos etiam diligenter perquisitos in antro [illegible] erant, cœperunt, abduxerunt. Ista igitur, vt ad propositum redeam, [illegible] citur esse, cur nomen Vrsi montis castro paulo post eodem loco, [illegible] constructo indiderint.

Lepida historia de vrsæ cuiusdam in venatu captione.

[illegible] qui voluerint Vrsi montem nunquam Comitatus titulo fuisse [illegible] tantummodo pudum Dominium, Chiniensi Comiti feudale, ideò [illegible], quod [illegible] eius districtus sit satis amplus reditus: tamen eo [illegible]. Falluntur tamen hi opinione sua, quod probatur ex eo, [illegible] Luxemburgenses Vrsi montis Dominos Comitum titulo compel- [illegible] vetustis, quæ scriptum autenticum in archiuo Abba- [illegible] continet. Scilicet *Ego VVilhelmus Comes de Lucelem-* [illegible] *in præsentia Domini Folmari primi Abbatis, & fratrum, & nobi-* [illegible] *Hermannus Comes de Salmis: Godefridus* [illegible] *Godefridus Comes in Esch, &c.*

Quorundã falsa opinio

Vrsi mõtis Dominos comites esse

[illegible] & eius præfectus communi [illegible] *orcament* propter [illegible] vulgò nuncupatur, a Duce [illegible] de Chinay, Principis Luxemburgensis [illegible] quæ ordinem attinent Domini constitutus. Exinde porrò [illegible] reditum, & censuum exiguitatem deuenit hic Comi- [illegible], quod eius possessores pietate Christiana inducti plures Ecclesias [illegible] ex proprio dotarunt, in quibus est & Monasterium [illegible] Dei iuxta Mazeriam situm, cuius Comites de Vrsi monte dicuntur fuisse fundatores.

Cur comitatus Vrsi montis non satis amplo rũ redditũ sit.

DE Manderscheid COMITATV.

Comitatus Manderscheidt.

MAnderscheidt insigne & munitissimum C[illegible]um in [illegible] constitutum, & Comitatus honore [illegible] [illegible] Comites eam denominationem fortiti or[illegible] d[illegible], [illegible]te generis & opum affluentia plurimum præstantes, [illegible] omnes Comites de Manderscheidt [illegible]cupati ius [illegible] tatu vendicent: sed eam inde a longo tempore ex eadem radice pro[illegible] diuersos diuisi videntur ramos, nomenclaturam quidem ex Man[illegible] omnes retinentes, verum ad distinctionem [illegible] dominiorum [illegible] sunt, nomina superaddunt, vnde exempli causa, alij dicuntur Comites de Manderscheidt Schleiden Alij Comites de Manderscheid [illegible] Comites de Manderscheid [illegible] Est autem Manderscheid Comitatus [illegible]emburgensi feudalis, atque proinde ipsum eius possessores [illegible] h[illegible] [illegible]one suscipiunt, & recognoscunt.

Inter comites Manderscheidt quæ sit diuersitas.

DE COMITATV Virnenbourgh.

Comitatus Virnenb.

IN confinijs territorij Treuerensis Castrum [illegible] [illegible] nobilissimum Comitum de Man[illegible] [illegible] [illegible] Virneburg [illegible] nomine Comitatus [illegible] dem prius [illegible] erat [illegible] Domi[illegible] [illegible]. Comitatus [illegible] summa [illegible] [illegible]rum [illegible] [illegible] effectum, prout ex [illegible] instrumento [illegible]

Feudum sit ducatus Luxemb.

Nos Henricus Comes de Virnenbourch notum facimus [illegible] feudalis Henrici & sui filij, & futurorum [illegible] bertus dilectus filius meus, & deinceps heredes [illegible] de V[illegible] [illegible] Anno 12-0 ipsa die sanctæ Margarethæ.

Vnde Comitatus hic nomē Virnenbourg sortitus sit.

Cur porro nomine Virne[illegible] [illegible] Comitatus, post [illegible] quisitionem ex eius Domino [illegible] [illegible] x[illegible] accidisse quod cum [illegible] Comites [illegible] quaternos hic Comitatus propter [illegible] c[illegible]lum fortitum sit & [illegible] idiomate Virneborgh [illegible] vier herrenburg [illegible] scilicet Dom[illegible] Castrum [illegible] ratio a [illegible] loci Domino [illegible], mihi equidem satis videtur probabilis.

DE

DE COMITATVS VIENNENSI.

Q[illegible]VANDO Viennensis Comitatus initium sumpserit, qui sue eius fue-[illegible]mus Comes, non constat, esse tamen valde antiquum vel ex [illegible] argumento, quod ex fide digno autore percepi, quendam Monachum Rancherium nomine Comitis Viennensis filium Anno Domini 928 in monasterio [illegible] professum vixisse. Vt tamē non [illegible] origine Comitatus a vero minimè abhorrens proferam, sciendum [illegible] Anno Domini 883. Ludouicum secundum Romanorum Imperatorem [illegible] percepissent Imperij hostes, qui vicum valdè experirentur, North-[illegible] & VVandali hos eosdem coactis maximis armatorum copijs expe-[illegible] partes suscepisse, quo transmisso statim Tungros Traie-[illegible] Aquisgranum, Nouesium, Coloniam Agrippinam, Bonnam, Tol[illegible] cuius tractus oppida & loca munitiora ferociter inuaserunt, nec-[illegible] Monasteria quæuis obuia, item [illegible] Ecclesias, & alia [illegible] loca ferro, [illegible]nibus, & prædationibus impetierunt, atque istis in extremum [illegible] oras Mosellæ fluuij persequentes ad vrbem Treuerensem [illegible] post dierum aliquot circuitu [illegible] immani clade [illegible] & alia loco igne [illegible] nec non personas qualuis [illegible] prædas [illegible] perpetrantes quæ a [illegible] Tyrannis, Bertulphus Treuirorum [illegible] Archipræsul ma-[illegible] ad Metensem ciuitatem confu-[illegible] VValone [illegible] exceptus, & habitus, perman[illegible] vastatis [illegible] omnibus, ad Metenses itidem [illegible] intelligeret. Tum enim consilio [illegible] conclusum est, vt Duci Metensi Comiti Adel[illegible] Episcopus [illegible] viris, & armatorum exercitu [illegible] nominis. Dum igitur ad [illegible] ex aduerso venientes Catho[illegible] ad [illegible] cum eis [illegible] sese obtulerunt. Vndè statim [illegible] Dei [illegible] implorato, cum hoste fortiter congressi [illegible] horarum [illegible] depugnāt, Tandem cum [illegible] a Catholicorum parte Va-[illegible] a parte Northmannorum, qui [illegible] Metensem ciuitatem adeunt, eamque tanta crudeli-[illegible] redactam igne, ferro, direptionibus totam [illegible]

Comitatus Viennensis antiquitas

Quæ huius comitatus origo.

Northmanni totū hunc tractum vastando peruagantur.

Treuerens. Ciuitatem deuastatur.

Bertulph. Archiepiscopus Treuirens.

Metenses Northman. obuiā procedunt.

Remich oppidum.

Vallo Episc. & Adelh. Comes Metensis in prælio cadunt.

Inde [illegible] Regnum, nec non Mosellanum Ducatum peragrantes, nulli lo[illegible] pepercerunt, quin ei quantum possent inferrent molestiam [illegible] sua intra [illegible] istis partibus viderent, in triumph[illegible], Castrum [illegible] Rupes vastas fortissimum extruxerunt, cui ipsi VVandali [illegible] a sua natione deductum indiderunt, atque sic locus iste, siuè Ca-

Northmānorum [illegible]

strum initium, & vocabulum ea ratione accepit. Cum vero postquam [illegible] rum annorum seriem VVandali dictum Castrum, vna cum [illegible] possedissent, vicini Principes, hos barbaros loco eiusmodi occupare [illegible] ferentes, collecto exercitu eos partim trucidarunt, fuga [illegible] rent, ex quo accidit vt ex tunc in hec vsque tempora ad Christ[illegible] trum ipsum vna cum suis appendicibus spectauerit, relicto tamen [illegible] ne VVandalis imposito, quod hodieque quamuis nonnihil [illegible] dicitur namque Vienna, aut Vianden, aut denique Vienthal, quę o[illegible] ore oriuntur vocabulo.

Castrum nomine VVandalicum extruunt. Viennense cast. nomen vnde acceperit.

De cætero quantum ad huius Comitatus possessores attinet, cum, vt [illegible] rum primo, sed nec de sequentibus plurimis constet, impossibile est [illegible] referrem. Veruntamen ne [illegible] muneri proposito [illegible] proferre nomina, quæ post [illegible] nosse licuit, [illegible] Treuirorum [illegible] Comitis Viennensis [illegible]

Comitum Viennensium series incognita. Treueris Comes Viennensis.

Comes itaque Henricus Luxenburgensis [illegible] quam domino suo fidelitate contra [illegible] terens [illegible] & Treuirenses [illegible] ne Vallo, ne [illegible] lo[illegible] pace [illegible] pus aberat [illegible] Regis [illegible] Dei [illegible] Pre[illegible] de Vienna [illegible] in Ciuitate & [illegible] multis [illegible] magn[illegible] fore & perpetuam [illegible] sequitale contra Dominum [illegible] Archiepiscopum [illegible]

Annales Treuirensi.

Hæc [illegible] circa Annum Domini [illegible] Vnde liquet [illegible] qui affirmare audent, Castrum Viennense vna cum eius tota appendi[illegible] ad Templarios pertinuisse, [illegible] ad [illegible] dictum Impe[illegible] rator Castrum hoc, nobili viro [illegible] Longe enim [illegible] planè medio tollere [illegible] quod Anno 30[illegible] [illegible] exerunt [illegible] Montches, Comitis Viennensis filius, post [illegible] Veronensis Annales [illegible] Fredericus, Henricus quoque qui Comitatum [illegible] Anno 1240 [illegible] citur. [illegible] probabile Templarios aliquando Castrum V[illegible] bitasse, non [illegible] eius Dominos, sed Comites loci pro [illegible] operis per[illegible] tentat [illegible] quædam circa templum [illegible] per [illegible] quæ [illegible] rion[illegible] quidam re[illegible] imo [illegible] qui vti regularis [illegible] D[illegible] porro ord[illegible] quam[illegible] & errores [illegible] in Christianæ religionis [illegible] tum, [illegible] Pontifice, Imperatore, Francorum Rege, & aliis [illegible] [illegible] Dei [illegible] desierunt Templarii, Co[illegible] mitum Viennensium [illegible] deinceps gaudere,

Refellitur falsa quorundam de Viennensi castro opinio. Templarii aliquando castrum Viennense inhabitarunt.

Frederico Comiti [illegible] etsi non immediate Henricus qui Anno 1240 viuebat, vxorem habens Margaretham illustris familiæ (licet [illegible] filiam, è quorum geniali thalamo profluxisse arbitror, propter [illegible] [illegible] mitatem, seu verius identitatem colendam Monasterij Mariæ vallis vulgo Marien-thal.

Henric Comes Vienn. Vxor eius & liberi.

[illegible] Prædicatorum sanctimonialem quam vidisse se, & affatum fuisse testatur Thomas de Cantiprato S. Theologiæ Doctor eximius, nec non Cameracensis [illegible] in opere suo de apibus li. 2. c. 29. nú. 33. istiusmodi relatione. *[illegible] virginum facta & gesta meo tempore, si referrem, potius me tem-[illegible]. Vidimus enim plures filios Comitum & Baronum qui [illegible] in Monasterys, vel congregationibus virginum, vitam cælibem elegerunt [illegible] cæteros vnam Iolendam nomine, filiam Comitis Viennensis vidi, quæ ad [illegible] cuiusdam fratris ordinis Prædicatorum VValteri nomine, cuius supra feci [illegible] inaudita constantia parentes euicit: vt sponso suo Iesu Christo cum sorori-[illegible] Prædicatorum in Valle beatæ Mariæ in Diocesi Treuirensi liberè deseruiret. [illegible] Romanorum moderatoris neptis, & Imperatoris Græciæ consobrina, & Ar-[illegible] Principis soror, a parentibus & amicis præparabatur nobilißimis nuptys copulari, [illegible] posset eorum posteritas sublimare. Illa autem alias intendens, matrem om-[illegible] dicti loci sorores inuisere. Quo vbi venit, alias cum militibus & familia [illegible], filia vt prius ordinauerat vocatis in Capitulū sororibus votū Religionis [illegible], & Impositum Responsoriū Regnum mundi, ipsamet inchoauit, Quod [illegible] lætioris vocibus prosequente audit mater, miratur concentum repentinum [illegible] ex suis videre quid esset, renunciat ille beatißimā Iolendam habitu sa-[illegible]. Quo audito mater attonita, accurrit filiam rapere [illegible] nec [illegible] loci violenter infringere, raptā secum abduxit, & in Palatio Vien-[illegible] custodiæ mancipauit. Et vide quali constātia vicerit, Cibus tantū Regula-[illegible] ordinē contenta alios comedere nulla violētia cogi poterat. Alia quoque sta-[illegible] à quibus corpus vel animus arceri non poterat, vigilantius obseruabat. De-[illegible] habitu ordinis violenter, coloratis eam vestibus induebant, Nudita-[illegible] virginē pudicitiam nō decebat. Quid moror verbis, per Episcopos, Abba-[illegible] & per alterius professorū moniales & Religiosos diuersi generis ten-[illegible] tamen infra [illegible], vel ad reditum seculi, vel saltem ad laxioris vi-[illegible] animum eius conuertere potuerunt. Dicebat enim verbis mutiens Aposto-[illegible] vocatione qua vocata sum immobilis permanebo. Parentes igitur & amici a [illegible] finaliter desperati, eam redire ad dictum locum & ordinem permise-[illegible] exemplis vitæ fulget, vt nulla in ea deesse virtutis dignitas videatur.*

[illegible] Thomas Cantipratensis autor [illegible], [illegible] testis oculatus [illegible] idcirco de verbo ad verbū libuit hic attexere, vt inde colligatur quam [illegible] tēporis fulserint Comites Viennenses qui Romanorum, Græ-[illegible] Imperatores, itemque Achaiæ Principes proxima consanguinitatis fi-[illegible] gradu affigerunt, atque etiam, [illegible] indigiam [illegible], laudes [illegible] Iolendæ merito de [illegible] huc e.

[illegible] Viennæ Comes Iolendæ vti arbitror parens, cruce signatus, & [illegible] cum alijs Principibus ad [illegible] Barbarorum [illegible] curauit, hæredemque & in Comitatu successorem habuit [illegible] filium

Thomas Cantipratensis.

Iolenda comitis Viennensis filia in Marienthall/ cum matre proficiscitur.

Inscia matre votum religionis edit.

Mater eam e Monasterio abducit & carceri mancipat.

Conceditur ei facultas ad monast. redeundi.

Henric Comes Vienn. cruce signatur.

Philippus Comes Viennensis. filium suum, cui in coniugem deinceps est Maria cuius cognationis nescio. Philippo isti magna amicitiæ necessitudo intercedebat cum Henrico Luxemburgensi Comite, à quo cum semel pecuniæ summã ingentẽ mutuo accepisset, [illegible] di debito liberaretur eidẽ, & successorib Luxẽburg. Principibus Viennensium Comitatũ feudalẽ fecit, prout literarũ proindè confectarũ tenor [illegible]

Comitatus Viennensis feudale [illegible] est Luxem. *Ego Philippus Comes de Vienna & Dominus de Grimberge [illegible] quod mediante summa pecuniaria, & alijs conditionibus, quam Nobilis [illegible] rus Dominus Henricus Comes Luxemburgensis mihi assignauit. H[illegible] est [illegible] certa scientia, & pura voluntate, illi obligauerim Castrum meum Viennense [illegible] dum cum Burgensibus, & quicquid ad dictum Castrum pertinet. Et deinde ego [illegible] redes mei Comites Viennenses tenebimus, & ab illo recipiemus, & a [illegible] Comitibus Luxemburgen. imperpetuum in feudum (saluo tamen feudo [illegible]) vtque istud ratum sit obligaui, & præsentibus obligo ac onero dictum Castrum [illegible] pendicibus &c. Datum Anno 1248. ipsa die Barnabæ Apostolo Mensis Iunij.*

Godefridus Comes Viennensis. Profluxit autem ex Philippo & Maria coniugibus, patri in Comitatu [illegible] filius Godefridus, cui cum nullam prolem Adelheida vxor peperisset [illegible] mitatus ad proximum hæredem Henricum cui filius Symon nomine [illegible] Mariæ coniux, verum tantam filiam genuit. Hæc itaque [illegible]

Comitatus Vienn. transit ad Walramũ Comitis Spanhemensis filiũ [illegible] res eundem marito suo VValramo Comitis de Spanheim [illegible] dotis nomine detulit.

Post VValramum Viennæ Comes effectus est, Ioannes Comes de [illegible] nomen o [illegible] & hoc defuncto Engelbertus, qui [illegible] Comitem de Nassaw. Hic verò Henricum cuius [illegible] ac deinde [illegible] Comitissa de VValdecq extitêre coniuges.

Henrico Comiti Viennensi successit Ottho Dux Brunsuicensis, & [illegible] Comes de Nassaw quem secutus est Philippus, qui vxorem duxit [illegible] nomine.

Transit in [illegible] Nassaw Principem Au[illegible]. Deinde [illegible] iure successionis legitimæ Comitatus Viennensis ad [illegible] de Nassaw principem Auraicensem [illegible] 1566. [illegible] Rege, [illegible] Comitatu [illegible] Comites in [illegible] tes Luxemburg [illegible] Regiæ Maiestatis [illegible] [illegible] Deo, & Carolo quinto [illegible] [illegible] Hispaniarum Regi [illegible] [illegible]

Redit ad Principem Auraicum [illegible] 1604. [illegible] cum morte mutasset, [illegible]

[illegible] in Ducatu Luxemburgensis Ducatus [illegible] Vrbs [illegible] alia [illegible] idem nostro [illegible] incipientes [illegible] ab [illegible] primarium [illegible] iure [illegible] Luxemburgum.

DE LVXEMBVRGENSI OPPIDO TOTIVS Ducatus eiusdem nominis Metropoli.

Luxemburgũ Metropolis ducatus Luxẽb.

LVXEMBVRGVM caput, & Metropolis sibi æquiuocè Prouinciæ, quod ei nomen suum communicet, Mosellam ingentem fluuium à parte sua Meridionali respiciens, ab eoque bino miliari distans, Treuerensem ciuitatem sex miliarium spatio inter orientem & occidentem sibi habet vicinam; Metensem verò Mediomatricum Metropolim inter meridiem & occidentem octo miliaribus distantem: Situs eius mirabilis est, & admodũ inæqualis; potior enim eius pars in rupium altissimarum summitate, quæ planiciem satis amplam continet, fundatur: at duæ aliæ eius portiones in decliui duplici montis situm obtinet, quarum vna propter eius profunditatem, fundus: altera eandem ob causam vallis nuncupatur.

Situs eius.

Oppidum Luxemb. superius.

Prima porrò illa in sublimi posita à loci habitatoribus, Mons dicitur siue oppidum superius quod certè tum ex loci natura, tum humanæ artis industria perquã munitum est & aduersum hostiles incursus instructum, nam ab australi occidua, orientalique partibus rupibus insidet altissimis ijsdemque ita quasi ad perpendiculum erectis & complanatis, vt nulli animantium generi (quæ vulgarum adminiculum adminiculo vti solent) peruię habeãtur, vndè ab istis penè omnibus partibus inaccessibilis superior ista vrbs Luxemburgica iudicatur: quod verò ad Aquilonarem attinet reliquam partem, mœnibus, turribus, fossis ac quibuslibet ad propugnationem requisitis ædificijs communitur, proindeque inter totius Belgij loca haud meritò, dignitatẽ à fortitudine obtinet haud postremam. Porrò quantum ad cæteras duas eiusdem oppidi partes, eædẽ præualidis muris ac turribus cingũtur, atque cum superiori illo pulchrè coniunguntur, à qua tanquam præstantiori munimen etiam non exiguum consequuntur, vt si ad hosti obsistendum debiliores forte extiterint, ab ea subsidium facile percipiant. Istarum inferiorum pars quam fundum, germanicè Den grundt/ gallicè *La ville basse*, appellant fluuium Alzet vulgo dictum, per murum suum occidentalem admittens alueum ei accommodat, magno vrbis cõmodo vsq; ad muros ex aduerso positos per quorũ arcus egressus Rupem quæ Arcem antiquam, & Monasterium adiacens Benedictinorum, itẽque alia coniuncta circuiens regirat sese versus alteram, quæ vallis seu vulgo Pfaffenthal appellatur inferiorem oppidi partem, cui & commoda præstat peropportuna. Nam vti in superiori quam Fundum nominari diximus parte molendinorum perplurium rotas impetuoso suo cursu versat, sic illud idem hac inferiori Pfaffenthla efficit, prætérquã quod vtrinque cereuisiæ coctoribus, itẽque coriarijs, singulis scilicet iuxta opificij sui exigentiã, quicquid ab elemento aquæ accipere habent abundè suppeditet, aliaque alijs quæ ad longum recensere puto superuacaneum, satis oportune sufficiat Luxemburgense oppidum non vno continuato tempore in sui primordio ad eam, in qua modo cernitur amplitudinem deuenit, sed sub diuersarum ætatum conditionibus sensim, paulatim, & denique per partes eo tandem excreuit magnitudinis, quæ sanè non contemnenda est. Putatur

Oppidum inferius.

tatur verò ab ea inferiori parte quam fundum appellant, exordium sumpsisse, eo scilicet loco ex aduerso pontis, vbi fabri ferrarij officina & domicilium habetur, indeque hinc atque inde infra & supra successu temporis reliqua accessisse ædificia, quanquam mihi quidem probabilius videatur superiorem etiam vrbis partem ædificijs ante reliquas egregijs extitisse instructam, eo videlicet argumento, quod Ptolomæus Mathematicus & Geographus antiquissimus locum, quem modo Luxemburgum appellamus Augustam Rhomandorum siue Rhomanduorum indigitârit, ex quo non obscurè liquet eius autoris tempore celebrem satis fuisse locum istum, cui Augustæ vocabulum (quod primatum quendam denotat) fuit tributum, Sic nimirum Augusta Treuirorum & Augusta Vindelicorum dicuntur capita siue Metropoles eorum regionum siue nationum à quibus denominantur. Cum igitur eadem ratione probabile euadat Augustæ nomen, loco, de quo agimus, fuisse inditũ, & ante Ptolomęi tẽpora vsitatũ, illud etiã fit verisimile, quod ædificijs præfulseria egregijs, quæ potius in editiori amœnoq; loco fuerant cõstituenda quã humili & obiecto fundo. Qui autẽ, aut quales fuerint Rhomandi isti, quibus nostra Augusta tanq: à caput pręeminuerit, si cõijcere liceat, existimo nationem eam dictam fuisse, quæ in eius partibus Rhomando sermone, quem hodieque retinet media pars Luxemburgensis Ducatus, & pleræque adiacentes regiones vtebantur, & dicitur ab illis, *Romam*, quasi nimirum ex latio siue Romano ideomate deriuatum, quod nihil aliud esse videtur quam gallici sermonis corrupta quædam propago barbarizans. Hæc a me probabiliter citra potioris sententiæ præiudicium dicta sunto. Habuit præterea locus iste nomina nonnihil ab hodierno dinersa, è quibus nimirum Luxemburgum (quod modo commune est) deducitur, vocatum enim aliquando fuit Lucisburgum, à luce & Burgo, quod est Castrum, quod videlicet ibidem olim extiterit fanum celebre, in quo à populis gentili superstitione adhuc implicatis, Luci, tanquam Deæ sacrificabatur, Sunt tamen qui velint potius ex germanico vocem latinam deriuari. vt Lutzelburgh significat paruum burgum, propter eius nimirum paruitatem & angustiam. Alij à luxu potius deductum aiunt Luxẽburgum, quod eius incolæ gentiles inibi luxui, epulis, & carnis voluptatibus superstitiosè solerent incumbere, Cæteri nihilominus Lucum & Burgum partes componentes nomen Lucemburgum faciunt, ea ratione adducti, quod existiment eo loci antiquitus fuisse lucum, qui idem sit quod Nemus arboribus densum, Deo alicui sacrum, à luceo, dictum lucus per antiphrasim, eo quod non luceat, quoniam cum nullæ arbores illic propter religionem cederentur opacus & sine luce erat: vt & sit de diuersarum eiusmodi opinionum veritate, putem meritò eam omnibus præferendam, quæ à luce & burgo, originem primam nominis (quo hodie vtimur) deducit. Nam satis eodem argumento constat, loca non pauca circumquaque sita similiter ab huiusmodi Deorum portentis nomina obtinuisse, vti suo loco dicturi sumus, vt exempli causa Arlunum, Ara lunæ, Solubrium quasi vrbs solis, intelligantur. Luxemburgense oppidum cum indè à sui origine angustioris fuerit spacij, idque muris quibusdam, quorum hodieque cum portis perdurant vestigia ad amplitudinem in qua modò est confluente eo loci populo, & domicilium figente deuenit, & tandem

Luxembu. Augusta Rhomandorum.

Luxembu. vnde hoc nomen sortitum sit.

dem versus meridiem vbi rupium planicies à natura videbatur extensior, incrementum accepit ducentorum circiter ædium, ac denique duo Franciscani ordinis alterum virorum, alterum monialium Cænobia amplexatum est, præter sacratissimæ Trinitatis sacellum quod non procul a mœnibus distat, & Diui Iodoci oratorium olim visum, modo mœnibus ipsis absconditum, cuius tamen memoriam multum religiosè populus huius vrbis vna cum Clero recolit dum altera pentecostes singulis annis solemni processione locum inuisit, ac ad Diui Nicolai templum redeuntes Missę sacrificio assistunt. Continet etiam oppidi Luxemburgensis pars dicta superior duas insignes Parochiales Ecclesias, quarum altera insigni dote instructa, in Diui Nicolai Episcopi honorem dicata vmbilicum vrbis superioris occupat; altaria habens (loci situ sic postulante) ad meridiem respicientia, excepto insigni sacello in editiori loco constituto orientem aspiciente Diuo Clementi sacro (quod Patres Societatis Iesu pro hoc tempore obtinent) Hanc Diui Nicolai Ecclesiam à fundamentis excitasse dicitur, prædiues quidam vir Hecelo nomine, circa annum Domini 1120. ex consensu, tam Ordinarij, quam temporalis Principis, habetque ea insignem altissimamque turrim, in cuius fastigio per circuitum tecti perelegans conspicitur ambulacrum plumbo & alijs ad id aptis rebus communitum, quo à turbine & pluuia illæsum persistat, vbi continuò vigiles noctu ac perdiu vigilant, eminus circumspicientes si quid fortè insidiantis hostilitatis aut inopinati incendij animaduersum fuerit. Tum enim statim absque mora signum datur nolæ pulsu, ad cuius auditum quasi in momento omnes, & singuli ciues ad loca sibi destinata armis, aut ad ignem extinguendum situlis, scalis, harpagonibus & alijs oportunis instructi instrumentis properant, malumque imminens diligenter amoliri student: Alteram porrò Parochialem Ecclesiam Diui Michaelis archāgeli patrocinio nuncupatam, longè antiquiorem esse perhibēt quam illam Diui Nicolai, fuisseque olim D. virgini Deiparæ consecratum à Comitibus Luxemburgensibus sacellum, quod tandem Parochialis Ecclesiæ nomen, & dignitatem obtinuit, cum antea eius per circuitum vicini ciues Parochiæ de Wymmerstrch sub vrbe sitæ parochiani extitissent, quemadmodum & qui dictæ Diui Nicolai subsunt, olim Ecclesiæ de Holrich pago vicino suberant, quę tempore subsequente solis rusticis pagorum incolis seruierunt, vti & etiamnum seruiunt, nisi quod in rogationibus stationem ad singulas istas parochias populus Luxemburgicus omnibus annis obseruet. Cænobium denique illud virorum quod ordini Franciscano assignatum, dixi peramplum est, & loco situm amœnissimo, quod iam inde a Diui Francisci tempore existentiam habuisse plurimi volunt, vti & haud obscurè ostenditur ex Epitaphijs sepultorum perambitum eius respersis ætatem pene eandem cum sanctissimo Patre habentibus. Huic monasterio, egregijs alioquin etiam ædificijs ornatu funestus accidit casus Anno Domini 1554. ipso Diui Barnabæ festo, luce clara diei: tum enim ignis vehemens deuoratis iam plurimis ciuium domibus tandem in hanc quoque sacram penetrauit ędem, vbi sub tecti crepidine vasa puluere tormentario repleta inuadens, cum ipsum templum, tum alias quasuis per circuitum structuras quasi in momento destruxit sed cum fortuito fratres eleēmosynam pro more vicatim petentes loco abessent ab hac

Monaster. Francisca. duo, alterũ virorũ alterum monialium. Sacellũ SS. Trinita. & D. Iodoci oratorium

Quis primus eius fundator extiterit.

Ecclesia Parochialis D. Michaelis Arch.

Monaster. ordinis S. Francisci.

Infœlix casus.

Ab igne totũ monast. vastatur.

ab hac ſtrage Deo propitio illęſi euaſerunt pręter duos id tẽporis cuſtodiã domus habentes, qui in cellulis ſuis impetu incendij arrepti animã efflaſſe comperti ſunt.

Fratres ob ſeruantes gaudentib. in dicto monaſterio ſuccedunt. Ædificia ab igne lapſa ſtaurant. reædifi cant.

Hi tum & à primæuo domus iſtius exordio eorum erant inſtituti, qui Gaudentes dicuntur, & ab anno Domini 1569 Obſeruantes Rege Philippo Hiſpaniarum Rege procurante eundem locum obtinent, quorum induſtria,& indefeſſo labore deſolata hæc domus pedetentim ad priſtinum redit nitorem. Inſigne ſiquidem ab hinc paucis annis à fundamentis excitarunt, & abſoluerunt dormitorium multis præclaris conſtans ad vſum fratrum cellulis,clauſtrum itidem egregiè repararũt, refectorum tam hyemale,quam æſtiuale,itemque valetudinarium & alias commodas ædificarunt officinas, vndè non parum laudis promeriti ſunt.

Sacellum Mansfeld.

In huius Franciſcanorum Cœnobij cœmiterij parte orientali nuperrimæ id eſt Anno Domini 1586 Generoſus princeps Petrus Erneſtus Comes in Manſfeldt Luxemburgenſis prouinciæ Gubernator,Sacellum inſigne liberali ſumptu ædificauit, necnon ſubter eius pauimentum,ſpeluncam concameratam ſibi & vxoribus filijsque Comitibus defunctis in ſepulturam extrui, ac denique præcellens opere fuſorio ex ære monumentum poni curauit; atque præter organum perquam egregium (tametſi melòdiæ mediocris) tabulam miro artificio ab excellenti illo Martino de Vos Antuerpienſi depictam reſurrectionem dominicam repreſentantem ad altare collocari fecit.

Sacellum SS Trinit. Prædicato. donatur. Giſelb Prior Prædicato rũ Luxe. illud in monaſterij formam accõmodat Ieſuitæ Luxemb. habitationem ſortiuntur.

Sacellum,ſacro ſanctæ Trinitati conſecratum,cuius ſupra mentionem feci,iuris erat Generoſi ac Reuerendi Domini Ioannis Baronis in Bruden burg & Menſenburg ſacerdotis Chriſti,quod cum circumiacentibus territorio in eleẽmoſinã donatione perpetua contulit in fratres prædicatores Luẽxburgenſ. quorũ eius tẽporis Prior Venerabilis & pius vir Giſelbertus Spechtius: collatiõe eiuſmodi gratanter accepta, inibi ſtatim ad ſuã,& confratrũ habitationẽ ædificia conſtrui curauit ſatis egregia, colligẽs vndequaq; in hoc à deuotis hominibus eleemoſinarũ ſubſidia. Qua in re haud dubiũ, quin laudis plurimũ ſibi iure merito conciliauerit, dum tam incommoda temporum conſtitutione in tantum allaborauit, vt eiuſmodi opus ad perfectum paucorum annorum ſpacio deducere potuerit. Acceſſere & huc Patres Societatis Ieſu Anno 1594. à Catholica Regia Maieſtate deſtinati,quarum ſumma ſolertia,& pietate præſtanti populus Luxemburgenſis in cultu Diuino mirè indies proficit. His domicillum obtigit ex aduerſo cœmiterij fratrum minorum ad plagam meridionalem, quod ipſi certa pecunia emptum, egregia inſuper & percommoda ſtructura ampliàrunt.

Suburbiũ D Matth. Apoſtoli templum.

Porrò quod ad infernas Luxemburgenſis oppidi portiones attinet; ea quam Pfaffenthall vulgo nuncupant, ſuburbium habet ſubiunctum, cuius incolæ equæ ciuitatis priuilegio gaudent, ac ij qui murorum clauſura cinguntur; in quo ſuburbio templum videre eſt Diuo Matthio Apoſtolo & Euangaliſtæ dicatum, vili quidem factum ſcemate, ſed deuoti populi viſitatione ſatis celebre. At quantum ad alteram inferiorem partem latinè, fundus germanicè der grundt gallice verò *la baſſe ville* dicitur, hæc continet diuerſa in diuerſis ſui partibus oratoria, eaque non contemnenda, eſt enim ab ea parte qua

Eccleſia S. Vdalrici.

Theoniſ illam verſus tenditur, in primis Eccleſia parochialis D. Vdalrici Epiſcopi, vna cum adiuncto antiquiſſimo D. Iacobi Apoſtoli ſacello à quodam eius patriæ nobili viro Iacobo nomine, ob euaſum eo loci à prædonibus & ſicarijs mortis diſpen-

dispendium excitato; ac deindè ex aduerso ei respondet Religiosa Domus Teutonicorum ordinis Prussiæ, sub Sanctæ Elyzabethæ patrocinio cuius cum non ampli admodum sint census annui, ea tantum vnicum eius ordinis sacerdotem ordinariè sustentat. Iam verò vt partem quæ trans flumen Alzet habetur obiter describamus, habet ea Xenedochium pauperum, nec non ei annexam parochialem Ecclesiam sancto Ioanni Baptistæ Christi sacram ab Henrico Luxemburgensi Comite eodemque Romanorum Imperatore Augusto fundatam, vna cum Pastore, & tribus capellanis altaristis, qui omnes simul, & separatim suis diebus & horis diuinum officium inibi deuotè exoluunt. Xenedochium hoc (alio pauperibus consignato) vna cum Ecclesiæ prædictæ omnimodo vsu à D. Carolo quinto Cæsare Augusto, accedente ordinarij annisu datum fuit & permissum Religiosis Abbati, & Monachis de Munster propè Luxemburgum in recompensam diruti eorum insignis Monasterij, prout in sequentibus latius agetur, agentibus nihilominus & suum officium eodem in templo horis competentibus, prælibatis Pastore, & Altaristis.

Domus Teutonica. *Ecclesia S. Ioan. Bapt.* *Hospitale Luxemb.*

Habet Luxemburgum portas qui bus in illud ingressus, & ex eo egressus patet ordinariè quinque, & alias duas ob proditionis siue inopinati hostiū irruptionis deuitandū discrimen tempore hoc minus pacato, muro obstructas, Primæ primariarum occidentem aspicienti nomen est vulgare Judenpfortt id est porta Iudeorum quod eo loci antiquitus, dum istuc necdum extenderetur ciuitas Iudæi sepulturam habuerint, Dicitur tamen à gallis *la porte d' Arlon*, ideo quod rectà Arlunum vicinius quarto miliari distans oppidum deducat, Hinc etiam Belgium versus initur profectio; Altera porta, que vt & prior penè orientem solem aspiciens dicitur Schloßpfortt, ideò quod per eam in Castrum olim præstantissimum, nunc verò dirutum ab vrbe pateat accessus, Tertia in parte inferiori, quam fundum diximus siue germanicè Das grundt de Dinselpfortt vocabulo; orietem itidem intuens solem, iter Treuiros demonstrat, per quam vndè & Galli *la porte de Treues* eam appellant. Per hanc Mosellanica quoque vina in vrbem intromittuntur. Quarta in eadem inferiori parte inter meridiem & occidentem sita sunt Vlrichpfort nuncupata & quod Ecclesiæ Sancti Vdalrici penè cohæreat, Theonisuillam & Metas transmittit; quam & Galli vocitant *la porte de Thionuille* Quinta denique porta in valle altera Pfaffenthall dicta, vocatur Seylerspfort, habens sub se citra & vltra pontem, suburbium insigne, hinc Leodium, Traiectum & in alias circum regiones tenditur. Caret quidam Luxemburgensis oppidi pars superior in edito monte saxoso sita, fontium viuorum scaturigine, at horum tamen affert, supplementum indefectibile cisternarum capacissimarum multitudo, quæ penè omnes domos occupant, aquam pluuialem è tectis excipientes, depurantes, & incorruptam seruantes, quanquam & duos puteos altissimos apud Franciscanorū & Monialium Sancti spiritus monasteria aquę perennis pro necessitate habeant, præter eos fontes optimos, qui in inferioribus vrbis partibus scaturiunt. Post Diui Michaelis (quod initio sui Diuæ virginis Deiparæ nomen præferebat) templum, ad portam quam Schloßportt vocari diximus, mœnibus prævalidis & insigni ponte subductili munitam, videre est in rupe altissima, & omni ex parte inaccessibili ruinas prælibati

Porta Lux. quinque. 1 *Porta Iudeorum.* 2 Schloß pfort. 3. Dinsel pfort. 4. Vlrichpfort. 5. Seilers pfort. *Luxemb. oppidū fontium inops.* *Putei Duo Luxemb.* *Ruina castri Luxēb.*

præibati inſignis Caſtri Luxemburgenſis,à quo hęc nimirũ in totam Prouinciam nomẽclatura originem ducit,quod minimè profectò hac tãta clade dignum fuit. quippè quod vt antiquiſſimũ valdeque nobile fuerit.ita & Heroes permultos ex ſeſe protulerit immortali laude celebres, Ex hoc enim vt anteriores taceam, Henricus eius nominis ſeptimus Romanorũ laudatiſſimus Imperator prodijt, Sic,eius Illuſtriſſimus filius Ioannes Bohemiæ Rex,bellandi peritia valdè celebris, qui & Carolo quarto Cæſari Auguſto Pater, & wenceſlao atque Sigiſmundo huius filijs itidem ſucceſſiue Auguſtis Auus extitit; eo ipſe fœliciſſimus. Taceo eorum progenitores in vtroque ſexu, Principes ſcilicet immortali laude dignos, ſucceſſores item numero frequenti Comites & Duces; quorum Caſtrum iſtud,priuſquam tormentorum bellicorum vſus emerſiſſet ſemper inexpugnabile reputatum & appellatum, extitit natalibus notabilitatum, Conſpiciuntur inſuper intra Luxemburgicæ vrbis complexum ædificia quam plurima ſatis elegãti opere fabricata é quibus quædam ædes nobiles nobilibus patriæ pleriſque deſeruiunt. Reliquas porrò ſua amplitudine magnifica facilè præcellit Palatiũ Principis quod ordinariè incolit prouinciæ Gubernator. Ab hoc non longè diſſidet Domus Senatoria, eademque ſatis magnifica conſtans ſtructura quæ communiter, Cancellaria nuncupatur, aulas continens diuerſas, quo cum Senatus Principis prouincialie concilium nuncupatum, tum Nobiles patriæ Iudices ad munera ſua exercenda diebus & horis competentibus confluunt. Componitur autem Prouinciale Concilium Comitatus Luxemburgenſis & Comitatus Chinenſis ex vno Prǽſide iuriſconſulto & Conſiliarijs togatis eiuſdem profeſſionis quinque ordinarijs,itemque quatuor alijs ordinarijs nobilibus quos ad differentiam cæterorum cum breui toga quidam appellant. Meo tempore quamplures vidi præſtanti doctrina celebres viros, huius Collegij membra, quorum magna pars in fata conceſſit, alijs itidem egregijs in eorum locum ſubſtitutis. Prǽſides ſiquidem ibi conſpeximus Fœlicem von Hornunck Iuris vtriuſque doctorem, Ioannem Reck id eſt audacem,eodem gradu inſignem, Petrum Van der Aa Louanienſem Equitem auratum inter profeſſores Iuris olim in Louanienſi Academia celebrem,qui inter alia librum de fide creditorum,ſolida doctrina conſcripſit,& typis excuſum Iuris ſtudioſis communicauit ac denique Ioannem ab Hatteſtein Dominum in Born Doctorem,cui à multis retro annis propter inſignem, & reconditam eruditionem, itemque dicendi raram facundiam extitit ad Comitia Imperialia Philippi magni Regis Hiſpaniarum, & Sereniſſimorum Archiducum Dominorum nomine data prouincia comparendi & agendi, quod certè munus magna in finem vſque cum laude obiuit, obiens nuper Spiræ (vbi eandem ob cauſam cum tota familia hærebat) diem extremum. Hunc in Præſidis officio per ſuas Celſitudines Sereniſſimas ſurrogatus eſt præſtãtiſſimus Iuris vtriuſque Doctor, Louanienſis Academiæ eruditiſſimus, qui prius munia Conſiliarij ordinarij, & Procuratoris generalis Regij ad annos aliquot Luxemburgi, ac deindè Conſiliarij in ſupremo Mechlinienſi Senatu ſumma cum laude exercuerat Ioannes Benninch. Conſiliarij vero hoc anno 1602.Togati extiterunt,Remaculus Huart Stabulenſis,qui & Archiuorum prǽfectus. Ioannes Guillelmus Fabius. Chriſtophorus à Buſbach Luxemburgenſis.

Viri celebres qui ex caſtro Luxemb. prodierunt.

Caſt. ũ Luxemb. olim inexpugnabile.

Palatium Principis Domus Senatoria. Prouincia le Concilium.

Felix Hornunck
Ioan. Reck
Petrus von der Aa.
Ioann von Hatteſtein.
Ioannes Benninck.
Remaclus Huart.

Ioannes Bo[illegible]hart Mechliniensis.

Ioannes Bögart.

Nobiles verò eiusdem Senatus Consiliarij modo habentur (quos etiam chlamijdatos nücupant) sunt, Iacobus à Rollingen Dominus in Ansenbourgh/Cureich/Stuenborn/Dagstul/&c. qui etiam Nobilium patri e per Principem est institutus.

Iacobus à Rollingen.

Ioannes Baro & Dominus in Wilz/Bury/S ad.bredms & suarum Celsitudinum Serenissimarum nomine Gubernator Theonisuillæ.

Ioannes de Wolz.

Ioannes de Mercij Dominus ibidem.

Ioannes de Mercij.

Aegidius Dufainus Eques, vir doctissimus: atque hi omnes ordinariorum consiliariorum nomen ac dignitatem præferunt.

Egid ius de Facus.

Extra ordinarij verò sunt titulo insigniti Procurator generalis, qui modo idē est Adrianus Gaudius consiliarius supra nominatus, habens substitutum sibi Petrum Crauß Epternacensem Iuris vtriusque Licentiatum.

Adrianus Gaudius. Petrus Crauß.

Et Receptor generalis nomine Henricus de Marche, cui cæteri per Prouinciam in quibusdam subsunt, rationem nihilominus, vt & iste Bruxellæ in Camera computuum Brabantiæ rationem reddentes.

Est & Abbas Munsteriensis eiusdem Concilij perpetuus & natus consiliarius.

Abbas Munsteriē.

Scriba huius Concilij (qui substitutis iuratis, alijsque plurimis gaudet amanuensibus) quem Graphæum nuncupant, est Ioannes Wildtheim à Sancto Vito, linguarum patriarum ad muneris sui functionem admodum peritus, idemque Secretarij Principum nostrorum Serenissimorum titulo & re insignis.

Ioannes Wyltheī.

Ad hoc Prouinciale Concilium præter cætera spectat, vnicuique per totum Ducatum Luxemburgensem, & Comitatum Chinensem in causis ciuilibus siue in prima siue in secunda instantia, prout casus exigit, & institutiones præscribunt, Ius dicere; vnde & huc vndequaque fit à partibus læsis prouocatio, quo sententię perperam fortassis latæ correctionem, mediante tam viua voce quam scripto per aduocatos Iurisconsultos (quorum numerosa multitudo hic reperitur) causæ colligantium deductione, obtineant; quibus nihilominus integrum est, si se læsos arbitrentur pro simili remedio ad Mechliniense magnum Parlamentum appellare. Fiunt autem processus eiusmodi forenses coram Tribunali Luxemburgico promiscuè sub altera lingua Germanica, vel Gallica, quod si per appellationem ad Mechliniense magnum Concilium deuoluuntur, qui Germanico idiomate in primis instantij fuēre compositi, ijdem in linguam Gallicam fideliter transfusi, eo diriguntur, vbi solius Gallici sermonis vsus habetur.

Ad prouincial: concilium quæ causæ spectent. Parlamēt. magnum Mechliniē.

Luxemburgense oppidum aliud præterea Tribunal habet superiori illi subalternum, & ciuibus immediate præeminens, cui ad sedendum insignis videtur Domus propè Diui Nicolai templum recens (communi ciuium sumptu) excitata, Constat autem hoc ciuicum Tribunal vno capite quod Richter id est Iudex nuncupatur, qui scilicet in profesto Diui Andreæ Apostoli singulis annis immutatur, expirante tum eius qui pręfuit administratione, & ciuibus libere eligentibus quempiam alium, sic tamen vt ex ciuium numero & scabinorum ordine alternatim in id functionis asciscant. Isti scabini numero septem sunt Iudicis assessores, & eo in officio perpetui, nisi sua sponte resignent, aut ad aliud munus sublimius, siue incōpatibile euocētur, suntq; ex primarijs, iudicioq; hominū magis discretis ac prudētiori-

Ciuicum Tribunal Luxembu: Constat Iudice & septem scabinis assessoribus.

ctorib. eius Reipub. viris. Horũ singulis annis ad octiduũ à Vigilia D. Bartholomęi incipiẽs, & principũ singulari ordinatione suspẽditur officij executio, eaq; per id spacij in eũ Ciuẽ linitextorem, quem eius officij præ reliquis ibidem priuilegiati artifices deligendũ censuerint, qui tum in Ciues & Nundinas quæ celebriores Luxemburgi & circa existunt omnimodam Iudicis gerit potestatem.

Tribunal in quo rusticorum causæ ventilantur.

Residet præterea alterum Tribunal subalternum Luxemburgi, cuius est Ius dicere rusticis per tractum vicinum tam in ciuilibus quam criminalibus qui Tractus Præpositura dicitur, à Præposito nobili viro eidem Tribunali præsidenti, & octo viros habenti assessores, inter quos subditur eiusmodi præpositura.

Viri celebres oppidi Luxemb.
Ioan. Episc.
Bernard. Luxemb.
Nicolaus de Naues.
Ioannes de Naues.
Nicolaus Ruterus.

Prodierunt ex hoc Oppido viri non pauci gloria & virtute præstantes, quos inter extiterunt præter superius recensitos Monarchas, Castrum Luxemburgense protulit Balduinũ Archiepiscopũ Treuirensem, Henrici Septimi Imperatoris fratrem germanum, & Ioannem Moguntinum Archipræsulem, ambos Sacri Imperij Principes Electores amplissimos. At verò vrbs ipsa insigni eruditione, & virtutibus ornatos bono publico penè nostro æuo dedit. Bernardum Luxemburgensem, Lutheranæ & aliarum ex Inferno promanãtium hæreseon insectatorem acerrimũ. Nicolaum de Naues nobilem virum Iuris vtriusque excellentissimum doctorem, ac Concilij prouincialis Præsidem. Huius deindè filium æquiuocum, quem ob raram ac singularem rerum agendarum prudentiam & Sapientiam Imperator Carolus quintus Sacri Romani Imperij vicecancellarium instituit, Nicolaum, Ioannem insuper istius filium, magnis ingenij dotibus præditum, præclarisquè Dominijs auctum, qui à Rege magno Hispaniarum rei militaris annonæ per Belgium supremam obtinuit præfecturam, in cuius exercitio immortale sibi nomen acquisiuit. Ex Luxemburgo itidẽ prodijt Nicolaus Ruterus (cuius familia hodièquè extat) summus à primæua ætate musarũ cultor, & sapientiæ omnimodæ præsertim Theologicæ egregius consectator. Vndè tandem eo deuenit eruditionis, vt à Philippo Archiduce Austriæ Diui Petri Louanij Decanus, ac deindè Atrebatensis & Cameracensis Ecclesiarum Canonicus fuerit institutus, qui etiam Harlemij, & Brechtij Pastor extitit vigilantissimus. Istiusmodi autem beneficiorum optentione plurimum ditatus, opes sic collectas in fundationem insignis Collegij (quod in Louaniensi Academia Atrebatense nuncupatur) impendit. Vbi & redditus annuos ad studiosos numero duodecim vna cum præside & reliqua familia alendos consignauit, ea conditione vt horum Alumnorum tres Louanienses, Atrebatenses tres, tres item Cameracenses, ac denique tres Luxemburgenses (quibus postea quartus accessit) existerent, qui semel eo admissi non solum vsquè ad magisterium in artibus & philosophia, verum etiam donec Thelogiæ aut Iuris Canonici cursũ absoluerint perseuerare possunt. His præest ordinariè vir grauis, doctus & probus, cui pro hoc tempore nomẽ est eximius Dominus ac Magister noster Cornelius Reijneri Goudanus Sacræ Theologiæ professor antiquissimus: & Diui Petri Louanij Decanus, eiusdemquè Almæ Academiæ Cancellarius.

Collegium Atrebatẽs. à quo Louanij fundatũ fuerit.
Cornelius Raynerius Goudanus.
Anthonius Houst.

Natus item fuit Luxemburgi virtute prudentia præclarissimus vir, Dominus Anthonius Houst Iuris vtriusquè Doctor, & Consiliarij in intimo Regiæ Maiestatis defunctę & Principum nostrorum Serenissimorum Concilio, honore, aliisque

que

que plurimis titulis insignis multisque nominibus commendabilis.

Extra Luxemburgēse oppidum ad eius partem orientalem trans fluuium Alezuntiam conspici datur Mansfeldicum Palatium ad radices altissimarum rupium ab Illustrissimo Principe Petro Ernesto Comite in Mansfeldt, nec non patriæ Luxemburgensis Gubernatore excitatum, opus videlicet incredibilis excellentiæ si omnia in eo accuratè spectentur, quæ digna sunt consideratione. Vt enim obiter rem hanc, & superficietenus tantum proponam, habet ea lympidissimorum fontium omni ex parte scaturientium abundantiam, qui subtus terram summa arte per tubos deducti eà irrigant loca, vndè ex hoc conspicientibus plurimum delectationis, & vtentibus resultet vtilitatis non modicum. Erumpit autem hæc aqua viua per hortorum (qui sibi amœnissimi, & admodùm spaciosi habentur arbustis floribus, oleribus, & omnium plantarum generibus consiti) diuersas partes vbi & aluei, & vasa emittentes & excipientes eiusmodi aquam ex Iaspide, marmore, alabastro & aliorum præstantium lapidum speciebus diuersis, maximo videntur confecta artificio, sic etiam ijdem fontes prout rei necessitas, aut oblectandi ratio exigit grato perfunguntur vbique officio; Piscinis namquè & magnis & minoribus quantum requiritur aquarum suppetunt, Itemquè Thermis eleganter ibidem constructis, Sarcophagis etiam diuersis ad vsus quoslibet sese infundunt, adeò vt si nihil præter Fontium hanc admirabilem emanationem inibi cernere liceret, esset vtique vnde homines maximam delectationis capessere possent occasionem Iā verò si quis ædificia ipsa velit vel tenuiter recēsere quam multa, magna, superba & affabre facta sint, librū molis non exiguæ conscribere necesse fit, vndè & quantum ad hoc, supersedendum mihi existimo. Sic de pomerijs, hortis olerum, & florum areolis, item viuis sepibus, quibus vix quicquam elegantius in rebus humanis excogitari posset, vt quisquis eorum veram speciem apprehendere cupiat, illa eadem oculis proprijs, longo otio vsurpet. Picturæ itidem vbiquè conspiciuntur per huius Palatij singulos partes, adeò frequentes & elegantes, vt hæ etiam solæ suū inspectorem in admirationem trahere debeant, quod eo vsquè humanum ingenium pertingere potuerit, vt eiusmodi proferret suæ industriæ fœtus: inter cætera ostenduntur effigies quibus ad viuum infiniti propè repræsentantur priscæ & recentioris ætatis Principes, Monarchiæ & Magnates, similiter & bellorum apparatus, exercitus armatorum eorundem pugnas, Vrbium & Ciuitatum obsidiones impugnationes & expugnationes, quibus præsertim ipse Illustrissimus Princeps Petrus Ernestus Comes in Mansfeld interfuit. Vndè trophæa etiam retulit sæpius, quorum memoria nunquam obliuione sepelitur. Denique statuæ hic diuersæ staturæ & magnitudinis arte itidem præstanti cernuntur suis singulæ locis cōstitutæ. Imo & huius artis sculptilis pleraque prototypa ex remotissimis mundi partibus huc allata & pulchro situ ordinata existunt. Deorum videlicet Dearumque & aliarum antiquitatum ipsamet simulachra, quod certè & ipsum admiratione dignum existit quod scilicet res adeò singulares, & ab annis propè infinitis per pristinos possessores summa cura custoditas donari sibi obtinuerit ad ornamētum domus suæ Princeps perillustris. Eius ego quoad extimā faciem, per Anthonium Steuens Mechliniensem pictorem egregium delineatam imaginem in cupro insculp

Fontium ibidē scaturientiū abundantia, & insigne artificium.

Aedificiorum magnificentia.

Hortorum elegantia.

Picturarū insignis decor.

Statuarū non vulgare artificiū.

Antiquitates variæ.

Anthoni Steffens pictor.

insculpi, ad honorem dicti Principis, & elegantiarum studiosorum in gratiam procuraui quæ imagine propter sui paruitatem, titulus siue monumentum in frõtispitio partis anterioris sæpefati palatij lapidi marmoreo literis aureis inscriptus, nequaquam exprimi potuit, Quamobrem eius hic subiungere licuit copiam.

Titulus Palatij Mansfeldiani.

PETRVS ERNESTVS COMES EX MANSFELT, GVBERNATOR DVCATVS LVXEMBVRGENSIS, ET COMITATVS CHINI. EQVES AVREIVELLERIS, *Regij exercitus Mareschalcus, Concilij Status Senator, postquam annos lvi. ministerio inuictorum, & Augustorum, Principum D. Caroli quinti Cæsaris, & Philippi Regis Catholici deseruiuisset. Cum iam indè à bello, afris: ad Thunet (quod primum militârat) omnibus penè in posterum expeditionibus, conflictibus; vrbium expugnationibus interfuisset. Indeque Belgio domesticis motibus turbato, constantem in omnem partem suam Cæsari ac Regi fidem comprobasset, ac varios amplissimorum dignitatum honores belli atque pacis munia administrasset, ad supremam indè à Rege Catholico totius Belgij, Burgundiaq́, præfecturam accersitus extitisset, hos fontes atque ædes excisa rupe, valle complanata. D. O. M. Regi D. suo, quibus immortales atque immensas agit gratias sua quod precatur senectutis tranquillitati. D. D. M. D. LXXXX.*

Teriotrophei institutio.

Nullatenus sub silentio transire mei præsentis propositi ratio permittit, quin etiam obiter Theriotrophij, quod alendis feris seruit, à prædicto Principe Comite in Mansfeldt ad palatij sui partes omnes excepta anteriori ædificauit. Id enim multis iugeribus terræ constans, itemque pratis, campis, vallibus, collibus, præcipitijs, dumetis, arbustis, vepribus, syluis, stragnis, antris, & alijs ferarum habitationi percommodis abundans receptaculis, latissimum habet complexum, qui præualidis muris per circuitum cingitur, præter insignes turres ac ædificia in eodem circuitu conspicua. Capax igitur existitit hoc Theriotrophion vt aliquot ceruorum, & damarum centenis alijsque feris magno numero commodum præstaret domicilium, prout & modo non minimam habet multitudinem, ad quam aliæ atque aliæ in dies accedunt variæ speciei feræ, vndè plurimum delectationis contuentibus generatur. Atque hæc de Mansfeldico Palatio eiusque quibusdam pertinetijs tantum attigisse sufficiat.

Capacitas eius & amplitudo.

DE

DE MVNSTERIENSI ABBATIA EIVSQVE excidio & Abbatibus.

IN ingo montis inter ruinas Castri Luxemburgensis & Palatium Mansfeldicum proximè libatum, extitit olim Monasterium quoddam percelebre, in sua quidē fundatione Diuo Petro Archiapostolo nuncupatum, at temporis successu à Deiparente virgne Maria denominatū, necnon ob eius præ reliquis Luxeburgensibus Ecclesijs excellentiā communiter Munster vocitatū cuius modo ruinæ decoris pristini vtrumque ingerunt considerantibus magnificum splendorem. Dum enim montis situs & planities aeris circumquaque spirantis amœnitas, vicina Castri & Oppidi Luxemburgensis, Conuentus item Dominicanorum in proximo constituti, & aliorum egregiorum ędificiorum, quæ omnia insimul spectata maximam afferebant delectationem, ex vestigijs & ruinis quę huc vsque perdurant penitus in animo reuoluuntur, haud dubium quin mirifice, excellenterque de prisco diruti huius Monasterij statu sentiendi materia offeratur amplissima. De huius fundatione eoque spectantibus, cum alias latius à nobis tractatū sit, causas, occasionem, & modum tantæ cladis ei illatæ hoc loco breuiter agemus.

Monasterium Munsteriense celebre.

Cum Dominicæ Incarnationis anno quingentesimo decimo nono supra millesimo Imperator Maximiliano rebus humanis exempto, Franciscus Gallię Rex gloriæ Imperialis fastigij quam importunius ambiuerat, electione Caroli quinti frustratum sese conspiceret, omnes virium suarū neruos impendere studuit, quo recens institutū Cæsarem infestaret. Conscripto igitur militū exercitu frequentissimo Prouincias diuersas Imperatori subiectas bello feroci inuadere, igneque & ferro vastare aggressus est. Interim dum Carolus Cæsar grauissimis alijs distentus belli aduersus Christiani nominis & Catholicæ fidei hostes infensissimos occupationibus, eiusmodi Gallorū machinationi non sic occurrere valeret quin plurimum detrimenti Imperialibus afferrent possessionibus. Accidit inter cætera & ipsum agrū Luxēburgensem Galliæ contiguū inuadi, incēdijsque creberrimis, depopulationibus, & expilationib. summā cladē perpeti ac ipsum denique Luxēgense oppidum bis armis superatum in Gallorum potestatem redigi, totidemque vicibus simili stratagemate per Imperatorem recuperari. Cum itaque in pristinam eius oppidi possessionem redijsset Imperator, ne deinceps in idem incurreret dispendium suadere conati sunt quidam ex aula Proceres, consultum fore vt Musteriense Monasterium dirueretur, soloque æquaretur, quod nimirum eo loci esset constitutum, vt cum propter vicinitatem, tum etiam firmitatem indè per Gallos hostes si illud (quod haud difficile foret) astu, vel vi cœpissent, maxima damna, imò extremum exitium oppido Luxemburgensi ac porrò toti eius districtui inferri quiuissent. Imperator tum in Castro constitutus per fenestram locū, de cuius exterminatione contuitus, & eius amœnitate captus, religione simul animo ipsius insidēte commotus, ægrè eiusmodi verba suis insusurrari auribus sese

Quæ causa fuerit diruendi Munsteriensis Monasterij.

Franciscus Galliæ Rex Carolo Imperatori bellū lacescit.

Luxemb. oppidum deuastat.

Carolus Imperator Luxemb. Consiliarij ipsius de Monasterij Munsteriē. euersione animum eius sollicitant.

 ferro

ferre declarauit, ea ratione quod Dei optimi maximi ordinatione ad id functionis euectus esset, nō ad Ecclesias, & loca sacra diuinis obsequijs mācipata è medio tolleret, sed ijsdē inesse conseruatis amplificatisq; alia subindè adijceret, extrueret, fundaret. Istiusmodi Principis responso aulici repressi, eo quidē tēpore, suis insistere petitionibus destiterunt, aliā postmodū occasionē maiori opportunitate arrepturi. Cū igitur Bruxellā abijsset Cæsarea Maiestas degissetque inibi ad aliquot dies, ecceè nouus rumor de repente exortus est, Gallorū Regis exercitū denuo in Luxemburgenses expeditionē parare. Hinc statim priores illius consilij authores quasi nulla alia præsentior suppeteret via vrbem & patriam aduersus hostiles assultus assecurandi, quam Monasterij Munsteriensis demolitione, acrius quam antea ac vehementius animum Cæsaris eadem re pulsare cœperunt. His igitur caussis & rationibus eorum expensis, ac denique importunitate nimia lacessitus petitioni tandem postulantium annuit: Satim isti Luxemburgum versus arrepto itinere ad Hannoniæ Senescalcum id temporis patriæ Gubernatorem cæsareum consensum deferunt, cui hic suum accommodans studium, Georgio Von der fels Luxemburgens. Præposito mandauit, quatenus illud effectui mancipandum curaret. Ciues verò istiusmodi audito nuncio, inter se de eo murmurare cæperunt, caussantes summum fore piaculum si locus iste sacer ab ipsis ciuibus eius scilicet amantissimis, in tam funestum redigeretur exitium, Georgius prælibatus ciuium veritus seditionem, hac arte sibi vtendum existimauit; accersitis aliquot è ciuibus, quos ad id facinus perpetrandum nouerat satis propensos fore, consilium ijsdem suum communicauit, & protinus sese illud lubenter expleturos spondentes, sub noctem ad Monasterium eius rei gratia tendere iussit, deindeque portas vrbis firmiter ex more obserari mandauit, clauesque earum ad destinatum locum deferri, ne cuiquam integrum foret ad dicto facinori obsistendum vlla tenus vrbe excedere. Ciues itaque illi ad eiusmodi opus peragendum complices vnanimi consensu Monasterium ingressi (vnde tam Abbas, quam Monachi ob terrorem belli ingruentis declinandum aberant) straminum aceruos, palearumque congeriem plurimam huc illucque per omnia ædificia, prout expedire magis videbatur conferentes, eisque ignem supponentes domum Dei omni ex parte incenderunt; quo tristi spectaculo à ciuibus animaduerso qui vrbis claudebantur ambitu, maximus statim inter eos exortus est clamor summæ tristitiæ & doloris, (quem ideò conceperant) infallibilis iudex. At cum amicorum nemo subueniret, totus ille locus quem multis impendijs, sumptu, & labore, itemque pietate Christiana prisci construxerant Luxemburgenses Principes adauxerant, non parum Abbates intra paucarum horarum spacia pene in fauillam & cinerem est redactus, excepto quod muri è lapidibus structi, vtpotè materia & arte prævalidi, tectis quibus pridem ab imbrium iniuria defendebātur, omninò nudati adhuc perstiterint; qui tamen paulatim ob istiusmodi defensionis defectum penè omnes corruerunt, soloque adæquati sunt. Hoc tam laudibili (si Dijs placet) in effectum perducto facinore, eiusdem promotores non æstimarunt satis oppidi Luxemburgensis propugnationi cautum, nisi simile in Arcem adiacentem patraretur: instituerunt igitur apud Cæsaream Maiest[illegible] importuna contentione, quatenus ipsam Ar-

Consiliarij denuo pro Monasterij Munsteriē. euersione instant.

Tandem petitioni eorū assentitur.

Monaster. Munsteriē. miserandū in modum incendio absumitur.

Ciues Luxib. eā exustionem ægerrimè ferunt.

sam Arcem incendio perdere liceret. Imperator vti subditorum securitatis & pacis, cum iactura etiam propriorum, eorumque sibi charissimorum bonorum, procurandæ erat studiosissimus persuasionibus & instantijs crebèrrimis cedens, annuit petitioni eorum fieri satis. Sic igitur & Castrum Luxemburgense non multo post tempore incendio peritum & vastatum extitit. Porrò si quis rei euentum consideret, is certè compertarus est, quam vanum & inane fuerit insignes domos perdendi consilium. Rege nimirum Franciæ, eiusque exercitu nihilo secius agrum Luxemburgensem inuadente, vastante, expilante: imo ipsamet istius Prouinciæ Metropolim tanto furore aggressi sunt, æneisque tormentis verberarunt & contriuerunt, vt Duce Guisio eius intra paucos dies fierent Domini adeoq; illam Arcis, & Monasterij ruinam à proprijs Ciuibus & vicinis illatam nihil cõmodi attulisse, vndè & ipsi hostes Galli, vrbis superiores effecti eiusmodi in eum finem factum demirati plurimũ fuisse dicũtur; qui corpus Illustris. Ioannis Bohemiæ Regis Comitisque Luxemburgensis illæsum ab incendio permansisse cõperientes, illud ex Munsteriensis ad Franciscanorum intra vrbem Cœnobiũ cum honore deportari curarunt, idcirco scilicet quod dum viueret summus Gallorum amicus extiterit, atque ideò in Francia pro Francis contra Anglos pugnans, vitam in prælio profuderit. Porrò dum Annus Dom. 1592. ageretur, meo studio & celebra sollicitudine corpus prælibatum defuncti Regis ex Minoritarum Monasterio ad Munsteriense nouum, quod pro antiquo illo diruto Cæsar Abbati & Monachis assignauit, translatum est. Denique Franci ipsi ne Luxemburgensibus, quam natiui eorum amici beneuolentiores existere viderentur, Monasterium Dominicanorum ad radices Castri, in vicina Munsteriensis Cœnobij situm itidem incendio perdiderunt. Cæterum, ne hac in parte meo desim muneri lubuit (quẽadmodum in tractatu de Chinensi Comitatu data occasione Aureæ vallis Monasterij Abbates cursim recensui) sic Munsteriensium Abbatum, in quorum ordinem me diuina eo aptauit prouidentia seriem sub compendio contexam, vti sequitur.

Imperator eorum nimia instantia cedens.

Luxemb à Rege Franciæ capitur & vastatur.

Franci Ioannis Bohemiæ regis corpus honorificè trãsferũt.

Monaster. Dominicanorũ exurunt.

Folmarus Ordinis Sancti Benedicti, pietate, morum, prudentia & eruditione excellẽs Religiosus, in primum Monasterij Munsteriẽsis tum recens fundati Abbatem à Conrado Comite Luxemburgensi fundatore postulatus & ex D. Maximini propè Treuerim, siue, vt alij volunt ex Epternaco, aut secundũ alios è Mediolacu à suo Prælato dimissus, assumptis secum duobus probatæ vitæ fratribus, quorum alter Priorem, alter œconomũ ageret, præesse incepit, dum à Treuerense Archipræsule in id confirmationem impetrasset, anno post Christum natum octuagesimum tertium supra millesimum ac deindè successu temporis, quam plures bonæ spei adolescentes habitu Religioso indutos, eodẽq; loco Diuinis obsequijs perpetuo mancipatos admisit. Cum verò deuoti interim quique hominũ huius nouellæ planctationis sanctam, piam & ædificationis plenam conuersationem (fama vulgante) persensissent, eorum non pauci deuotione in Deum & pietate in Christi hanc tenellam familiam permoti, eleẽmosinas non exiguas in eius sustentationẽ & augmentũ Diuini seruitij passim elargiti sunt, adeò vt sub hoc primo eius rectore possessiones domus Dei indè auctiores satis redderentur, ac denique Monasterij ædificia disciplinæ seruandæ oportuna perfectionẽ indies acciperent ampliorem.

Folmarus Abbas primus Munsteriens.

Monasterium Munsteriense magnum cũ tẽporalib. tũ in spiritualibus augmentũ sumsit.

Conueniebant plebani Treuiros proficisci deuotionis ergo.

Inter caetera quibus Monasterium istud Folmarus primus eius Abbas illustrius effici curauit, cõmemoratione dignum videtur, quod supplicationes quarũ explicandarum gratia Luxemburgenses ciues, simulque quam plurium in circuitu pagorũ habitatores vtriusq; sexus deuotionis ergo Treuiros proficisci tenebãtur obstricti, huius Monasterij, seu eius Ecclesiæ solẽni visitatione & cãtu, cœremonijs, precibusque cõsuetis, adiũcta oblatione trãsferentur, prout huc vsq; annis singulis in Festo Banni, id est, sexta feria secundæ septimanæ post Pascha strenuè & constanter seruari videmus. Nam vt hoc ipsum in sequentia tempora nulli foret obnoxium interruptioni omissioneve, procurauerat Folmarus Abbas eiusmodi concessionem à Brunone Archiepiscopo Treuirensi profectã per Honoriũ eius nominis secundũ summũ Pontificẽ cõfirmari, quẽadmodũ ex hoc eius bullę fragmẽto colliquescere potest. *Honorius Episcopus seruus seruorũ Dei, Dilecto filio Folmara Abbati Monasterij Sanctæ Trinitatis de Luxemburgo eiusq; successoribus &c. (Et sub finẽ) Et sicut Venerabilis frater noster Bruno Treuirorum Archiepiscopus, communicato consilio Treuirensis Ecclesiæ ordinauit, vt proxima sexta feria post Dominicam qua cantatur Misericordia Domini, Parochiani supra dictarum villarum cum Reliquijs, & oblationibus, quas ipso die deferre debent, conueniant, nos quoque ordinamus, confirmamus, & in perpetuum obseruari præcepimus, Hæc autem sunt nomina villarum. VVimerskyrcha, Holdrich, Sandtuuiler, Schittringa, Ottrimpa, Möedfort, Conteren, Eich,* Wiler / Altsingen / R. ser / Detting / Filsung / Abeiwiler / Norßing / Schifflingen / Wendrich / Ludeling / Bertring / Mammer / Schönbergh / Truntting / Mers / Steynsel / Linster *&c. (finis autem est talis) Data Laterani per manum Minerici, Sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, & Cancellarij, secundo Idus Aprilis indictione sexta, Incarnationis Dominicæ 1128. Pontificatus Domini Honorij secundi anno quarto.*

Confirmatur idem Diplomate summi Pontificis.

Cur Monasterium Munsterense in diplomate annexo vocetur Monasterium SS Trinitatis

Nec verò quenquam mouere debet, quod hoc Monasterium in Apostolico diplomate vocetur sanctæ Trinitatis, quod tamen in honorem Apostolorum Diuorum Petri & Pauli erat dedicatum. Nam cum illud tum temporis ob eius nouitatem non esset adeò ex nomine Patronorum, passim, & procul cognitum, parui referre videbatur, si Deo optimo maximo, cui in primis consecratum erat, tribueretur, præsertim quod id ętatis nulla alia Abbatia Luxemburgi haberetur, vndè æquiuocationis fieri contingeret occasionem. Tandem annorum multorum circulum Folmarus Abbas dum muneri sibi concredito per omnia fideliter, & magna cum laude, & vtriusque status sui monasterij amplissimo profectu præfuisset, prouectæ iam ætatis, & plenus dierum vitam hanc mortalem cum immortali commutauit, cuius funus non sine luctu, & prece tam Monachi ipsi, quam Comes & eius Aulicorum sequela frequenti prosecuti fuêre.

Folmarus Abbas non sine sanctitatis opinione vivis excedit

Godefrid: Abbas Munsterien. 2.

Godefridus deindè vir religione & pietate singulari defuncto Folmaro, fratrum vnanimi consensu est subrogatus, nec non Abbatiali officio quamplurimis annis dignè & laudabiliter perfunctus, subditorum animas verbi diuini, & exẽplaris vitæ pabulo pascens, necnon bona temporalia, ab impetentium iniuriosa

inuasi-

inuasione prudenter defendens. Cum enim Nobiles de [illegible] super possessione villæ Munsteriensis in pago de Sensich molestiam ipsi afferre, & donationem ab eorum prædecessoribus factam inutilem rescindere conarentur, huic eorum molimini mira dexteritate occurrit, vt tandem ipsis causã cadentibus, Henricus Luxemburgensis Comes prædictam donationem legitimè processisse, & validè factam fuisse suo diplomate confirmaret, vti ex particula indè extracta probatur. *Henricus Dei gratia Comes Namurcensis & Luxemburgensis, omnibus ad quos præsens scriptum peruenerit, testimonium veritati perhibere. Quoniam memoria quæ fragilis est plurimis plerumque negotijs perturbatur, prudentum prouisum est consilio, vt eius debilitati scriptura officio subueniatur. Et infra Allodium quod habebat in eadem villa de Santei cum omni integritate sicut ipse possidebat ob remedium salutis animæ suæ Ecclesiæ Beatæ Mariæ in Lucelburch contulisse,* Et paulo post. *Sed cum rumor huius facti Sigifrido, & quibusdam cognatis suis (qui hæredes esse volebant) innotuisset Abbatem & fratres suos in præsentia nostra Lucelburgi in causam traxerunt, deinde statim Abbas contra ipsos in iure præualuit, & eos in causa euicit, &c.* Finis autẽ talis erat *Acta sunt hæc Anno Dominicæ Incarnationis millesimo, centesimo, septuagesimo quinto* Godefridus Abbas Munsteriensis ordine secundus, cum Ecclesiam suam annos circiter triginta strenuè administrasset, diem clausit extremum, & iuxta antecessorem suum tumulo absconditus est.

Iura Monasterij cõtra Nobiles asserit [illegible].

Diploma Comitis Luxemburg.

Nicolaus à pietate & humanitate plurimum commendatus, à confratribus in defuncti prouinciam procurandam est electus, qui in functione sic se habuit vt fidelis ac prudens pecuniæ summi patrisfamilias dispensator dici mereretur. Hic inter cætera probè gesta bona, quæ Monasterium diu hactenus in pago Egell iure possedit, parata pecunia à capitulo Ecclesiæ Diuæ Mariæ, Magdalenæ Virdunẽsis acquisiuit, mortuus est circa annum Domini 1209.

Nicolaus Abbas Munsteriens. 3.

Gerardus Nicolao Abbate rebus humanis exempto canonicè eius cathedram adijt, ac toto vitæ suæ reliquæ decursu familiam dominicam admodum prudenter gubernauit. Eius industria Monasterio suo accessit Ecclesia in Rettenhouen/eiusdẽque Ius patronatus & alia. Cum enim tempore quodam profectionem Gerardus Abbas suscepisset Traiectũ Mosæ versus, & fortassis bona sua in vicino apud forum Comitis sita inuisisset, & iam cõfecto negotio, ad propria remeando Lymburgum venisset, id audiẽs Henricus Comes ad secum cœnãdum inuitari curauit, vbi dum humaniter exciperetur ac interim varius de rebus occurrentibus inter conuiuas sermo versaretur, incidit occasio, vt Gerardus de sui Monasterij necdum ita pridem in rerum naturam producti tenuitate verba faceret, & vt vir erat perquã eloquens, & ad persuadendum idoneus sic cum præsente Comite Luxemburgensi egit, vt suo Monasterio in eleẽmosinam donari dictam de Rettenhouen Ecclesiam, iusque patronatus, ac item quædam iura & bona propè Lymburgum, insuper in Henrici capella Eupen & Minbach obtineret, præter alia quæ latius in archiuis Abbatiæ istius continentur. Percepto igitur tanto munere Abbas, & in eius robur perpetuum literis munitus autenticis, lætus domum reuertitur: qui itidem bona sua œconomica vineam Munsteriensem in pago Vreu propè Treuirim consitam sum-

Gerardus Abbas 4.

Ab Henrico Comite Luxẽb. ad cœnam conuocatur.

Obtinet ab eo Ecclesiã in Rettenh. aliaque plura.

summa pecuniæ comparauit, & sic suo in finem vsque egregiè functus munere, tandem in fata concessit Anno 1222.

Arnoldus Munsteriẽ. Abbas 5.

Arnoldus fratrum concordi votorum suffragio Abbati, Gerardo succedẽs, quamquam vir foret in omnes mitissimus, in propugnandis tamen Ecclesiæ suæ iuribus admodum seuerus extitit & strenuus, vt non modo prius parta vigilanter seruaret integra, verum etiam eisdem alia modis legitimis non exigua accedere procuraret.

Ecclesiam Parochialẽ in Schittringen Monasterio adijcit.

Huic ipsi Arnoldo Abbati, cum Diui Maximini Abbate magna intercessit necessitudo, qua factum est præter alia, vt Pastoralis cura in Schittringen vna cum emolumento annexo à dicto Diui Maximini Abbate ex assensu Capitularium sui conuentus, nec non tam ordinarij, quam summi Pontificis comprobatione, Monasterio Munsteriensi, concessione liberali donaretur, ea conditione, & futuris temporibus, quisquis in Mũsteriensem Abbatem assumeretur, dictam de Schittringen Ecclesiam acciperet, acceptamque vicarijs perpetuis ab Archidiacono diocesano inuestiendis administrandam conferret, qui vicarij tertia tertiæ decimarum parte competentiæ loco fruerentur. Eiusdem præterea Arnoldi Abbatis studio insignis Colonia in Burlicum attinentijs in Monasterij proprietatem cessit, quæ prius vallis Dei nuncupata, Abbatis & Conuentus Diui Pauli Virdunensis iuribus asscribebatur. Nam cum cuidam Nobili viro Giletoni nomine prælibati Abbas & Conuẽtus, mediante duorum florenorum aureorum censu annuo dictam villam in perpetuum elocassent, & ipse nobilis loci amœnitate illectus, domicilium cum familia fixisset, & iuxta fontem lympidissimum insigne columbarium ob recreationẽ & etiam vtilitatem indè præcipiendam construxisset, contigit eo tandem vnacum vxore & liberis morte sublatis dictam possessionem in quandam piam matronam Catharinam de Menstorff iure hæreditario deuolui, quæ deuotione & hominum piorum persuasione inducta, ipsam hæreditatem totam in solidum prout sibi cõpetebat, Arnoldo Munsteriensi, eiusque Conuentui irreuocabili donatione contulit, quo fretus Abbas insigni titulo Virdunum versus ilicò iter arripuit, Abbatem Diui Pauli eiusque Conuentum pro facti corroboratione conuenturus à quibus haud difficulter sub censûs, quo supradictus Gozelo eius causam habentes tenebantur pensione, petitioni suæ fieri satis obtinuit, asserentibus scilicet sibi longè gratius esse, istiusmodi bona ab Ecclesiasticis ijsdemque Religiosis vnius cum ipsis ordinis possideri.

Curtis Burl eius opera Monast. bonis adiungitur.

Partem decimarũ in Chyuerij Le Franq acquirit.

Ad hæc Arnoldi Abbatis prouidentia partem decimarum in Chiuerey le Francq (adiunctæ iure patronatus Ecclesiæ) Laurentius quidam de Villari Sancti Petri (vulgo *de Pierre villers*) oppidi Maruillensis Præpositus accedente vxoris & hæredum consensu, in perpetuum pro aureorum certa summa vendidit, cuius collationis iura dum postea Comes Luxemburgensis inuadere, & vsurpare sibi conaretur; Abbatis huius oppositione prætensionem suam falso subnixã fundamento extitisse recognouit, vt ex autentico eiusdẽ Comitis scripto ex Abbatia Luxemburgensis Archiuis deprompto, luculenter patescit:

Iura Monast. cõtra Luxemb. comitem defendit.

Henricus Comes Lucelburgensis, Rupensis, & Marchio Arlunensis, Vniuersis, ad quos præsentes literæ peruenerint, notum esse volumus quod cum venerabilis vir Abbas beata Maria Lucelburgẽsis sibi, ac suæ Ecclesiæ à nobis, & nostris successoribus in posterũ super iure

iure patronatus Ecclesiæ de Zauerij, materiam quæstionis timeat exoriri, nobis supplicauit, vt ambiguitatem illam plenius amoueremus. Vniuersitati igitur vestræ præsentium testimonio literarum fidem adhibemus, ac protestamur nos in dicta Ecclesia de Zaueri nullum Ius habere præsentandi, sed ipsam præsentationem ad præfatum Abbatē ac suam Ecclesiā pleno iure spectare. In cuius rei fiduciā præsentes literas sigilli nostri munimine duximus roborari. Datum in Octobri Beati Remigij, Anno Domini millesimo, ducentesimo, quadragesimo nono.

Arnoldus Abbas porrò multis laboribus circa domus Dei regimen exantlatis, naturæ debitum exoluit, Annum Christi circiter 1276.

Thomas denique ex perantiqua & nobili familia de Euerich oriundus Arnoldo è viuis subducto, eius dignitatem legitimè obtinuit, eiusque in Monasterij sui iuxta rectæ rationis dictamen administratione vestigia consectans, insignem pagum de Eutringen cum omni eius vsu fructuario, à quibusdam nobilibus patriæ anno 1280. præsenti pecunia coëmptam, sui Monasterij possessionibus prioribus adiecit aliaque præclara in vtilitatem vtriusque status concrediti sibi regiminis exegit. Habuit autem controuersiam magnam quadam de re cum Diui Maximini Abbate quam cum vicini alij Prælati in contentionem, & æmulationem non bonam vergere aduerterent, eam consopiri, mutuamque gratiam redintegrari procurârunt. Tandem dum febre acri correptus, & cum ea aliquamdiu colluctatus fuisset Abbas Thomas, victus succubuit, & morte obita sepulturæ iuxta prædecessorum ossa mandatus est.

Thomas de Euerich Abbas 6.

Pagum de Eutringē pecunia coëmptū Monast. possessionibus adiecit.

Incidit in cōtrouersiā cū D. Maxim Abbate.

Simon à Beruwardt præcellenti itidem familia hodieq; non longè ab Esch extante, & ad nobiles de Schauuenbourgh pertinente, vir Religiosus & prudens Thomæ statim ab obitu successit, cuius parentes prius dum Monachū profiteretur vastissimam piscinam (cui adhuc Langhbolts nomen est) Monasterio contulerunt perpetuo iure possidendum, quam nihilominus abhinc annis plus minus quinquagintā mediante nummorum certa summa ad constructionem noui pauperum xenodochij impensa, Domino Bernardo de Schauuenbourgh Abbas & Conuentus vendiderunt. Nam cum ipsis loco sui exusti Monasterij in monte extra vrbem siti prius hospitale pauperum in domicilium accepissent, (vti præhabuimus) ea conditione, vt aliud iuxta ad pauperum vsum exstruerent, necessitate hac compulsi, piscinam prælibatam eam ob causam alienârunt. Simon hic prælatus egregijs præditus dotibus, postquam in tempus à Deo præstitutum Monasterio suo præfuisset, diem clausit extremum.

Abbas 7.

Piscina cui nomē Lāgbolij venditur.

Philippus Dominus in Putlingen filius, idemque vir Monasticis disciplinis nobiliter imbutus, & ad administrationem familiæ satis idoneus factus est confratrū electione defuncti Simonis successor, cuius vestigijs insistens præter alia Ecclesiā Fori Comitis propè traiectum Mosæ constitutam Monasterio Munsteriensi procurauit incorporari, & denique cum nihil eorum quæ ad optimum prælatum spectāt neglexisset Domino Deo spiritum reddidit.

Abbas 8.

Eccl siā foro Comitis prō è Traiectū Monast adiecit.

Ioannes à Macllbergh nobili similiter prosapia non lōgè à Schonerk ex Castro eius nomenclaturæ originem ducente, Religiosus ac probus paterfamilias, dum

Abbas 9.

Monasterij regimen grauiter cum Abbatiali honore aliquamdiu obijsset, eidemq; sua insigni industria plurimum profuisset, vitam cum morte commutauit.

Abbas 10.

Simon familia præcellentis de Hondelingen nobile germen vir, non minus religione & eruditione, quam sanguine clarus ad Abbatialem deinde functionem vocatus ab aucta progenitorum suorum virtute nullatenus degenerauit. Sed lubet paululum nominis istius nobilis familiæ occasione arrepta in gratiam curiosioris lectoris ab instituto digredi, & breue parergon intermiscendo dicere, cur nomine de Hondelingen, quod à cane germanicè videtur, deductum, designetur. Dico igitur id ideò accidisse, quod cum eodem loco matrona nobilis marito suo tum absenti, vno eodemque partu septem proles masculos viuas & vegetas edidisset, rei nouitate obstupefacta, atque quanquam de sua probitate optime conscia, ideò veretur ne maritus in suspicionem incideret commissi ab ea adulterij, quo nimirum à diuersis diuersos concepisset liberos, multis instantijs, repetitisque sermonibus suasit ancillæ, quatenus sex eorũdem recens natorum clanculum perderet, & fluuio præterlabenti submersos præfocaret, vt videlicet reduci puerorum patri è via omnis Zelotypiæ, & sinistræ suspicionis erga coniugem, eo modo ansa auferretur. Ancilla igitur Dominicę suæ verbis, & numeris promisso malè inducta, nefandum hoc facinus patrandum suscipit & sex paruulos præcinctio cautè obuolutos versus flumen demergendos properat. Cui cum Dominus eius fortè fortuna obuiam fieret, & rogaret, quo ipsa adeò festinanter pergeret, responderet Dominam ac Heram suam puerperam filiolum genuisse, & mandasse, vt catellos aliquot, quos canicula ediderat, statim iret submersum, & concitato gressu domum rediret, iussit Dominus ancillæ vt catellos ipsos sibi conspiciendos proferret: illa expallescens tergiuersari cœpit, & festinato opus esse ad redeundum & præstandum Dominæ puerperæ domesticum obsequium asserere cœpit. Hinc igitur fortius vrgere Nobilis aggressus est, & tandem inuitam coegit, tam quod tegebat secretum producere, quam causam propositi sibi facinoris explicare. In huiusmodi conjecta angustias ancilla totius negotij seriem Domino apperuit, puerosque vagientes sinu expanso ostendit. Tum ille eam bono animo esse iubês, mandauit quatenus nutricibus alendos traderet paruulos, donec annis aliquot indè euolutis de ijs statueret, quod videretur opportunum, interea verò cum Hera sese haberet tanquam eius iussa clam omnibus omnino complesset, ipse itidem totum esset dissimulaturus. Ingressus denique ad coniugis thalamum, eidem de fœlici partu congratulatur, & magnam exindè lætitiæ ostentat significationem. Annis itaque septem præterlabi permissis pueros omnes sex foris nutritos viuos & sospites eiusdem formæ & coloris habitu indui fecit, & similiter domesticum simul vestiri, quibus omnibus per personas in id constitutas in domum suam introductis, ad coniugem conuersus, quam fœlices inquit, ij forent coniuges quibus vno eodemque partu tam frequens & elegans soboles obtingeret. Cui illa, verè, inquit, Domine mi ita est, vt loqueris, imò hos tales non modò fœlices parentes, sed perquam fælicissimos esse indicarem. Subintulit tum maritus: hi sunt charissima coniunx paruuli septem à te mihi vnico partu æditi, quorũ sex sub catellorum nomine aquis demersos præfocari feceras. Ad quod verbum attonita mu-

Vnde familia Hondelingen id nominis sortita sit lepida valdè historia.

Mulier vno partu edit proles masculas: e (?) Sex ex prolibus per famulã scelus necare conatur.

Scelus immanè mulieris patefit.

Paruuli nutricibus clãculũ educandi traduntur.

Septẽ filij vno partu editi conueniunt.

lier-

lier, veniam facti petijt, & accepit, Hinc igitur accidit, vt domus illa & familia vocabulo Hondelingen designaretur, & insimul canis pars anterior collari redimita ad priora arma gentilitia dictæ familiæ accederet, Sed hæc hactenus. Symon de Hondelingen Abbas postquam in seniles annos vitæ mortalis spacia protulisset, multumque suo Monasterio fuisset vtilis, fatis concessit, & iuxta Diuorum Petri & Pauli Apostolorum altare, prout viuus petierat, sepultus est.

Maritus uxori totius facti seriem aperit

Matthias Epternacensis in Abbatem post Simonis obitum electus, vir fuit insigniter doctus, & tam in singularibus quam diuinis scripturis perquam eruditus, magnusque verbi diuini præco, suis se subditis dignum exhibens pastorem, & doctorem, cuius cum egregias dotes inaudisset Archipræsul Treuirensis, eum in suum suffraganeum asciuit, titulo Episcopi Syronensis a Summo Pontifice insignitum. Quo in munere constitutus tam strenuè omnium virtutum exercitio insudauit, vt tanto & eo ampliore honore cuncti dignum acclamarent, Hic adeò Monasterij sui decorē & gloriā cupiebat ampliorē, vt eius in posterum Abbatibus vsum mitræ, & aliorum Pontificum ornamentorum, quo antecessores eatenus caruerāt, sua industria obtineret concedi, vti ex Bullę Pontificiæ copia ostēditur. *Vrbanus Episcopus seruus seruorū Dei, Dilecto filio Matthia Abbati Munsteriensi Sanctæ Mariæ Luxemburgensis, ordinis sancti Benedicti, Treuerensis diocesis. Sinceræ deuotionis affectum, quo nos, & Romanam Ecclesiam reuereris ac Monasticæ Religionis obseruantiam, quam in tuo monasterio vigere, fide digna relatione percepimus, attendentes, dignum ducimus, vt in his maximè per quæ ipsi Monasterio honor accrescat votis tuis (quantum cum Deo possumus) fauorabiliter annuamus. Hinc est quod nos, charissimi in Domino filij nostri Caroli Romanorum Imperatoris semper Augusti, & Bohemiæ Regis illustris, ac tuis supplicationibus inclinati, tibi & successoribus Abbatibus dicti Monasterij, qui pro tempore fuerint, Authoritate apostolica tenore præsentium indulgemus, vt tu & illi mitra & annulo, sandalijs, & alijs insignijs Pontificalibus vti, & in missa, & mensa solemnē benedictionem facere locis tamen, & horis, ac tēporibus congruis libere valeatis, dummodo in benedictione ipsa aliquis Antistites, vel Legatus Sedis Apostolicæ non sit præsens. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire, Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Auinione 14 Calend. Iulij, Pontificatus nostri anno tertio* Cura insuper fuit huic Matthiæ Abbati, vt a Vvenceslao Rege Caroli Cæsaris in dicta Bulla nominati filij instanter peteret memoriam celebrem Ioannis Bohemiæ Regis in Monasterio suo sepulti institui; quod & impetrauit, Rex namque Vvenslaus huius Abbatis rationibus, & petitione inductus altare ante sepulchrum dicti Aui sui erigi præcipiens, in quo singulis hebdomatibus aliquoties incruentum Deo offertur sacrificium, decimas magnas parochiæ de Holrich propè Luxemburgum ei in dotem ab Abbate & monachis possidendam consignauit. Accidit autem proximè insequenti tempore Sanctimoniales ordinis Cisterciensis in claro fonte cis Arlunum, eleemosynam interuentu aulicorum etiam à

Abbas XI.

Insignia Pōtificalia sibi & successoribus suis à sūmo Pontifice impetrat.

Carolus Imperator

Memoriā celebrē Ioānis Bohem. Regis instituit.

Rex Wēc. Monaster. Munsteriē.

Rege VVenceslao petere, eo scilicet intuitu, quod eius aliquot antecessores Comites Luxemburgenses in earum templo sepulti iacerent, pro quorum refrigerio, subinde ad Deum preces ipsæ Sanctimoniales funderent. Rex igitur donationis prius Abbati, & fratribus Munsteriensibus factæ immemor, eandem decimam præfatis Deo sacris virginibus contulit. Ex qua occasione lites non exiguæ inter vtramque Ecclesiam obortæ, pace tandem sub certis conditionibus (quæ paulo post recensebũtur) inita, finẽ acceperunt, Et ipse Abbas, idemq; Suffraganeus Matthias rebus humanis exẽptus in anteriori, Ecclesiæ suæ parte humi abscõditus est.

Easdẽ prioris donationis ignarus non alibus clari fontis attribuit. vnde lis graius exoritur

Abbas 12.

Ioannes vir nobilis ex familia de Delgperck Abbas à confratribus in prædefuncti Matthiæ locum voto vnanimi electus & ab Archiepiscopo Treuerensi, quemadmodum & cæteri, confirmatus benedictione solemni, & cæterorum Pontificalium insigniorum, quæ immediatus eius antecessor sibi & successoribus obtinuerat, honore extitit affectus. Hic prælatus Ecclesiam sibi commissam non minus religione quam sciẽtia & eruditione reddere studuit illustrem, plurimum quoque Monasterij sui vtilitatem promouit, Nam vt alia taceam, Nemus, vulgò Burl nuncupatum, parata pecũnia à suis consanguineis Nobilibus Dominis de Mensenburgh coemit, quæstionem etiam super magna decima de Hofreich, cuius paulò antè memini, eatenus nimis remissè ventilatam, diligentius discuti fecit, & vt intentum certius iuxta iuris exigentiam assequi posset, Priorem suum ad Aulam Regiam ablegauit qui Prælati sui imperia suscipiens omni studio conatus est à Rege donationem prius factam potiorem fore, posterius verò concessam inutilem & inualidam esse declarari quod & obtinuit diplomate eius rei gratia Regis iussu expedito. Sed eccè dum Sanctimoniales Clari fontis per suos in Aula factores causam suam apud Regem sedulò commendarent, Rex earum lassatus importunitate, vt priore concessione non obstante pax inter partes dissidentes præsentibus Gubernatore, & Concilio Prouinciæ Luxemburgensis componeretur, seriò mandauit. Cui dum obtemperaretur imperio conuentum fuit pacto inuiolabili, vt Monasterium Clari fontis, cui tenuiter erat à temporalibus bonis prospectum, dimidia pars decimæ litigiosæ cederet, pastori verò loci alterius medietatis duæ tertiæ, & tertia reliqua tantum Abbatis, & Conuentus Munsteriensis fieret, quæ omnia in hoc vsque tempus iam indè à pacto sic inito obseruata fuere. Abbas Ioannes, postquam officio suo egregiè per annorum plurimorum curricula fecisset satis, viam carnis vniuersæ ingressus, in naui Ecclesiæ suæ ante gradus chori tumulatus est.

Syluã Burl à Dominis de Missch[...] emit.

Lis inter Monasteriũ Munster et Moniales Clarifontis est composita.

Abbas 13.

Tilmannus ab Eydel vir nonsolum monasticis, verum Ecclesiasticis quoque disciplinis nobiliter instructus, atque in scientia literarum tam diuinarum quam sæcularium non infimè doctus, vita & conuersatione commendabilis, locum defuncti Ioannis ex fratrum concordi consragio subijt, cuius consuetudine magnopere cum affectu vti solebat VVenceslaus Rex, adeò vt Luxemburgi in Arce sua agens vix vnquam refectionem meridianam siue vespertinam sumeret, quin illi hic Mũsteriensis Abbas adesset, vtpote cuius colloquijs & prudenti de quauis re discursu plurimum delectationis adipisceretur. Hinc etiam plurima eademque magnifica Monasterio eius priuilegia & gratiæ Regis præallegati concessione accesserunt, pro-

VVenceslaus Regis amor dei [...] multa [...].

prout monimenta, quæ hodieque extant pateuter edocent, Archiepiscopus similiter Treuerensis, vt Abbatis Tilmanni famam audiuit, eius apud se præsentiam magna auiditate ambiuit, & eius deinde aliquantum expertus egregias virtutes, sapientiam, & rerum gerendarum peritiam, eum Suffraganeatus sui munere cohonestauit, in quo ipse indefessus, & nullam occasionem (vnde sibi commisso populo prodesse posset) prætermittens, fidelem sese, & prudentem summi patrisfamilias exhibuit dispensatorem, dans eius familiæ suo tempore tritici mensuram, vt meritò de Dei misericordia cõfisus expectaret sibi eam dici gratam vocem. Engè serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis supra multa te constituam intra in gaudium Domini tui. Hic idem Suffraganeus & Abbas, vt insignis erat paterfamilias, complura bona Monasterio suo acquisiuit, parara namque pecunia ædes eas in vrbe Treuerensi conquisiuit, quibus in hunc diem gauisi fuêre Munsterienses, quas videlicet, à tumultis hominum semotus incolere solebat, dum sui Suffraganeatus functioni insudaret. Comparauit similiter sibi, & Monasterio suo pagos Rechingen & Ratgen præter alia multa, quibus eius studio Domus Dei ipsius administrationi credita incremẽtum accepit. Obijt Treuiris Alexandro quinto clauium vniuersitatis Christi Ecclesię moderante, & in Carthusiensium extra dictam Ciuitatem ambitu, prout viuens prædisposuerat, ante Capitularem domum, amplo lapidis tegumento absconditus est.

Constituitur suffraganeus Treuirensis.

Munus sub strenuè obit.

Pagos Rechingen & Ratgen Monasterij possessionibus adijcit.

Aegidius à Fisch-bach, vir ad curam vtriusque status idoneus, quippe qui moribus, & doctrina fulgens sibi viuendo bene, alijs docendo nouerat prodesse, dignitatem Abbatialem, post Tilmannum Anno 1410. rite consecutus, sibi commisso ouili prodesse, quoad vixit, non destitit. Huius tempore regiminis accidit (prout scripta fide digna edocent) duos Nobiles Fratres Theodoricum & Ioannem ex familia de Schundelen progenitos non procul à pagis Eatringen & Eutchringen ad Monasterium Munsteriense spectantibus commorari, eosdemque nimis ignobilibus moribus ab auita probitate degenerare. Solebãt etiam de rusticis & substantia rusticorum prędas agere, rapaci, & violenta manu, magnas quoque in ipsos exercere insolentias, pecora insuper abigêre, & (vt fasciculo dicam) nihil omittere eorum, quæ ad veros prædones spectare referuntur. Quæ cum rustici querulose ad Abbatem Munsteriensem suum Dominum, pro amouendo tanto malo, detulissent, misit in primis Abbas certos suos officiatos, qui præfatos Nobiles, seu potius Prædones à sua verbis ipsius Abbatis deterrerent improbitate. At verò hi suis confisi viribus nequicquam eam monitionem morati verbis insuper iniuriosis & contumelia plenis Abbatis famulos abegerunt, & nihilo secius, quam antea prædationibus, & insolentijs insistere perrexerunt, factum itaque est, vt Abbatis iussu, subditi aliquot ipsius correptis armis istuc tenderent, vbi Nobiles grassari perceperat, quatenus, qui verbis minime potuerant compesci, certè viribus cohiberentur robustiorum. Tunc Abbatis imperium complentur, cum armis subditi prælibati arbustorum opaca, per quæ Nobiles prędones iter agere solebant ingredientes, inibi delituerunt, donec ex more sub intempestæ noctis silentio ipsi Nobiles, pecuniam resque alias à rusticis vi extortas, & pecorum gregem frequentem abducentes, vicini loco eiusmodi insidiarum fierent, tunc enim è latibulis prorumpentes armati prædam in primis omnem ex eorum potestate excusserunt, ac

Abbas 14.

Nobiles quidam pagos Eatringen et Eutchr. & loca circumuicina infesta reddunt.

Monitionibus nihil proficientibus, vi capiuntur, & vincti ad Monasterium adducuntur.

deniquè ipsos prædones ad Monasterium Munsteriense vinctos abducentes. Domini Abbatis conspectui præsentarunt, cuius etiam protinus iussu, quemadmodū eorum satis exigebant demerita, in carcerem cum complicibus itidem captiuis fuêre detrusi. Hæc denique, vt sic contigisse cognouerunt amici quidam, vt consanguinei istorum nobilium, propero gradu Abbatem accedunt postulantes sibi suos cognatos donari: At cum Abbas se nullatenus ad id teneri affirmaret, & eorum summa quam exercuerant in eius Domino iniquitatem recenseret, ipsi ad humilium precum subsidia confugientes, tandem suis obtinuerunt postulationibus responderi, ea conditione sub iure iurando & fide iussione firmata, vt deinceps à prauis istis moribus desisterent, nec quicquam ob sumptam de ipsis hanc captionis & carceris pœnam vindictæ vice essent repensuri, atque insuper loco mulctæ tantæ præsumptionis debitæ ipsi nobiles de præsenti, & sui in posterum successores Domini in Schindels feudales existerent Monasterij Munsteriensis. Quibus cautè satis constitutis, dimissi Nobiles, præstito prius Abbati homagio, ad propria remearunt. Abbas Aegydius intra decem & sex annorum spacium (quo eum præfuisse opinor) cum alia non contemnenda, tum etiam Sacellum insigne Diuo Martino Episcopo nuncupatum a fundamentis in Monasterij sui cœmiterio excitauit, vbi deinde plurimi præcellentioris notæ homines sepulturam elegerunt. Corruit hoc Sacellum relictis quibusdam vestigijs, vna cum reliquis Monasterij ædificijs in eius supra narrato excidio & desolatione.

Cōsanguinei eos è vinculis liberare nituntur sed frustra.

Dimittuntur sub certis conditionibus, feudalesque fiant Monasterij Munsteriensis.

Abbas 15.

Ioannes à Vvesel, doctus & deuotus frater, à confratribus in Abbatem & pastorem electus, Abbatiali dignitate post Aegidij decessum insigniri meruit, & dū per annos complures commissum sibi talentum magna sollicitudine & labore indefesso, ad gregis Dominici profectum expendisset, vitam cum morte commutauit.

Abbas 16.

Suggerus deinde à Bourscheidt nobili prosapia oriundus Ioanni legitimè fuit rogatus, vir non minus eruditione & religione, quam sanguine clarus, in agendis, disponendisque negocijs suum officium contingentibus, clarus admodum effulsit. Reparauit autem plurima sui monasterij ædificia, quæ per obsidionem Luxemburgensis oppidi à Burgundiæ Duce pro Elyzabetha Gorlitia factam clądem perpessa erant, & ruinam maximam, ac deniquè elegantem Capellam in Diuæ Annæ Christi Domini Auiæ honorem fundauit, in qua & mortuus, prout viuus prærordinauerat, inhumari meruit. Vixit anno restitutæ salutis 1469. Quo tempore verò in fata concesserat, obibat Luxemburgensis Ducatus vicariam administrationem prænobilis quidam vir Burgundio ex familia de Fey oriundus. Hic igitur nepotem ex fratre, sibi valdè charum in Monasterio quodam Lugdunensis dioecesis ordinis Diui Benedicti professum habens, vt hunc Monasterio Munsteriensi vacanti in Abbatē obtinere posset institui, eius loci Monachis seriò inhiberi fecit, ne ad electionē noui prælati procedere tentarent, donec Principis super ea re beneplacitū percepissent. Interim verò ipse apud eundem Ducem clā Monachis pro nepotis sui promotione solicitans, votis suis satisfieri impetrauit.

Reparat diruta Monasterij ædificia.

Sacellū elegans in D. Annæ honorē ædificat.

Abbas 17.

Iacobus à Feij magno vt post videbitur, rerum monasticarum detrimento in Abbatem aliundè ascitus, ista conditione nequaquam contentus breui post tempore

pore

pore Abbatiæ etiam Epternacensi, patrui instantijs est præfectus, nec tamen sic saturatus, ambitione compellente tertiam Sancti Vincentij Metensis Abbatiam cum duabus reliquis regendam, seu potius perdendam, prout probauit euentus, suscepit. Fuit quidem initio suæ administrationis patruo suo Gubernatore Luxemburgensi viuente, & in eum intendente vtcunque vir frugi; verum hoc è viuis sublato, & apud sanctum Spiritum Luxemburgi sepulto, in omnem voluptatem, & carnis lasciuiam, & mundi dilicias totũ absque freno se tradidit; atque in tantum sensim processit prodigalitatis, vt triũ istorum Monasteriorũ totã penè substantiã dilapidaret, absumeret, & in quosuis profanos vsus expenderet. Mensa vtebatur omni genere ciborum exquisitissimè & curiosissimè instructa, vestibus non admodũ religiosis, famulitio frequenti & mũdanæ vanitatis pleno, equitatu (qui magis Ducẽ sęculi decuisset quam religiosũ prælatũ) splẽdido admodũ & valde numeroso, adeò vt quinquaginta aut sexaginta, dum vel venatum, vel alio ad ostẽtationem proficisceretur constipari soleret equitibus &c.

Triũ simul Abbatiarũ præfecturas adipiscitur.

Monasteriorũ bona in deliciis viuendo dissipat.

In summa vir iste trimitratus modo suo viuendi inordinato tribus suis Monasterijs fuit longè perniciosissimus.

Nam vt animarum interim dispendia certissima sub tam peruerso rectore taceam Monasterium in primis Munsteriense in eam deuenit rerum penuriam vt tota eius propemodum possessio ob æs alienum pignori daretur. Diui autem Vincẽtij Metense in extremam redigeretur inopiam, Epternacense verò vbi ordinarie residebat in similem miseriam perduceretur. Quibus nihil obstantibus ipse tanquam (cui ob res bene gestas, laus & gloria à posteris deberetur) magnificum sibi, & quod insigni alicui Principi par esse poterat; sepulchrum viuens curauit in Epternaco ante Diui Martini altare ædificari, quatenus eodem morte solutus conderetur; quod etiam, quamuis præter eius merita factum fuit. Sed tamen cum tantum à tramite rectitudinis & iustitiæ exorbitasset, Dominus Deus (si vera sunt quæ quidam retulerunt) euidenti signo ostendere voluit, eiusmodi facta minus sibi probari. Sequenti enim nocte postquam sepulturæ traditus esset hic Iacobus Abbas, dum fratres in templo matutinas preces persoluerent, strepitum quendam inconditum circa sepulchrum ipsius fieri audierunt, qua ex re permoti horroreque insimul perculsi, ad locum visuri quid esset accesserunt; & nihil quidem oculis contuente, fœtorem adeò tetrum, quasi ex sepulchro exhalãtem, & totum circumfusum aerem respergentem senserunt, obstructis protinus naribus indè se proripere præ eius graueolentia compellerẽtur. Vnde æstimantes Deum hoc iudicio voluisse reprobationem defuncti Abbatis quasi certo insinuare, inito consilio eius cadauer per laicorum manus è sepulchro extractum in locum profanum deferri, & humo abscondi fecerunt. Huic in Epternaco, Burchardus de Nouocastro vir profectò eximiæ religionis, doctus, & eruditus, & ad deperditarum rerum recuperationem faciendam peridoneus, succedens initio tam tenui fuit fortuna, vt asello ad Monasterij negocia peragenda proficisci compelleretur, equis nimirum antecessoris ad debitorũ, ab eo contractorũ dissolutionem necessario diuenditis.

Tria Monast. ad paupertatẽ redigit.

Sumptuosũ sibi sepulchrum in extremo curat.

Post mortẽ apparens, intolerabilem post se fœtorẽ relinquit.

Bernardus ab Orleij, post Iacobum à Feij, depauperato Monasterio Munsteriensi præfectus, vir genere, & scientia, & morum probitate clarus, spartam sibi creditam

Abbas 18.

ditiam admodum exornauit, Præfuit enim Monasterio frugaliter & ad recuperationem restitutionemque eius satis accommodate, Vnde etiam etsi non ad plenum (fuisset enim hoc ingentis negotij, longiorisque æui opus) certè pro bona parte Monasterij possessiones ære alieno exemit, viuebat anno 1490.

Monast. possessiones alienatas recuperat.

Abbas 19.

Ioannes Bernardo è viuis subtracto, succedens, filius extitit ciuis cuiusdam oppidi Arlunensis, qui tam religionis obseruantia, quam scientiæ perspicacitate fulgens officio suo tam in temporalibus, quam spiritualibus egregiè functus est spacio nouem annorum.

Abbas 20.

Guillelmus ab Hecka Prouinciæ Leodiensis loco, Sacræ Theologiæ callentissimus, & magnæ apud Carolum Burgundum Ducem eo tempore autoritatis, idemque Prothonotarius Apostolicus, ilicò vt Abbatiam Munsteriensem prælato orbatam esse perspexit, eius sibi obtinendæ sua tractus voluptate, animum adiecit; & quamuis ad electionē vnius ex gremio suo iam fratres conuentuales processissent, impediuit tamen quibus valuit modis, quo minus rata eiusmodi electio haberetur, eam præcipuè causam obtendens, quod electus minus ad onus tam grandè sustinendum foret idoneus, tum etiam quod ætatis defectum pateretur, ne legitimè ad id muneris posset assumi. His igitur & alijs rationibus Dux Carolus persuasus cupiens suo Theologo gratificari, eundem in Abbatem Munsteriensem denominat: qui potitus confirmatione, & in possessionem ipsius prælaturæ introductus, mirum propenso fuerit in auaritiam studio, scilicet vt eo omnes, eius cogitationes, verba & facta tendere viderētur, vndè peculium indies auctius redderet. Congesta porrò pecuniæ summa haud exigua, cum etiam ob eruditionis excellētiam quam sibi nimis vanè adscribebat, sese cæteris eius ætatis vicinarumque partium ordinis prælatis religiosarum rerum cognitione, vsu, & obseruantia præeminentiorem, à Summo Pontifice dato supplici libello, falsis fortè narrationibus consarto, à sua Sanctitate impetrauit cæterorum Monasteriorum in partibus vltramontanis Benedictinæ professionis visitandi ac reformandi prouinciam. Bullæ igitur, Pontificiæ fretus autoritate, huc atque illuc cum amplo famulitio diuagari, & Monasteria circumposita inuisere cœpit, à singulis interim in abitu, pro præstito obsequio pecuniæ summam extorquens. Displicebat plurimum cæteris Prælatis viri huius prænominati nimis ambitiosa libido, contra quam etiam quidam excipientes dicebant commissionem Apostolicam, qua sola nitebatur surreptitiè obrētam, atque adeò nullius esse virtutis, vndè neque eius in se autoritatem agnoscere vllatenus aiebant. Hinc iste fulmen excommunicationis in opponentes tanquam Summæ Sedi rebelles & contumaces vibrat, Vndè Prælati grauiter exacerbati eum ad magnum totius Belgij Concilium Mechliniense, à tanta temeritate compescendum citari procurant, Vbi dum causa hæc, vltrò citroque multum esset ventilata, nihil aliud secutū est, sed pependit indecisa, donec Abbas Guillelmus Mechliniæ Anno Domini 1508. naturæ debitum persoluisset, de cuius etiam gestis minus probandis libellum vidi conscriptum, qui apud vnum Monasterium Treuerensium repositus huc vsque seruatur.

Duce Carolo procurante in Abbatem Munsteriens. assumitur.

Obtinet à Summo Pontifice authoritatem reformandi Monasteria Benedicti.

Excommunicat se recipere nolentes.

Ioan. Hel. Abbas 21.

Ioannes Helmont Brabantinus qui Guillelmo Abbate præfecturam gerente, cellerarij munere cum laude fungebatur, eius defuncti locum statim subijt; vir vtique

doctus

Doctus & eruditus, & in disponendis Ecclesiæ negotijs peridoneus, nō minus religione quam dignitate Venerabilis, quem proinde Treuerensis Archiepiscopus in suum asciuit Suffraganeum cuius etiam gratia vt plurimum Treuiris domi suæ resedit, ædificia luculenta adiecit, & inter alia sacellū paruū cum altari fundauit, atque ipsemet in Diuæ Deiparentis Mariæ honorem, Deo consecrauit. Hunc initio suę administrationis commendatarium Abbatem tantum fuisse ex eius quodam autentico scripto didici, probabile tamen est eum postmodum titulo etiam ipso fuisse insignatum, cum vir extiterit, vti prænotaui religionis & disciplinæ regularis zelosus promotor. Nam cum prius haberet Monachos distortis nimirum moribus affectos suumq; singulos peculium procurantes eos in ordinem redigere studuit, introducta nimirum in suum monasterium reformatione Bursfeldensi, qua omnis dissolutio vitæ proprietatis species longè amandantur, & in earum locum obseruantia regularis per omnia secundum sanctorum patrum præscripta restituitur. Contigit autem hæc Monasterij Munsteriensis reformatio anno decima supra millesimum quingentesimum. Hic etiam Helmondanus Abbas Ecclesię suæ vtilitati prospiciens bona in Pryß eatenus à monasterio possessa, in ea quibus modo in pagis Herberen & Montpach gaudet, permutari curauit. Denique cum suo in Nonemirum proficuè satis incubuisset muneri, fatis concessit Anno reparatæ salutis 1517.

In suffraganeū Treue. assumitur.

Monaster. summi reformat.

Bona quadā Monast. permutat.

Nicolaus à Biedburgh oppido honestus natus parentibus Ioanni ab Helmont in Abbatiali honore succedens spartam hanc magna cum laude per quinquennij spacium exornauit, quo scilicet Ecclesiæ sibi commissæ tam doctrina quam industria sua non modicè profuit.

Abbas 22.

Ioannes Hartrardus Treuir, Nicolai præcedentis sub eius mortem hortatu in functionem Abbatialem ritè assumptus, vir fuit admodum deuotus, & amator religionis, literarum scientia simul, & rerum gerendarum cognitione præditus, adeoque dignus cuius regiminis institutio in pacatiora, nec non gratiora tempora incidisset. Sed cum id temporis omnia circumquaque loca bellorum conflagrarent ardore, & proinde vix vspiam viris præsertim Ecclesiasticis & religiosis, fortunas & personas suas ne in extremam omnium rerum iacturam inciderent, tuto concredere daretur, monimenta quidem Monasterij, quæ in fundationum, donationum, conformationum, priuilegiorum, & aliorum titulorum, ratione consistebant, simul cum clenodijs quibusdam & Ecclesiæ ornamentis pretiosioribus Treuiros tempestiuè auehi fecit, ipse verò Abbas cum Monachis locum monasterij cum suppellectile pene reliqua fortunæ permittens in vrbem Luxemburgēsem & subinde ad alia, prout videbatur oportunum, loca se recepit, quod dum anxius & mœrore plenus faceret, accidit funesta illa quam prænarrauimus totius sui monasterij conflagratio, & irreparabilis desolatio Anno Christianorum 1542. Rebus porrò bellicis non nihil sedatis, postquam ædes priuatas easdemque angustas & conditioni suæ minus commodas aliquādiu incoluisset impetrauit sibi, & suis successoribus, monachisque Munsteriensibus in perpetuum à Carolo quinto Imperatore Augusto Xenodochium pauperum, Ecclesiæ Diui Ioannis Baptistæ contiguū in domicilium donari, ea tamen conditione, vt ad alterius in proximo ædificatio-

Abbas 23.

Propter cōtinua bella Monasterio cū suis excedere cogitur, & ad locatutiora se confert.

Monaster. totum igne cōflagrat.

nem hospitalis certam pecuniæ summam numerarent, quam videlicet diuendita insigni de Langholtz piscina, alijs destituti medijs confecerunt. Obijt porrò Abbas Ioannes Harttardus nulla consolatione ex ingenti quam perpessus fuerat clade releuatus Anno 1548. & in dicta Diui Ioannis Ecclesia ante gradus presbiterij sub grandi saxo Abbatis imaginem habente, humo conditus fuit, Quo etiam anno omnes eius Religiosi fratres duobus exceptis, post summas eandem ob causam perlatas molestias, mortem obierunt temporalem.

Abbas 24 Nicolaus à Biedburgh superioris æquiuoci nepos fratrum superstitum alter, Harttardi defuncti, postquam rem domesticam ad annos aliquot administrasset, dignitatem adijt, quam cum vnico tantum anno pro posse & nosse, quantum turbata illa tempora permittebant, obijsset tribus tantum Monachis, eiusdemque ad præsidendum parum idoneis, rebus humanis exemptus & sepultus est, Ea tempestate prouincias Belgicas Caroli quinti Cæsaris vice eius soror Maria Hungariæ Regina moderabatur, cui cum Monasterij Munsteriensis status nimis deplorandus, & fratrum inibi superstitum ad eius regimen inidoneitas innotuisset, consilio inito, duos prudentia & eruditione præstantes viros ad Monasterium augustissimum totiusque Brabantiæ nobilissimum Affliginense ablegat, quatenus ibidem quasi aliud agentes explorarent, & ex conuersatione communitatis Religiosorū loci, alijsque probabilibus signis expiscarentur, num exindè quispiam Munsteriensis Cœnobij præfecturæ, & regiminis capax haberetur.

Monasterij Munsteriensis miserrimus status.

Abbas 25. Cornelius Wampach Bruxellensis inquisitione, vt præfertur, facta, iudicio prudentum, idoneus muneri Abbatiali obeundo à Maiestate Cæsarea Prælatus Munsteriensis ex Monacho Affliginensi denominatur, & ad locum destinatum proficiscens duos secum confratres VValterū scilicet de VVauria, prioratui claustrali præficiendum, & Martinum Masium (qui multo post in Abbatem Epternacensem euasit) œconomiæ temporali admouendum, benedictione sui Abbatis percepta secum assumpsit. Denique dum concreditæ sibi consisteret administrationi, iuuenes aliquot ordini religioso cooptari postulantes in suum asciuit gregem, qui insimul secum & reliquis prius admissis noctu dieque diuinis insudarent obsequijs, fefellit tamen, vti ex rei gestæ euentu patuit, spem promotorum huius viri ad eam dignitatem, quod non ea vsus fuerit in functione sui muneris sagacitate, & industria, quam illi sibi de ipso spoponderant. Nam rei domesticæ non tam cōmunem Monasterij vtilitatem, quam in priuatum suum commodum gessit curam, affectu etiam nimis carnali in parentes & patriam propendebat, quorum gratia visitandorum, quicquid potuit pecuniæ corradens, profectionem ad eas partes adornauit, & cum vix quatuor à suscepto regimine annos explesset Bruxellæ matrem inuisens in ægritudinem incidit, cuius vigore superatus vitam cum morte commutauit. Cum autem iisdem diebus Religiosus quidam ordinis Benedictini in Monasterio Sancti Bertini, oppidi Audomarensis originaliter professus, ac postmodum Sancti-Sylnini de Alchiaco Abbas ordinatus, indeque à Francis turbatus monasterio nobilissimo & longè celeberrimo Gorziensi in Abbatem datus, ac ex indè nihilominus bellorum iniuria per Francos Metensem ciuitatem non longè dissitam astu occupantium excedere compulsus, genere nobilis, ex præcellenti familia

Non respondet multorum conceptui de se existimationi.

Guilelmus ab Orley Abbas S. Sylnini de

milia ab Orley, Luxemburgensis prouinciæ in aula Bruxellensi ageret, & obitu Abbatis Munsteriēsis percepto, cum diuersis alijs pro ea dignitate adipiscenda instaret, meruit reliquis reiectis, in susceptorum dispendiorum qualemcunque cō pensationem ad hoc munus promoueri. *Alchiaco, deinde Georgie fis, propter Frāc. inias ias Bra cell fagit.*

Guilielmus igitur ab Orleij Abbas Munsteriensis defuncto Cornelio designatus, prouinciæ sibi consignatæ regimen adijt, cum annorum esset plus sexaginta, valetudinarius insuper, & cholica penè continua diuexatus, adeò vt in sella gestatoria tantum deportatus de loco in locum migrare posset. Huius ad id muneris promotio dum non admodum VValtero & Martino Affliginensibus Monachis cæterisque Munsteriensis cœnobij respectiuè Priori & Cellario arrideret, ad suū natiuum Monasterium Abbate ab Orley facile permittente regressi fuerunt. Tertius verò loci Monachus, nequitiei spiritu tractus abiecto habitu Apostasiā inijt, & voluptuosam, prauamque in sæculo vitam deinceps egit. Vnde Abbas solus absque vllorum fratrum consortio effectus, & ad nouos admittendos ob aduersam valetudinem, & coadiutorū destitutionē inidoneus, duos sæculares cōduxit presbyteros, qui sacris alternatim quotidie in Monasterio operarētur. Vixit idem in tertia sua prælatura annos sex, quibus euolutis in fata concessit, tertia die Octobris, & iuxta parentum morticinia in Franciscanorum tēplo Luxemburgi sepulturā accepit. Indè accidit, quod cōmuni solet prouerbio iactari, Abbates quidē omnes mori, at conuentus nunquam totos interire. Interijt namque conuentus Mūsteriensis Abbate VVilhelmo ab Orley viuente, dū scilicet omnes Monachi naturæ tributū dependerunt, vno fortassis excepto, qui fugam capessens nunquā reuersurus effecit cōmuni præalligato prouerbio contrariā sententia verificari. Cū igitur ad ordinem Monasticum ei loco restituendū necesse foret, aliūdè Religiosum qui Abbatis subiret onus, desumere, Petrus Coelen Lysius Stabuleti professus reliquis in id propositis palmā præripuit, exortus, à tenera sua infantia literarum disciplinæ admotus, cū fælici ingenio polleret mirè admodū profecit, & quo ætate maior, eo eruditione & scientia seipso processu temporum fiebat auctior. *Abbas Mū steriēn. 26. cōstit. itur. Monasterii Munsteriensis monachis vacuum.*

Petrus Coelen alias Lysius, Lysia territorij Leodici iuxta Visetum viculo oriūdus, ex Monacho Stabulensis Cœnobij Abbas Munsteriēsis à Catholica Regia Maiestate Anno Domini 1560. denominatus, & ab Illustrissimo Principe Electore, eodēque Archipræsule Treuirensi Reuerēdissimo Ioanne à Petra confirmatus, munus porrò benedictionis percepit, fuit autē vir in diuinis scripturis eruditissimus, & in sæcularibus literis magnificè doctus, ingenio subtilis & vehemens, eloquio disertus, & venusto lepore decorus, orationū etiam & sermonum ad fratres declamator egregius, qui præter alia tantæ eruditionis testimonia opus insigne commentariorum in Regulam Diui patris Benedicti conscripsit, quod necdum in lucem prodijt, prout nec viuēs etiam magnis viris instantibus prodire passus fuerat. Qua autem occasione & modo alijs præteritis in Abbatem, Luxemburgensem eum instituī contigerit, lubet obiter recensere, cum Anno Dominicæ Incarnationis 1540. per obitum Roperti à Monreal Abbatis, Monasterij Diui VVillibrordi in Epternaco, capite careret, fratres Conuentuales Imperatoris assensu minimè requisito electionem noui prælati inter se celebrantes, vota potitiora in quendam *Abbas 27.*

Matthias Lutzeraidt ab omnibus in Abbatē Epternac. Monasterij eligitur.

eorum Matthiam à Lutzeraidt coniecerunt, eique proindè tanquam legitimè electo locum & dignitatem Abbatialem deferentes, negotium istud de cætero nihil turbationis perpessurum arbitrantur. Sed ecce cum VVillebrodi cuiusdam à viena Monachi æmulatione, & cauillis quasi Matthiæ electio, non canonicè processisset, ideò quod ipse eam summopere appetens, spe frustaretur sua confirmatio nouiter electi nimium procrastinaretur, accidit hæc Godefridum quendam ab Aspero monte per Imperatoriam Caroli quinti Maiestatem in Abbatem Epternacensem designari, & Cæsareo munitum diplomate magna famulorum & armatorum constipatum caterua possesionem loci accepturum, venire. At cùm opponentibus se Matthia electo, & fratribus repulsam pateretur, circa Monasterij portā cum famulitio hospitiū ingressus occasionem vi aut astu eius inuadendi præstolari cæpit. Vna igitur dierū dum Monasterij pecoribus ad pascua emittēdis porta aperiretur, famuli ipsius Godefridi pro excubijs iuxta constituti armata manu intra Monasteriū irruentes, illud sui Dn. potestati per viā facti subdiderūt, quo electus Matthias rumore audito, timore consternitur vehementi, clanculū per fenestram exsiliens, vt furorem declinaret tantæ insolentiæ, intra vrbem apud amicum quendam familiarem ad dies paucos delituit, & videns sese deinceps Epternaci tuto consistere non posse, per Treuerim ad quandam possessionem Monasterij sui profectus, eadem & alijs extra Luxemburgēsium potestatem sitis in vitam suam aggratulante Archiepiscopo Treuerensi est potitus. Godefridus igitur Epternacensi Monasterio ea via occupato, vt vir erat parum religiosus, viuere cœpit admodū sæculariter, splendidis epulis & cibaricis mēsis, & alijs relatu indignis prauæ vitæ actionibus vacans, famulis vtens suis moribus admodum congruis & aptis, qui vt & ipse, omnes galli existentes locum hunc totum gallizantem redderunt, His etiam monasterij administratio suo erat Domino commissa, & cum nihil minus quam religioso statui fauerent, multis molestijs fratres afficiebant, eis nimirum tenuissimam eandemque vilissimam administrātes annonam Vnde & sub ipso molestiarum onere penè deficientes, omnique spe & auxilio destituti, Concilio tandem Luxemburgensi pro remedio supplicem offerri curarunt libellum hoc tenore.

Godefr ab Aspero mōte Epterna Monaster. præfecturā violēter sibi vēdicat.

Prodigialiter viuendo bona Monasterij dissipat.

Monachi Epternacēs. libellū supplic contra eū concilio Luxemb. offerunt.

Sacratissimæ & Catholicæ maiestatis Gubernatori, Præsidi, atque Consiliarijs Ducatus Luxemburgensis Illustris ac generosissimè Princeps, cæteri nobiles, strenui ac egregij viri, Domini obseruandissimi. Pro parte Deo deuotorum Prioris & Conuentus Monasterij Diui VVillibrodi oppidi Echternacensis exponitur. Quod licet ipsi defuncto Reuerendo Domino Roberto à Monreal nouissimo eorum Abbate, vestigia prædecessorum suorum imitando, & iuxta antiquam dicti eorum Monasterij consuetudinem, quedam Dominum Matthiam de Lutzeraidt eorum confratrem & professum monachum elegerunt, Cui etiam per Sanctam Sedem Apostolicam confirmato solitam obedientiam tanquam eorum Prælato promiserunt; Verum superueniente Domino Godefrido de Appremont, dictus Dominus electus & confirmatus, per eundem Dominum de Appremont eiectus fuit, ac nos licet inuiti eidem obedientiam promittere coacti fuimus, recegiam

vt tamen prius ab eodem promissione, quod nos nostrasq; personas modo debito tractaret, Conuentus antiqua priuilegia, consuetudines & vsus in nullo læderet cum protestatione, quod per hoc electo & confirmato Abbati in nullo præiudicare velimus, & quod metus causa per nos factum nulli derogaret, Illis tamen non attentis dictus Dominus Godefridus iam paucis diebus retractis, priuilegia, munimenta, instrumenta, literas & Sigilla dicti Monasterij, quæ ab immemorabili tempore apud Conuentum in locis & receptaculis ad hoc deputatis tuta in custodia reseruata fuerunt, & claues ad ea apud Conuentum aut Seniores de Conuentu fuerunt (quod non insipienter à prædecessoribus nostris cogitatum fuit) omnes claues tum ad Sanctarum Reliquiarum, tum literarum custodiam deseruientes, nullis penitus apud Conuentum relictis, à Priore comminando eidem carceres, & alia grauia per vim extorquere conatus est, prout iam antè dies aliquot extorsit. Præterea nos pauperculos fratres tanquam captiuos satellitum copijs ad fores dormitarij positis obseruat, ita vt vbi aliquando libri vel breuiaria cernebantur, pro illis tormenta & arma bellica conspiciantur, pro Monachis satellites, pro cucullis thoraces spectentur, & quod est abominabilius in ipsa Ecclesia pro cāpanis tormenta bellica audiuntur, in graue religionis & monasticæ disciplinæ detrimētum. Et Priorem nostrum, dum pro consilio aduersum huiusmodi calamitates parumper abesset, non audita causa, & sine Conuentus scitu, ac voluntate, & contra consuetudinem destituit, & choragum huius tragœdiæ hominem alioquin nullius zeli aut Religionis, cuius vita pessima omnibus nota VVillibrordum nomine in Priorem præfecit, sub cuius moderatione multorum nostrorum monachorum animæ citius in barathrum demergentur, quam in cœlum eleuabuntur, ita vt non sine animarum periculo ibidem viuere possimus. Insuper & hac tyrannide præfatus de Appremont minimè satiatus, ita etiam tenuia, minusq; congruentia alimenta per dictum VVillibrordum nobis suppeditare procurat, vt vitam vix sustentare valeamus, Præterea tanta custodia, tantoq; impetu per satellites nos diu noctuque obseruat, etiam armis & canibus adhibitis, fustibus, & gladijs, carceres comminans, vt nusquam tuti simus. VVillibrordus itidem manus violentas in quendam Confratrem nostrum sacris initiatum temerè coniecit, per hoc pœnam Canonis incurrendo, & alia multa grauamina, violentias & iniurias prædictus de Appremont nobis contra Deum & iustitiam de facto quotidie infert, omnia prophanando & desolando, ita vt nisi per excellentias vestras nobis de opportuno Iuris remedio succurratur, facile nos & Monasterium nostrum peribimus. Quare humillimè rogamus, quatenus nobis de iusto & opportuno Iuris remedio gratiosè prouidere dignemini, atque oppidanis Echternacensibus districtè mandare, vt si deinceps per huiusmodi violentias oppressi fuerimus, & pro tuitione & defensione exclamauerimus, vel per campanam signum dederimus, quatenus tunc ciues nos defendant, protegant, & Manu teneant contra dictum Dominum de Appremont, & quoscunque alios violentos inuasores & turbatores. In hoc (magnificentiæ vestræ) rem Deo gratam, nec non æquitati & honestati congruam factura sunt, cuius mercedem altissimus retribuet. In quorum præ-

missorum fidem, sigillum nostrum Conuentuale his apposuimus.

Hactenus supplices libelli Epternacensium tenor, quo a Luxemburgensi Concilio expenso, eundem in Belgium ad Gubernatorem decernendi, quod iustum videretur, gratia, mittendum censuerunt, querimonijs igitur eiusmodi perspectis duobus in primis viris circumspectis Cæsari à Consilijs iniunctum est, quatenus Epternacum profecti, plenam & veram rei gestæ facerent inquisitionem, & eius deinde relationem: quod quidem mandatum vbi per omnia executioni mandassent, & vera extitisse, quæ monachi exposuerant retulissent, literæ Cæsaris nomine ad Abbatem Stabulensem datæ sunt, quibus petebatur aliquem ex sua congregatione fratrem conuersatione, zelo, & eruditione probatum, aptum & idoneum designare, & sufficienti licentia donare, qui à Cæsare in Epternacense Monasterium destinatus, Priorem inibi claustralem ageret, & collapsam Monasticæ religionis disciplinam restitueret. His igitur Abbas literis Imperatoris suum accommodans assensum, vnum ex sibi subditis Petrum Coelen Lysium, tanquam qui maxmè huic obeundæ prouinciæ foret idoneus, ad aulam Bruxellanam eius rei gratia emittit, Vndè sufficienti fretus potestate discedens Epternacum venit, vbi inuito etiam Godefrido Abbate Priorem agere incipit, & primo quidem cum fratrum numerus admodum esse exiguus, vtpote senario, non maior, aliquot adolescentes habitu regulari indutos Monastico statui cooptari procurat, ac sensim regularis disciplinæ obseruantiam in vsum, quanta potest diligentia reuocat, aduertens verò Abbatis famulos æquo insolentiores esse, & circa annonam fratribus distribuendam nimium delinquere, eisdem proteruè admodum insultare, ipsum Abbatem sui officij seriò adhortans contestatus est hæc nullatenus fore sibi toleranda, aut dissimulanda, quin scilicet, nisi ipse his citius occurreret incommodis, alia aliundè quærerentur oportuna remedia. Territus istiusmodi monitionibus Abbas, nonnihil melius prouidendum fratribus constituit, quod dum per vnius anni spacium fieret, fratres ipsi vna cum Priore contenti, suis cum diligentia insistentes officijs, absque querimonijs tantundem temporis transegerunt. At vbi ad priorem redire nimis indiscretam administrationem contigit.

Cæsar super querimoniis Epternacensium curat inquiri.

Petrum Coelen Lysium ex Stabulensi monast. accersitum Epternacũ in priorem præficit.

Petrus Lysius Abbatem aliquoties vt se emendet hortatur.

Prior rursus apud Abbatem pro emendatione institit, qui dum rationes suas, & postulationes pertinaciter repelli conspiceret, aulam Bruxellensem infaustum regiminis Abbatiæ istius statum expositurus adijt, atque indè non difficulter sibi graues, & comminatorias, nisi emendet, literas ad Abbatem adeò hac ratione conterruit, vt pactum cum ipso protinus, de, & super modo administrandi iniret. Conuentum igitur inter ipsos ita fuit, vt ad biennij tempus Petrus Lysius Prior totius monasterij, tam quo ad temporalia, quam spiritualia curam susciperet, & ipse vnus per se aut substituendos recipiendi & exponendi prouentuum omnium haberet potestatem.

Monast. ad biennium præficitur.

Abbas verò nihil horum de cætero attingens, pensionem aliquot millium pro sui status sustentationem, perciperet. Ac iste quidem istius biennij fuit vtcunque tranquillus, & pacatus citra notabiles dissentiones, inter hos viuendi decursus. Euoluto denique condicto tempore Abbas Godefridus noluit eiusmodi deinceps conditionibus stare; sed Monasterij omnimodam resumpsit administrationem, in

qua

quia eum vti antea per se, & familiam nimium insolescerent, adeò vt eius foret Lysio Priori intollerabilis vitæ conuersatio, iurgijs, contumelijs ac etiam verberibus crebro & absque iudicio illatis. Lysius ipse denuo Bruxellam querimoniã depositurus proficiscitur, vbi cum ad amussim Monasterij Epternacensis constitutionem exposuisset, simulque desiderium suum esse declarasset, deinceps quietè sub regulari disciplina in professionis suæ loco vitam agere, venia accepta Stabuletum regressus est, sed ecce dum præter spem, à fratribus inibi quibusdam minus benè affectis, difficultatem sustinere se videret, quo minus admitteretur, eo prætextu, quod Echternaci sese voto obedientiæ edito stabilijsset, proinde sacrorum decretorum sanctionem prioris Monasterij membrum esse desijsset. Huius impatiens molestiæ ad aulam iterum sese recipit, cuius nutu ac consilio, ne pro susceptis ad Cæsareæ Maiestatis petionem apud Epternacenses laboribus tam proprio monasterio, quam quouis alio vitæ carere cogeretur subsidio, Gubernatrix Belgij Regina Maria antedicta, ei centum aureorum pensionem annuam ex redditibus Monasterij Echternacensis percipiendã sub Cæsareo deplomate decernit vndè scilicet honestè sustentari haberet, quousque alia honesta conditione, vocationi eius congruenti ei contingeret, prouideri. Accepta porrò istiusmodi pensionis pollicitatione, quia domi minus conueniebat ea frui, vndè etiam vti dixi, quorundam contradictione cum quibus contendere nolebat, excludebatur, in florentissima Louaniẽsi Academia domicilium sibi delegit, vbi Sacræ Theologiæ totus, & à molestiarum diu perpessarum districtionibus liber incumberet studijs, eo igitur vt deuenit, cum esset iam ætatis aliquantulum prouectioris, quã eius exercitij soleant esse scholares, sacerdos insuper Religiosus, & Prioris perfunctus officio, consulentium acquiescens placito ædes commodas conduxit, in quibus ipse quasi paterfamilias existens commensalibus octo circiter assumptis præesset, tum denique cunctis ritè ordinatis concupitæ sibi sapientiæ, cui prius non infœliciter incubuerat, summo affectu insudauit, & cum hæc conditio viuendi in decimum vsque annum extraheretur, quo scilicet nihil de suo remittebat studendi animo, vir euasit omnium calculo doctissimus, vndè etiam ipsis Sacræ Theologiæ magistris, aliorum item facultatum professoribus admodũm gratus erat & venerandus. Demũ Anno Domini 1560 Guillelmo ab Otley Abbate Munsteriẽsi nullum relinquente fratrem superstitem defuncto, Margaretha ab Austria Belgicarum prouinciarum vice Regis Catholici Gubernatrix, consiliariorum statuũ monitu inducta, Petrum Lysium anno sequenti in Abbatem Munsteriensem denominat, quo vbi talentum sibi à Deo commissum expenderet, non deforet occasio, & insimul ipse à perceptis molestijs releuaretur, & Monasterij Epternacensis à pẽdẽda pensione annua onus desineret. Venit igitur Lysius Luxemburgum, & Monasterij sibi assignati realem apprehendit possessionem, Anno 1561 mensis Octob. initio. Et multam sibi inde curam, & sollicitudinem incumbere perpendens, omnia tam spiritualia quam temporalia optimo quo poterat modo ordinare studuit. Quia verò primum & in quod reliqua instituuntur in Domo Dei, locum obtinere debet opus Diuinũ, de fratrũ susceptione ad Monachismũ erat maximè sollicitus & paucis inde interpositis septimanis me Louanio secum abductum & alium Luxem-

Bruxellam repetit seque Prioratu abdicat.

Maria Regina pensionẽ ei centũ aureorum assignat.

Louanij domicilium delegit.

In Theologia studio plurimum proficit.

Abbatiæ Munsteriẽsi præficitur.

Disciplinæ regularis obseruantiã reuocat. Luxemburgensem, habitu nouitiali induit, ac denique alios successiuè tum ad nouiciatum, tum ad professionem, vt ad nos duos admisit, & ea diligentia omnes rexit instruxitque, vt religionis & disciplinæ regularis obseruantia, quantũ loci constitutio patiebatur, satis fælici euentu quasi postliminio restitueretur. Aedificia etiam prius admodum ordinis obseruantiæ incommoda ad formam, vt potuit, debitam reduxit, cellulis aliquot præter alia iuxta templum in fratrum habitacula extructis, quas in imo positas ego postmodum ad id muneris vocatus destrui, & in sublimè numero amplificatas transferri curaui. *Ædificia Monasterij collapsa restaurat.* Muros prætrea, quibus totus Monasterij destrictus, qui eatenus tanquam communis platea peruius extiterat, cingeretur, vna cum portis egregijs duabus exci-tauit, sicque à cæteris vicinæ domicilijs Monasterium disiunxit ijs, ego itidem muros à parte meridiali delectis, districtum præfatum, maiori spacio adauctum alijs ab eadem parte nimis ambiri procuraui. Abbas iste Petrus *Petrus Coelen auaritia nomine notatur.* trus Coelen, quamuis præclaro foret sapientiæ & zeli disciplinæ, & conuersatio-nis probę ornatu conspicuus, id tamen (vt nemo ex omni est parte beatus) vitij habere videbatur, quod sub regiminis sui finem plus æquo congregandis inhiaret pecuniis: vnde & fratribus tenuiorem, quam prius impẽdebat victum, & reliqua necessaria nimium auarè administrabat, quin etiam hoc vehementiori nummorum appetitu impulsus subindè circa bonorum Monasterij elocationem, notabiliu s delinquebat. Porrò dum negotij alicuius vrgentis gratia in Brabantiam perrexisset, & eodem itinere amicos, & consanguineos suos inuisere decreuisset, ex Aula soluens Leodium versus iter carpsit, Vbi morbo præter spem correptus, & Medicis non satis industriè, ac diligenter suo fungentibus munere post dies aliquot penultima scilicet die Anni 1573. vitam cum morte commutauit, & in Diui Ioan-*Ex hac vita migrat.* nis parochialis Ecclesiæ choro sepultus est: cui tempore insequenti Religiosi Munsterienses eiusmodi in chori sui introitu monimentum aureis lapidi insculptis literis insigne erexerunt. *Epitaphiũ ipsius.* *Memoria Reuerendi in Christo Patris Domini Petri Coelen à Lysia. Abbatis, ac Domini Munsteriensis propè Luxemburgum. Hic dum annis duodecim suis feliciter præfuisset, Anno 1573 ad Bruxellanã aulam ob prægnantia Monasterij sui negotia proficiscitur. Inde rediens Leodium venit, vbi leui cholica decubuit, quæ à Medicis forte neglecta lethalis euasit. Excessit è viuis trigesima Decebris anni eiusde ætatis suæ 57. fuit vir magni animi, sermone prõptissimus, & eloquentissimus, natura candidissimus. Sepultus est Leodij in Ecclesia Parochiali Sancti Ioannis à dextero latere summi altaris, Requiescat in pace, Amen.*

Ioannes Bertels Abbas 28. Ego Ioannes Bertels Brabantinus à Louanio patre Petro Bertels, matre Maria Bollaerts natus, huius qualis qualis opusculi compilator, Aetatis meę anno 17 cõpletis philosophiæ & artium liberalium in præclaræ Louaniensi Academiæ gymnasio Lily studijs, nec non in publica artium schola Magisterij laurea suscepta, à prælibato Reuerendo Domino Petro Lysio ad Monasterium Munsteriense abductus, & in Monachum susceptus, postquam Cellerarij munus ad annos aliquot obijssem, & ipse Reuerendus Dominus Abbas in fata concessisset omnium confratrum concordi electione, & Catholicę Regiæ Maiestatis Philippi secundi magnæ Hispa-

Hispaniarum Regis, nec non Belgicarum prouinciarum Principis, denominatione in Abbatem Munsteriensem fui assumptus, & præhabita Reuerendissimi Illustrissimique Archiepiscopi Treuerensis Principis Electoris confirmatione, per manus Reuerendissimi Domini Gregorij Episcopi Azotensis, & ad Diuum Martinum Abbatis, Suffraganei Treuerensis munus benedictionis percepi, die sexta Augusti. 1576. Quales autem in huius administratione officij labores subierim, quantumuè intra nouemdecim annorum spacio, quibus præfui, in vtroque statu profuerim, aut non, cum vnusquisque in propria causa cæcutiat (vt dicitur) alijs dijudicandū relinquo, Euolutis porrò nouendecim annorum circulis prætacta Regia Catholica Maiestate me ad Abbatiam Epternacensem prælatum constituente quibusdam inductus rationibus vltro & spontaneæ monasterio meo Munsteriensi cessi, & in mihi oblatum Epternacense concessi. *Fit Abbas Epternacen.*

Benedictus Hamblinius à Martia, fratrum electione, & Regia denominatione deinde mihi Anno 1595. quo etiam ei functioni cesseram, surrogatus, in hoc tempus est quamdiu Diuini fuerit beneplaciti onus sibi commissum administrat, Atq; tantum de Munsteriensi Cœnobio iuxta Luxemburgum initio, processu, excidio, reparatione, Abbatibus, & rerum ab eis gestarum compendio protulisse sufficiat. *Abbas 29.*

Cæterum vt & circa alia, si non pro dignitate describenda, saltem vel tenuiter delibanda, stylum exerceamus nostrum, vbi præsentis instituti à nobis suscepti ratio aliquatenus exigit, de Dominicanorum Cænobio olim percelebri; nunc autem vt & de Munsteriensi diruto, & igne absumpto in proximo constituto aliquid subiungamus, quo alijs rem eandem penitius explorandi, & latius explicandi ansam porrigamus, quandoquidem ea nec nobis satis per omnia perspecta, & ad alia proponenda festinantes, hic amplius occupari, & hærere non admodum vacat. Dico igitur perfunctoriè quasi & obiter, in suburbio quondam oppidi Luxemburgensis ad partem orientalem iuxta castri radicem extitisse olim insigne ordinis prædicatorum Monasterium, cuiusmodo tantum, vt & ipsius nobilissimæ arcis, & Munsteriensis Abbatiæ, aliorum in proximo præcellentium ædificiorum vestigia & ruinæ ab ignis edacitate cernuntur, cuius fundatrix extitit Beatrix Henrici septimi Romanorū Imperatoris mater, Anno Dominicæ Incarnationis 1292. prout ab ijs datum diploma edocet, cuius hoc est exemplar: *Honorabilibus & discretis viris Religiosis fratri Conrado Priori Prouinciali fratrū Prædicatorum per Teutoniā, nec non diffinitoribus Capituli Prouincialis in Traiecto inferiori proximè celebrādo Beatrix Comitissa Lucelburgensis, & Hēricus eius filius primogenitus eiusdē loci Comes. Successus in semitis regularibus salutares, sacra vestra religionis beatitudo nos admonet; vt erga illā pro salute fideliū in agro Domini constitutā, deuotionis plenitudine ferueamus. Ipsā enim sicut speramus, & credimus in æternitatis specula superni spem contēplatur eam quā statuit prouidentia cœlestis in terris viā salutis & gratiæ fidelibus ostensurā, sicut quā præfulgidis viatorū semitis eminentia sui splendoris illustrat, quod ad eius radiū mentis puritate conuersi ad viā rectitudinis retrahantur ab inuijs, præsertim in tenebris aberrantes. Cū igitur diues in omnes Deus in vos reci-*

Dominicanorum Monasteriū Luxēburgi.

Quis Monast. Dominicanorum primus fundator?

Diploma Beatricis Comitissæ Luxemb.

cipro-

ciprocam vestram noluerit gratiã coarctari, sed in regionibus quæ ad messem Albæ fiunt & in quibus operari pauci sunt, emissiones radiosas extẽdere beneficiorũ multiplicium, vt sitis lassis appodiamentũ, lapsis tenementũ, ad vos affectu quo possumus ampliori propinquamus, humiliter postulãtes quatenus in territorio nostræ iurisdictionis videlicet in Luxemburgh. domũ vestri ordinis concedere dignemini, pro remedio animarũ nostrarum per nos construendam, quam secus decursus nostrarũ consolationum radicatam sic nostri fauoris respergat irriguũ, sic vestræ benedictionis infundat allunium, vt sicut vnius qui plantat & rigat coloni custodia virens, florẽs, & fructificans, nec à cœli suffocabitur auibus, nec à terræ bestijs depascitur grat ãter aduertentes, quod etsi nobis adhuc nõ blandiatur multorũ copia meritorum: in hoc tamen dono tanquam accepto cælitus gloriamur, quod mentis deuotione, sedulò nostro fauore libenter prosequimur seruos Christi, inter quos sicut ab ipsis cunabulis didicimus, & à nostris progenitoribus quasi pio quodam hæreditario iure accepimus, syncerius amplexamur. Offerentes nos vobis tanquam amabilibus & præclaris ad omnia illa, quæ de possibilitate nostra, vestra duxerit sinceritas requirẽda, Valeat vestra societas nostri memor, atq; nostrorum. In cuius rei testimonium sigilla nostra præsentibus sũt appensa. Datum Millesimo, ducentesimo, nonagesimo secundo, Sabbato post diuisionẽ Apostolorum. Sic de verbo ad verbum diploma illud. Monasterium porro hoc Prædicatorij ordinis iam indè à suæ originis tempore excellenter in obseruantia eius institutorum floruit, donec Deo permittente, Anno verbi Incarnati 1543. à Gallis vrbem Luxemburgensem vi occupantibus prauo in patriam odio, & in religionẽ Christianam animo parum propenso incenderetur, & penè in fauillam, & cinerem miserabili metamorphosi redigeretur, à quo etiam infausto casu, fratres loci & ordinis domicilium in vrbem iuxta Diui Michaelis templum sibi construere, & illud paruo præ loci angustia & rei familiaris penuria, numero incolere sunt coacti, atq; interim Diuinum opus quantum per commoditatem licuit in eodem templo persoluere, obtinuerunt autem ab hinc circiter sexennio ex liberali Reuerendi & Generosi Domini Ioannis Baronis in Brandeburgh, & Meersenburgh, &c. sacerdotis Christi donatione, intra vrbis mœnia Sacellum Sacratissimæ Trinitatis vna cum circumiacente vacante territorio, ædificijs excitandis apto, quæ pro parte ordinis acceptata, summa Reuerendi Patris Gisberti Specht Prioris Luxemburgensis Prædicatorum Conuentus industria, labore, & studio in habitationem fratrum satis commodam exornata, & penè completa visuntur, prout & superius me tetigisse memini.

Quando à Gallis incendio absumptum fuerit.

Gisbertus Spechtius alibi Monasterium Dominicanorum de nouo ædificat

Extat insuper Monasterium quoddam ordinis Cistertiensis non procul à Luxẽburgo ad partem eius occidentalem situm quod cum adiacente pago *Bona via* nuncupatur. Hoc ab hinc quadringentis plus minus annis fundatum, multas interea sustinuit persecutionum procellas, adeò vt præter alia non pauca incommoda, tertio vsque funditus exuri illud contigerit, & singulis nihilominus istis infaustis casibus fuit, vtcunque reparatum studio & opera Abbatissarum, prout hanc in rem

Monast. Monialiũ BONA VIA *dictum ordinis Cistert.*

in rem plurimum incubuisse aduertimus eas quæ nostro tempore præfuerunt.

Nomina porrò huius Cœnobij Abbatissarum successiuè regentium, quæ post sedulam perquisitionem habere valui, sunt hæc, de quibus tamen non satis constat vtrum omnes eo quo recensentur ordine immediatè sibi mutuo successerint, quod de quibusdam ob vitæ earum proximitatem satis probabile videtur. *Abbatissæ per ordinē enumerantur.*

Anno 1281. Iutta Abbatissa.

Anno 1309. Agnes von Dudlestorff dicta de Redenbach Abbatissa.

Anno 1335. Catharina de Pittingen Abbatissa.

Anno 1353. Gertrudis Abbatissa.

Anno 1370. Ida von Mölenbach Abbatissa.

Anno 1438. Agnes von Bubingen Abbatissa.

Anno 1452. Anna von Bettingen Abbatissa.

Anno 1454. Anna von Obemeringen Abbatissa.

Anno 1464. Joanna von dem Stein Abbatissa.

Anno 1522. Elizabeth von Brandscheids Abbatissa.

Anno 1538. Catharina von Fermont Abbatissa.

Anno 1569. Catharina Kersen Abbatissa defuncta Anno D. 1593.

Anno 1593. Clara Bollaertz Abbatissa per manus Reueri Domini Edmundi de Cruce Abbatis Monasterij Cisterciens. & totius eius ordinis Generalis in Monasterio Aureæ vallis benedictionis munus adepta.

His pro modulo nostro de vrbe Luxemburgensi, & quæ eius ambitu coercentur, siue etiam adiacent, aut certè non procul distent, notabilioribus locis in medium prolatis, ad alias eiusdem Prouinciæ vrbes similiter licet contractius describendas conuertamur.

DE OPPIDO ARLVNENSI.



ARLVNVM, quod ab Ara Lunæ gētili superstitione olim eo loci ab incolis terræ pósita, in qua syderi isti, tāquam numini alicui diuino sacrificium offerebāt, nomen ducit, oppidum est à Ducatus Luxemburgēsis Metropoli ad occiduam plagam quarto milliari distās, iugo montis excelsi superstructum, cuius centrum & summitas insigne olim atque munitissimum Castrum capiebat, cuius reliquiæ, antiqui illius splendoris, vtcunque indicium subministrantes, hodieque conspiciuntur. Quando verò & à quibus prima oppidi huius & Castri eo inclusi processerit origo (vt ingenuè fatear, mihi licet studiosè admodū perquirēti) nequaquam certè innotuit. Eruti quidem & ex fundamentis antiquiorum istic loci structurarum, meo tempore extracti fuēre lapides ingentis magnitudinis ac ij pene omnes formæ quadrangularis, quorum sculpturæ, modus, & inscriptiones verborum, summā sui præferebant antiquitatem, vtpote nomina habentes expressa Auentini, Secundini, Fælicis, Iucundi, Modesti, & Modestij: sed cum horum omnium ætates ex annalibus expiscari minimè nobis licuerit, nolumus temerè *Arlunum unde dictū* *Eius situs.* *Castri Arlun antiquitas & elegantia.*

quicquam indè definire. Cæterum probabile admodum existimo fanum hoc Lunæ, omnium suo tempore gentilitatis simulachrorum, quæ per circuitum valdè erant frequentia fuisse penè amplissimum iuxta, ac celeberrimum, quo etiam è longinquo populi istiusmodi dementia capti, ad Lunam ritu idololatrico colendam confluere caterúatim assolebant, Vnde etiam adeò superbum & tam magnificis ædificijs ornatum istud euaserit templum, cuius post tot sæculorum circulos & clades ingentes, quas non semel perpessæ sunt hæc loca, ac denique studiosè ab inquilinis Fani & Aræ factæ demolitiones tam insignes tamque notabiles hucusque remanserunt reliquiæ, quarum quasdam ad ornatum Palatij Mansfeldici iuxta Luxemburgum Mariæ fontis nuncupati Illustrissimo Principi ac Comiti in Mansfeldt Petro Ernesto Luxemburgensis Ducatus Gubernatori vidimus communicatas, ac dono transmissas, Denique & illud verum reor, quod fanum hoc Lunæ Deæ sacrum primam suam originem ijsdem acceptam referat, autoribus quibus suam refert acceptam insigne illud monumentum quod in pago Egel Luxemburgicæ prouinciæ, Treuerim versus extremo habetur, quippe quorum sculpturæ artificium non admodum est dissimile, & pleraque inscriptionum vocabula eadem vtrobique existunt. Sunt porrò qui monumentum istud pagi Egel non multo post Treuirensis ciuitatis conditonem constructum esse arbitrantur; ex quo apparere potest Arlunum, cuius antiquitatem in præsenti docere cótendimus, circa Abrahæ Patriarchæ tempora initium habuisse, adeòque vt ipsam Treuirensem ciuitatem, quæ Romanam vrbem annis mille trecentis præcessit, cum primis & antiquioribus orbis totius monumentis numerandum.

Fanum Arlunense Lunæ Deæ sacrum circa quæ tẽpora erectum.

Arluni origo ad Abrahæ tempora refertur.

Cum verò vti præmissum est, Simulachrũ Lunæ quod speciosæ, miræque magnitudinis mulieris Lunam manu tenentis imaginem referebat populi circumpositi malignorum spirituum fraude decepti cultu falsæ Religionis afficerent, & huic superstitiosæ dementiæ iam inde ab initio impliciti tenerentur, ex quo animas infinitas ad inferni baratrum demergi sequebatur, Diuinæ clementiæ visum est, vt post Christi Domini ad cœlos ascensionem, missis per Sanctum Petrum Archiapostolum ex vrbe Roma ad Treuerenses, eorumque vicinas partes è Paganismi tenebris ad fidei christianæ veritatem traducendam Diuini verbi præconibus, vt horum sequacium temporum tandem opera Treuirensium & ipsi qui Lunam nefaria religione colebant, ad Christi caulas dimisso tetro suo errore, per sacramenti baptismi susceptionem congregarentur. Itaque confracto idolo, cui eatenus diuinos exhibuerant honores, vnum in substantia Deum, & in personis trinum magna animi deuotione agnoscere, confiteri, & adorare cæperunt. Hinc etiam malignus spiritus qui in idolo responsa ad captandas animas dare solebat, obmutescere compulsus, dignas suæ nequitiæ pœnas dedit. Sic denique alijs falsorum Deorum simulachris eodem tempore contigit, vt videlicet Christi aspirante in illis regionibus gratia, homines magna auiditate ad Dei verbi auditionem, & fidei veræ amplexum moti, Idola sua vtpotè *Solis* in Solubrio. *Lucis* in Luxemburgo, & aliorum alijs in locis circumiacentibus demolirentur, conculcarent, aspernarentur, & soli Christo vniuersorum Domino in viuæ fidei eius confessione adhærescerent. Interim cum parum interesset, si re in melius mutata nomen prius ei indi-

Arlun. Lunã singulari religione colunt.

Relicto idolicũ cultu ad vnum vorũ Dei cultũ cõuertũtur

ei inditum remaneret, Aralunæ, siue inde deriuatum vocabulum Arlunum loco huic in hunc vsque diem hominum vsu confirmante præstitit. Successu denique temporis populus Christianus numero & merito iam plurimum auctus, amore creatoris exardescens indignum reputans si pristinæ auorum suorum gentilitatis ac perfidiæ dæmonum culturæ vestigia apud se diutius paterentur subsistere, vnanimi consensu, templum ipsum, vna cum Ara demoliri, euertere, & solotenus adæquare adorsi sunt, & in eius locum sacellum elegans ad Diui Blasij Pontificis & Martyris honorem, Domino Deo erigi & consecrari fecerunt, Castrum interim ipsum integrum relinquentes, cuius videlicet constitutio talis erat, vt vsibus humanis percommoda esse videretur. Stetit autem prælibatum Diui Blasij sacellum Diuinis obsequijs semper deseruiens, donec in bellorum tumultu, quod Galli cũ Imperatore Carolo quinto nuper gesserunt, Arlunense oppidum, vnacum Castro per Francos captum, incendio & machinis militaribus destrueretur, & præsertim Castrum ipsum ex integro in terram allideretur, subuerteretur, & solo miserè adæquaretur, Tum enim Diui Martyris Blasij memoria exinde in Carmelitarum cœnobium castro vicinum translata debito honore hactenus celebratur, vbi & aliud sacellum à ciuibus Arlunensibus conditum Diui Sebastiani martyris titulum præ ferens sincero pietatis affectu frequenter visitatur.

Templũ lunæ vna cũ ara demoliũtur, et eius loco sacellũ D. Blasij ædificant.

Castrũ Arlunese vna cũ sacello D. Blasij à Francis euertitur.

Cœnobium istud Carmelitarum, cuius mentionem attigimus Ioannes Bohæmiæ Rex, idemque Comes Luxemburgensis, cuius corpus Luxemburgi apud Münsterienses tumulatum requiescit, amore in Deum motus ad petitionem Religiosorum eius ordinis, quibus sacramentaliter confiteri solebat, à fundamentis excitare, Anno 1342 cœpit, quod vxor eius Deo deuotissima mulier Ducis Borbonij filia Beatrix nomine, ipso Rege ante eius perfectionem in bello vita defuncto, consummare eadem animi pietate studuit, nihil eorum ædificiorum seu officinarum infectum relinquens, quod in Religiosorum habitationem accommodam constituendam requiri posset: fuit tandem Monasterium istud simul cum Castro & vrbe miserè incendio absumptum per Francos, dum Anno 1558. agrum Luxemburgensem igne, ferro, prædis popularentur, vastarent & per omnia desolatũ redderent, At verò castrum cum igne iniecto non omnino extremum acciperet, vti cætera exitium, quod solidioris foret pro maxima sui parte firmitatis, adeò vt præter alia turris quædã eminentissima, ex qua lucido aere Treuirensem & Metensem ciuitates longè dissitas, & oppida per circuitũ itidem valde remota conspicere liceret, vix flammæ cætera deuorantis odorem sensisset, maiori molimine, ne, quæ ei remansuræ erant ruinæ, animum posteris adderent illud de nouo reparandi, Dux Guisius exercitus gallici præfectus penitus in terram deijci curauit: à qua clade accepta castrum hoc olim florentissimum & amœnissimum titulo, vti alias diximus, Marchionatus insigne emersisse nec dum accidit, quippe qui eandem quam ex illa calamitate percipit faciem hucusque retineat, ciues autem iam inde & ab alijs conflagrationibus antea per Martinum Rossenium Anno 1542 & posterius anno 1562 & 1568. ex negligentia & malo infortunio illatis oppidum hoc nouis & elegantibus ædificijs ornatius in dies reddere non destiterunt, sic certe vt cum pristina sua forma modo certare posse illud iure existimetur. Cœnobium denique Car-

Carmelitarũ Monast. Arluni sitũ quando & per quẽ constructum fuerit.

Per Frãcos agrũ Luxẽ. igne ferroque vastãtibus exuritur.

T 3 meli.

melitanum, quod nihil prçter templi parietes, & alios quosdam solidioris factura muros retinuerat, solertia singulari & indefesso studio Religiosorum inibi degentium, præsertim verò sollicitudine indesinenti Reuerendi Patris Ioannis Thenensis viri religione & sacrarum literarum doctrina conspicui, piorum hominum donationibus, & eleemosynarum subsidio coadiuti restitutum, & omnibus fermè numeris absolutum cernitur, vbi & fratres numero circiter denario coadunati, diuinis laudibus diu noctuque intendunt.

R. P. Ioãnis Thenẽsis opera, dom. noad.ificatur, & ad pristi. nũ nitorem perducitur

Hunc Venerabilem Patrem aliquotiens conueni, vt mihi rem veram referret de initio, & ortu oppidi Arlunensis (sciebam namque ipsum singularem familiaritatem habere cum oppidi scabinis) affirmabat se & id sæpius ab eisdem quæsijsse, verum vt multa capita, sic & multi sensus. Dum Collegij senior semel familiariter prçfatum Priorẽ conuenit, se à viris senibus & suis prędecessoribus certò didicisse, quod Arluni prima fundatio facta fuerit tempore Abraham: addens ibi fuisse turres tres tantæ altitudinis, quod clara luce licebat totam patriam vicinam ad decem miliaria circumspicere, & quia tam insignis altitudinis erat, solebant circà illas corui in maxima multitudine omni tempore volare non sine maxima crocitatione. Hine viri illius loci principatum tenentes, vacabant hunc locum Rauensburgh. Postea tamen sicut dictum ab Ara & Luna Arlunum dictum fuit.

Arlunũ pri. us Rauensb.

Fuit etiam olim Arluni Monasteriolum quoddam eius generis virginum, quæ propter Deum infirmis sedulò assistere & ministrare profitentur, quod ob rerum necessariarum penuriam, ex frequentibus bellorum molestijs immissam, deserere, & vacuum dimittere tandem compulsæ sunt. vndè successu temporis (cum grauè foret Arlunensibus ciuibus debilibus præsertim, senio aut infirmitate confectis hyemali tempore parochialem Ecclesiam, quam extra oppidum satis elegantem paulò remotius habebant, adire) hoc à monialibus pridem dimissum cœnobium ad parochiam constituendam sibi donari obtinuerunt, quo sub Diuorum Marci & Martini patrocinio & hodiè eum in finem vtentes, laboribus longioris itineris parcunt, manente nihilominus priori illa ecclesia vna cum adiuncto cœmiterio, vt plurimum ciuibus Arlunensibus, aut alijs sepulturæ locum subministrante.

Parochial. Ecclesia Arlunensis.

Oppidi Arlunensis habitatores diuersis & egregijs gaudent priuilegijs à Marchionibus, quorum aliqui Imperiali, Regali, Archiducali & Ducali gloria præfulserunt sibi concessis. Eius autem respublica eo penè ordine ac modo regitur, quo & Rempublicam Luxemburgensis oppidi regi diximus: hoc saltem interesse aduerti, quod Arlunensis consul alternatim è Scabinorum vel ciuium numero pridiè Diui Ioannis Baptistæ per ciues electus, eorundem vtatur assistentia Scabinorum, quorum & Arlunensi Præpositus, cum tamen Luxemburgi alius atque alius sit Præpositi, consulisque senatus. Cum itaque Præpositus Arlunensis pro tribunali sedet, assistentes habet eos quos & consul, dum Iudicis in causis sibi concessis officium exequitur, atque sic qui vni assistentes Præpositi dicuntur Scabini, ijdem alteri assidentes Consulis, siue vrbani Iudicis scabini nuncupantur.

Arlunensis insignia priuilegia.

Inter magistratũ Arlunensi. & Luxē. quid interfit.

In Præpositum Arlunensem, cuius est ampla valdè totius eius Monarchionatus per circuitum districtui præeminere, & subditis ius dicere, constitui solet à Pa-

triæ Principe vir aliquis, & primariæ nobilitatis stemmate oriundus. Dum hæc scriberem eo munere fungebatur Petrus Ernestus à Rollingen Dominus in Ansenbourgh/Euerich/Siuenborn. &c. *Petrus Ernest. Præpositus Arlun.*

Hoc præter alia huius oppidi commendationem adauget, quod cum sit in monte arduo constitutum, aquarum tamen viuarum venis plus satis abundet & ad paucos necessum sit pedes fodere terram, vt quispiam sibi puteum procuret extrui aquarum copiam affluenter suppeditantem, quin etiam ij, qui inferiores huius oppidi incolunt partes, non absque labore aquis subteraneis meatum obstruunt, ne in sua penuria magna vi irrumpere, & penetrare audeant. *Arluni maxima aquarum abundantia.*

Protulit Arlunense oppidum viros aliquot literarum tam sacrarum quam prophanarum cognitione illustres, nec non rerū agendarum peritia & prudentia præditos. Horū vnus extitit Bartholomæus Latomus, qui à sua pueritia studijs admotus tātos tēporis successu progressus fecit, vt magnus inter sui tēporis Philosophus factus, nomē eius in Italicis præsertim Academijs in honore haberetur. Vndè & Erasmus Rotherodamus rerū eiusmodi censor ac iudex peritissimus in amicorū suorū ac familiarium albū cooptauit, & inter sui æui doctissimos viros recensuit. Huius sapientiæ & eruditionis famā cum Treuirorum Antistes inaudisset, eum ad se inuitatum inter primos sui Senatus, quo eius in rebus arduis consilio vteretur, instituit, Tandē octogenarius Confluentiæ circa Annum Domini 1546. in fata concessit. *Viri celebres Arlun. oppid. Barthol. Latomus.*

Prodijt item ex Arlunensi oppido Maternus Cholinus Coloniensis quondam ciuis, & præcellens typographus, qui ob probitatis, prudentiæ & eruditionis insignem famam in senatorum illius nobilissimæ Imperialis ciuitatis numerum assumptus, cū muneri suo magna cū laude, & omniū applausu incubuisset, multis diuitijs auctus, & prolibus itidē aliquot susceptis, valdeq; liberaliter educatis, & horū aliquibus ad honores publicos sublimatis, diē clausit extremū in senectute prouecta. *Maternus Cholinus.*

Prodijt item ex eodē oppido vir strenuus in tuenda iurisdictione & priuilegijs oppidi aliquoties Censor Petrus ab Eyschen, nobilis factus per Serenissimum Ducē Franciscum à Lotharingia, & Episcopū Virdunensem S.R.Imperij Principem Ferdinando Secundo Imperatore; ob filij Georgij ab Eyschen præstita seruitia Imperio, & domui Lotharingicæ: quem & in Eleemosynarium suum, & Metropolitanæ Coloniensis Ecclesiæ fecit Canonicum præsbyterum Capitularem, & emit ei castrū in Dieux ad mosam cum attinētijs & priuilegijs, à prænobil. D. Georgio Friderico du Haultoy, equite, & Domino in Nubecourt, adiungendo annuam pensionē super Dominijs ex hæreditate proprijs. Et linea masculina deficiente nobilitauit quoque duos Nepotes ex sororibus dicti Canonici Nicolaum & Georgium intitulando ab Eyschen: & insignia familiæ ab Eyschen quæ sunt Crux aurea circumdata quatuor stellis aureis in cāpo cæruleo, decorando Allerione alba in Corona aurea super Galeam apertam, dedit. Hic Georgius erexit e fundamentis Capellam sacratissimi Rosarij B. Mariæ Virginis Arluni, in qua cum laude & summa ædificatione floret Sodalitas dicti Rosarij B. Virginis, eamq; Capellam dotauit & fundauit vt desuper sacerdos viuere possit, qui quotidianum mane celebret sacrum. Item fundauit pro duobus studiosis è familia primum, illis deficientibus è Ciuium Arlunensium filiis perpetuo victum seu portionem mensæ integræ in Collegio S. Thomæ dicto Montanorum Coloniæ, quarum fundationum perpetuus patronus & Collator ex iure patronatus est Senior semper ex nomine ab Eyschen. *Petrus ab Eyschen. Georgius ab Eyschen. Erexit Capellam S.R.*

Non

Nicolaus Elcheraidt insignis verbi diuini praeco & suffraganeus Erfordiensis.

Non procul ab Arluno pagus extat Elcheraidt vocabulo, idcirco nobis cũ gratulatione commiscendus, quod nostro sæculo ex se virum protulerit laudis & gloriæ meritò valdè reuerendum. Is fuit Dominus Nicolaus Elcheraidt / qui cũ inter verbi Diuini præcones in germania celeberrimus haberetur, & sua prædicatione doctissima non paucos ex hæreseon laqueis, & peccatorum sordibus ad saniorem credendi normam, & sanctioris vitæ rationem educeret, eius fama sese in dies magis dilatante, fuit ab Episcopo Erfordiensi Reuerendissimo in Suffraganeum assumptus, in qua functione cum strenuè admodum omnium bonorum calculo, ad multarum animarum profectum, & Ecclesiæ Christi gloriam laboraret, morte preuentus immatura circa ætatis suæ annum quadragesimum obijt, magnum sui desiderium relinquens. Scripsit inter alia ingenij & scientiæ suæ monimenta librum quendam insigni stylo germanicæ compositum, quem de virginitate, siue laude virginitatis titulo prænotauit. Hunc alius quidam eo vita functo sub nomine proprio in lucem edidit, laudem sibi ex alieno fœtu aucupari ambitiosè gestiens.

Monaster: monialiũ Ordinis Cistertiensis Bardenburgh nomine.

Est & in Arlunensis districtus ambitu Monasteriũ quoddam Sanctimonialiũ ordinis Cistertiensis medio miliari ab ipso oppido versus Luxemburgũ dissitũ germanico idiomate Bardenburgh / gallico verò *Claire fontaine* quod clarũ fontem à fonte limpidissimo ibidem scaturiente denotat nuncupatum, Est autẽ locus hic inter syluarũ opaca longe amœnissimus, & ad vitam cænobiticam extra mundanos tumultus degendam valde accommodus, cui præsidere solet Abbatissa à monialibus electa, vt plurimum ex nobili stemmate progenita, prout ei hodie præest nobilis & Religiosa Domina Margaretha de Gorzij. Habet huius Monasterij templum perantiqua aliquot Illustriũ personarum ac præcipuè Principum Luxemburgensiũ sepulchra, in quibus Henrici Comitis, & Margarethæ Comitissæ coniugum, quibus nepos ex filio Henrico, Henricus postea Romanorũ Imperator gloriosissimus contigit, monumenta cernenda exhibentur. Lubẽs plura de huius Monasterij regimine à loci Abbatissa sciuissem sed nõ obtinui, vt ex literis hiscè appositis liquet.

Epistola Abbatissæ Clari fontis.

Monsieur s' ay dernierement Receu lettres venentz de vostre R. Paternite par lequellez voux desirez scauoir le fundateur de nostre maison & en quelle anneè elle est este faict. Ce que vous ne puis bonnement faire entendere pour n' avoir noz letterez ala maison a cause de guerres. mais te vous puis assurer qu' il y a presq, cincq cens ans, & la premiere fundateur esse, a' este Ermesindis Contesse de Luxemburg enhumez a nostre maison et depuis son filz Henry Conte de Luxemburg & Marguerite de Barre son espouse, lequelles sont aussi tout deux ensepueliz a nostre maison, & deux de leur, filles premi re dequelles a' este la premire Abbesse de nostre maison: Pour les autres ensuyuantz Iene les peu nomer par noms, ny le surnom, ny aussy le nombre dicelles pour le subiect cy dissus nome. En quoy ie vous prie m', excuser, vous baisant sur ce bien humblement les mains, priant Dieu voux donner vn sainčte bonne, & heureuse vie,. de Clair fontain ce. 2. de Decemb.

Vostre R. Patern. humble sœure, Margerite de Gorcy Abbesse de Clairfontain.

Audax Hollandorum facinus.

Non abs re hic referendum puto calamitatem & verè diabolicam tyrannidem quæ huic oppidulo contigit vndecima Nouemb. 1604. Ipsa Martini, vt supra diximus seruantur insignes Nundinæ & quidem tam superbæ, vt omnes vicinæ Prouinciæ earum solemnitatem videre desiderent. Inimicus Hollandus suasu quorundam animosum facinus aggreditur spe spolij. Congregantur quadringenti equites bene

annati

armati, & ad omne ſcelus cordati, horum ductor erat Hollachius Comes annorũ forte octodecim. Qui Nouiomago nocte & die proficiſcentes, montes & colles peragrantes, ipſa Martini ſummo manè pagum intrant non longè ab Ettelbruck/ vbi ſumma cura & diligentia eorum equos paſcunt, & ſeipſos potu refocillant. Mox conſcenſis caballis vnico ferè anhelitu oppido Arlunenſi appropinquant, Quatuor portam ſuperiorem occupant, alij inferiorem, & mœnia ſibi propria faciunt. Demum totus grex accurrit, euaginatis enſibus milites currunt per oppidum, vbiuis quoſque trucidant. Dum ſic oppidi Domini forent, facile nundinarum locum turbant, omnia pretioſiora ſecum auferunt; dum ſpoliorum Domini tam in oppido quam extra eſſent, circiter trecentos viros tam Arlunenſes quam extraneos captiuos tenent, ab eis ingentem theſaurum exigunt. Inter cæteros loci Paſtorem & Decanum Petrum VViltzium ſecum abducunt. Ilico, vt hoc triſte ſpectaculum abſoluiſſent, ſe ad iter præparant, ac eodem die ad propria reuertuntur.

Oppidũ Arlunenſe miſerandũ in modum ſpoliatur.

DE OPPIDO VYENTHAL.

SVperius amplè ſatis deſcripſi Comitatum Viennenſem, qui originẽ ſumit à Caſtro ſuper annoſas rupes excitato. Cui ſucceſſu temporis à loci Comitibus paruum oppidum annexum eſt à germanis loci videlicet incolis, & alijs eorum idiomate vocatur Vyenthall/ quaſi vallis Viennæ. Illius ſitus eſt inter montes & altiſſimas rupes, continetque circiter domos ducentas, clauditurque portis duabus, ac regitur ibidem reſpublica à Iudice & ſcabinis ſeptem, qui omnibus ius dicunt, & iuſtitiam adminiſtrant.

Caſtri Vienthalenſis.

Decoratur oppidum Monaſterio ſatis honeſto, cui Prior præeſt, quem Miniſtrum vocant, ſub ſe habens Religioſos aliquot, eſt ordinis ac inſtituti Sanctiſſimæ Trinitatis de redemptione captiuorum. Hi nocte & die rem Diuinam feruẽter explent, & ciuibus cunctis ſacra monita promunt, horum namque vnus oppidi paſtorem agit.

Monaſter. ordinis SS. Trinitatis de Redemptione captiuorum.

Fluuius Ouerr hoc oppidum alluit ex fonte amœniſſimo propè Sanctum Vitũ originem trahens; qui inter montes, colles ac prata defluens, oppidum Dyetkirch viſitat, vbi ſe in Suram exonerat.

Fluuius Ouer.

Excitatum fuit præfatum Monaſterium circiter Annum Domini Milleſimum, ducenteſimum, quadrageſimum octauum ab Henrico Comite, ſuaque conthorali Margaretha, ac filio Philippo, eius initium ſic fuit, dicti Comitis Henrici pater, vt terram ſanctam religionis ergò viſitatum ibat, fortuna nouerca à Barbaris captus fuit, & ſtrictiſſimæ cuſtodiæ traditus, vbi aliquamdiu miſerè latuit, non deſijt tamen per carceris cuſtodem omnium vicinorum Chriſtianorum implorare opem. Hi fratres cruciferi, vt audiunt huius Comitis deflebilẽ incarcerationem, ex pecunijs titulo eleẽmoſinæ datis eundem liberant, & domum reducunt. Comes liberaliter ordinis Magiſtro pecuniam renumerat, ac poſt annos aliquot moritur

A quo prædictum Monaſterium conſtructũ fuerit.

Vndè ipsius filius Henricus cum vxore singularem amorem in ordinem Crucifærorum concipiunt, obquè memoriam dilecti patris præfatum Monasterium sub suo Castro extrui curarunt. Hic sanctus ordo initium a quodam doctissimo viro viro Ioanne Doctore Parisiensi (qui vixit tempore summi Pontificis Innocentij tertij) & Fælice Hieremitæ, Qui ambo à dicto Pontifice, vestimenta candidæ acceperunt, quibus crux rubri, flauique colorum circa pectus inserta fuit, Horum duorum domicilium Romæ in monte Cælio fuit, Ad quod ilicò multi viri docti & deuoti conueniunt, & talem Religionis habitum accipiunt, huius primus ordinis plantator annis sexdecim præfuit, taleque Epitaphium post se reliquit.

Quis ordinis Sanctæ Trinitatis de redêptione captiuorũ primus autor fuerit

Anno Dominicæ Incarnationis Millesimo centesimo nonagesimo septimo, Pontificatus verò Domini Innocentij Papæ tertij, anno eius primo xv. Calend. Ianuarij institutus est nutu Dei ordo Sanctissimæ Trinitatis de Redemptione captiuorum, à fratre Ioanne sub propria Regula ab Apostolica Sede concessa: Sepultus est ibidem frater in hoc loco Anno 1213. 21. Decemb.

Michaël Hyroldt.

Hæc vt supra mihi suis scriptis communicauit, Venerabilis & Religiosus vir Dominus Michael Hyroldt tunc temporis Prior.

Domus Iohannitarũ

Non longè ab isto oppido in excelso petroso monte videtur Domus vel Præpositura, ad Dominos milites Iohannitas pertinens, redditibus abundans, & circumuallata vineis, vti Viennenses; fertur quod olim fuerit Monasterium Templariorum: hi vt vno die extincti fuerunt cum consensu summi Pontificis supradicti Iohannitæ huius Monasterij Domini facti sunt.

THEONIS VILLA.



Theonisuille situs.

THEONIS VILLAM Germani Diedenhoben vocitant, Galli verò *Thionuille* indigebât, In amœnissimo loco sita est vtpotè loco plano, agroque multũ fertili: Olim Caroli magni palatium mosa alluitur & syluarum vicinitate decoratur, Initium dedit temporibus Ducum Mosellanorum, fertur verè quod ibidem habitauerit viri præpotens *Theon* nomine, eratque is illius ampli loci possessor, in quo villa colonis & agriculturę aptam excitauit, quã à nomine proprio sic dictam voluit Theon villam videlicet, & sic deinceps vsque nunc ab omnibus talem nomenclaturam obtinuit nimirum Diedenhoben, Aliqui longè aliam, opinionem de isto loco habent, vocantque quidam Theonisuillam non tamen sic dictum à præfato Theone sed à Theo vocabulo græco quasi Deus, sicque colligere volunt Villam omnium Deorum, legimus quidem, & verissimum est, Gentiles olim hanc prouinciã occupasse, diuersa in diuersis locis Idola erexisse, imo tẽpla magnæ capacitatis, ac sumptuositatis excitasse, quæ etsi in damnationẽ animarũ suarũ fecerint, putabant tamen rem sacram nimis facere eorum Dijs. Posset aliquo modo approbari istorum opinio, ob hoc forte quod in locis ac montibus vicinis fuerit celebrata Gentiliũ Idolatria, verũ mea simplici opinione non videtur accedere veritatem, maximè dum nullibi ibidem, nec in vicinio appareant aliquæ ruinæ vel structuræ ararũ, Quod

Vndè id nominis sortita sit varia ponuntur opiniones.

Refellitur eorũ opinio, qui eã à dijs & vil la nomẽ accepisse autumant.

me magis mouet, est quod sequitur Non longè ab isto Oppido, duo pagi admodum celebres & populosi visuntur, qui ferè cum superiori simili nomine gaudent Kettenhoven & Monhouen, quorum prior miliari vno à Theonisuilla distat, Alter Oppido contiguus, Cumque petitur cur id nominis, respondit se à senioribus didicisse, suis fortè Auis ac Proauis, ibi vixisse & agriculturam exercuisse, viros duos multum potentes Mononem & Cattonē: hinc & modo ab illis Monhouen & Kettenhoven profluxisse, quibus hæc opinio arridet, à Deorum villa non Theonisuillam natam dicet, verum, à Theone & villa, Atque huius opinionis corroborationem argumento esse potest. Ottonis primi Diploma, quod in Imperiali Abbatia Diuo Maximo in suburbio Treuerico sacra seruatur, hac verborū expressa forma, confirmat, & ratificat.

Confirmatur eorum opinio qui eā à Theone & villa sic dictum esse volunt.

Otto diuina clementia Rex: Nouerit, &c. qualiter ego Venerabilis Abbas, &c. Annectimus quoque confirmationis causam: quod Ecclesia, quæ est in villa Theodonis nostri Palatij cum duobus mansis, quam genitor noster ob recordationem suæ memoriæ prefato contulerat loco, &c. Actum Maguntiæ. Anno D.CCCCXL Indictione xiij: Anno Ottonis pij Regis tertio.

Diploma Ottonis primi.

Et hæc quidem de ratione nominis, quibus si quis minus acquiescere velit, permittetur ex suo marte quam maluerit aliam coniectare deductionem.

In hoc oppido versari, vt est loci situ inter multa longè amœnissimūm multi interdum nobiles viri, & Imperatores gauisi sunt, inter quos & Carolus magnus Imperator terra marique pollens, cum anno octingentesimo frequenti Nobilium & Principum cōfluxu inibi Comitia habuit, quorum de consilio, assensuque testamento solemni, atque irrefragabili diuersas prouincias diuersis Principibus distribuit, vt in primis Ludouico Gasconiam, Acquitaniam, Galliam, Narboniam. Pipino Regi Italiam, Austriam, Dalmatiam, &c. Denique filio suo primogenito Carolo integrum Franciæ regnum cum Rheno adiacentibus, Frisiam scilicet, Franconiam Thurnigiam, & Saxoniam: quibus sic exactis Theonisuilla haud parum nobilitata, inde Nouiomagum præteriens, Aquisgranum peruenit. Quod si porrò dicti Oppidi firmitatem consideres, haud immeritò munitissimum & penè inexpugnabile comperies, quod etiam tanta per circuitum tormentorum bellicorum gaudet securitate, vt quantoscunque hostiles impetus vix expauescat. Veruntamen priusquam ad eam qua nunc est perduceretur (vt ita dixerim) insuperabilitatem furiosè continuis aliquot dierū spatio continuatā, huius vrbis omni tormentorū genere impugnationem Gallus eius tandem factus est possessor, seu verius horum detentor: Nam vix ingressus egredi citò compulsus in Hispaniarum Regis pristinam potestatem locum hunc dimisit, à quo tempore (ob Metensem ciuitatem non procul dissitam) à particulari gubernatore in hunc vsque diē, vti & moderno tempore à D. Ioanne Barone de Vviltz regitur, maiorique militum exquisitorum numero vigilāter die noctuque custoditur. Atque in tutiorem custodiam, anno Incarnationis Christi 157 o. meridiem versus egregiè ampliatum & de forti in fortius immutatum fuit, quo sic fossis altissimis, propugnabilis, tur-

Theonisu. amœnitas.
Caroli magni comitia Theonisu. celebrata.
Theonisu. munitissima & penè inexpugnabilis.
Ioan. Baro de Wiltz Gubernator Theonisuilla.

ribus & portis sufficienter munitum, vix sibi par habere videtur. Non ita procul ab hoc oppido circa pagum Vetingen Anno Domini millesimo centesimo sexto Theodoricus Baro de Ionuille. Godefridi Bullonienfis nepos, cum Henrico Luxemburgensi, necnon Godefrido Barbato Louaniensi Comitibus cruente Marte congressus est, ideò nimirum, quod cum ex Henrici quarti donatione inferioris Lotharingiæ Ducatus Comiti Luxemburgensi contigisset, Henrico præfati Henrici filio hoc ipsum rescindente, Barbatoque conferente, non exiguæ hinc exortæ dissentiones, vtriusque tandem partis concurrentibus amicis, ea cautione data, pacis fœdus inijssent tale, vt Luxemburgensi Comite Godefridi sororem matrimoniali vinculo sibi coniungente prætactus penes Louaniensem Comitem Ducatus staret. Quæ res Theodorico Baroni supra dicto nequaquam probata (quippè qui hæreditario iure sibi potius id iuris competere asserebat) grauiter commotus numeroso exercitu collecto in Brabantiam proficisci constituit. Cuius decreti Henricus, & Godefridus Comites certiores facti, haud mora æquiualentem colligunt manum, Theodoricum non modo reprimere, sed & Lotharingiam superiorem sibi subijcere intendentes, vndè à Theonis villæ latus castris positis hosti obuiam ire, insidiasque parare festinant, atque in supra memorato pago vtroque mutuum congrediente exercitu, tanta inter eos exorta editaque est pugna, vt Mosella fluuius adiacens rubeum à sanguine cæsorum influente colorem aliquousque spatij indueret. Sed ne extra limites discursus nostri prolixiori velo diuagemur, hæc pauca de Theonis villa sufficiant, & sermonem nostrum in Echternaci perlustrationem conuertamus.

Vetingen pagus.

Theodoricus Baro et Comes Luxeb. apud Pagum Vetingen cruento prælio congrediuntur.

DE EPTERNACO.

Epternaci situs.



EPternacum Galliæ, vt quibusdam placet, vicus olim Andethannia dictus, cuius in suo Itinerario meminit Anthoninus, ad Suram fluuium (non procul è Bastonia ex geminis fontibus fluxum capientem) situm habetur. Cuius author Diuus VVillibrordus eiusdem patronus, Frisonum Apostolus extitit, qui circa Annum Domini octingentesimum sextum Imperij sceptrum Iustiniano tenente nec non in Galliç Regis aula Illustri Pipino primo versante, Domusque maiorem agente, natione Britannus, Monachum sanctè agebat. Is porrò in Borealibus partibus Idololatriæ deditam gentem habitare inaudiens, pro sua rara sanctitate, & in proximum charitate, super tantam horum cæcitatem miserens, summo labore anglico transfretato mari, duodecim eiusdem secum Religionis adiunctis fratribus ad Francias oras appulit, atque ex tempore, sua pietate ac facundia de fide amplianda coram Pipino habito decursu ab eo, magno etiam ipsius Pipini applausu obtinuit, vt in Frisia à Carolo Martello Pipini filio conquisita verbum Dei seminaret, & Idololatriæ extirpata nouellas plantas rore diuino, quæ de ipsius affluenter profluebat ore rigaret, videbat enim Pipinus ardentē Dei amorem & charitatem sanctitatis plenam in oculis ipsius prælucere, Sed in id muneris seu potius labo-

Quis eius primus fundator.

S. VVillib. Britannus Monachus

Venit in Franciam.

laboris executione nō prius sibi iudicans procedendum, quam à Sergio Pontifice summo, licentiam siue potestatem reciperet: proinde Romam versus iter recepit, quo dum peruenisset, ipso nondum præsente ab Angelo de nocte Pontifex monetur, vti ad solis crepusculum Diui Petri Ecclesiam adiret, VVillebrordum eo venturum generosè exciperet, ipsique authoritatem verbi Diuini concionandi conferret. Quibus monitis Pontifex obsecundans, summo mane, prout ab Angelo prædictum fuerat, Venerabilem virum VVillibrordum in præfata Ecclesia reperit, quem mox honorificè exceptum, in Episcopali ordine instruxit, ac ecclesiæ Vltraiectensis Episcopum designat, & quia Sergio videbatur nomen Barbaricum nimis VVillibrordus: eum Clementem VVillibrordum vocauit, Indè ad destinatū munus obeundum, à sua sanctitate benedictione Apostolica recepta abire permissus, Sanctorum oneratus Reliquijs pretiosis etiam in Barbaricam Frisiam reuertitur, vbi protinus summa alacritate, & diligentia functioni suæ intendens, in tantum spiritu sancto diuinitus cooperante profecit, vt infra biennium, omnem illius prouinciæ gentem ad christianissimum conuersam, suorum fratrum auxilio sacri baptismatis lauachro expiaret. Tandem porrò cunctis circa Ecclesiam suam Episcopalem ritè dispositis in Franciam profectus Caroli Martelli rogato, illius filium è baptismatis lauachro leuauit quo VVillibrordum in laborum recompensam, loci (in quo Echternacum modo visitur) medietatem (nam altera ad Irminā Dagoberti Regis filiam pertinebat) de Frisia ad Christi fidem conuersa, cum gratiarum actione largitur, Quo facto Diuus VVillibrordus Treuerim pergit, Irminamque Abbatissam conueniens, ex ipsius larga donatione, alteram agri medietatem Epternaci, locorumque vicinorum consecutus est, qua ratione, & illius loci de facto proprietarius Dominus euasit, nec immerito, quippe qui locum incultū iam iam ad tantum fulgorem erat redacturus, mox enim inibi perquam insigne Monasterium, sumptibus & liberalitate Principum præfatorum adiutus, ædificauit quod sacro sanctæ Trinitati, Diuorum Petri & Pauli Apostolorum, nec non Ioannis Baptistæ consecrauit; inque consecratum præfatis Monachis introductis Abbatis oneri humeros supposuit, suum interim nihilominus Archiepiscopatum eiusque curam in nullo negligens, sed vtrobique, opportunam pastoris inpendens operam, vndè sua sanctitate indefessa, magnum Christo conquæsiuit populum, Obijt tandem dierum plenus Diuus pater Anno 1389. ordinationis suæ 44. ætatis verò 81 vtrum autem in sua Ecclesia cathedrali, an in Monasterio Epternacensi mortuus sit, nusquam legitur, saltem constat eum in Monasterio viuum sepulturam sibi elegisse, vbi etiam corpus eius sacrum sarcophago huc vsque reconditum habetur, seruaturque, vbi Deo prouidente (vt fidelis serui sui sanctitatem nobis diuulgaret, animamque illius meritis digna corona à se condecoratam demonstraret) multa & magna exhibita fuerunt hactenus miracula, indiesque fiunt, quæ eadem (Diuina prouidentia) per totam prouinciā, locaque circum & procul posita latissimè innotescunt liberātur, vndè etiam è lōginquis partibus, summus populi cōcursus eo fieri cōtingit, qui huius viri magni sanctitatis efficacia, à diuersis languoribus, vndè non abs re quis dixerit, huius oppidi, non solum originem, sed & completam perfectionem, ex Diui Vvillibrordi meritis processisse, vti ex sequē-

Romā iter suscepit.

Pōtifex ab Angelo monetur vt VVillibro. concionādi munus conferat.

Frisiam ad Christ. conuertit.

Echternacum ei donatur.

Insigne Monast. eo loco cōstruit.

Primus eius Monast. Abbas efficitur.

Sactissimè ex hac vita migrat.

Miraculis claret.

Fit concursus ad sacrum eius sepulchrū.

Qua ratione Echternacũ in pagũ satis amplũ excreuerit.

Epternacũ vnde id nominis sortitum sit.

Epternacẽ. qualis structura.

Fons S. Willibrordi.

ctibus ad oculum videre quisque potest, nam ad partem Monasterij huius orientalem tempestate illa, pagus quidam erat ad passus fortè distans trecentos nomine vulgò Bedeu (isque forsan vicus quem superius Andethánia vocitat Anthoninus) triginta circiter aut quadraginta domibus constans, cuius incolæ indies huc maiorem fieri populi concursum animaduertentes casas proprias deserentes, in Monasterij huius amplissimi circuitu, satis commodas aliquot ædes, quibus hospitio aduenæ & peregrini excipi possent, excitarunt, facilè hinc fore arbitrantes, vt non exiguum facerent quæstum, nec verò ipsos spe fallos fuisse euentus ipse probauit. Vndè temporis successu inibi multiplicatæ, pagum satis amplum, paulatim confecere. Tandem porrò cum viri Catholici Religionis amantiores celebris huius Monasterij fama allicerentur, vt Religiosis inibi residentibus securitatem Diuino vacandi seruitio maiorem prouiderent, maximas eleemosynas contulerunt, quibus prudenter, & magno cum zelo vicum istum Abbate loci ipsius Domino perpetuo consentiẽte muris, portis, turribus, fossisque cingerent, ab eo etenim tempore Abbas ipse Epternacensis Dominus dictus fuit, diciturque pro præsenti, & sic nomen Bedense ex hominum excessit memoria, cui Echternacum siue Epternacum nomen placuit antiquis dare, ea (vt quidam commentantur) ratione, quod oppidum istud septem distinctis montibus per circuitum cingatur. Epter enim græcè septem significat Nacos autem mons dicitur, vndè scilicet Epternacus quasi septem mõtes, compositum, successu temporis per corruptelam primæuæ vocis in Epternacum abijt.

Porrò cum à conditione sua Monasterium hoc vna cum Oppido adiuncto multas calamitates ab inimicis illatis sustinuerit, proindeque antiquæ structuræ aut tormentorum, aut incendiorum cladibus, debilitatæ magnificentiæ suæ pristinæ speciem posteris minimè exhibeant, & pleraque ædificiorum, tam sacrorum quam prophanorum sint subinde suis mutata locis non abs re vt opinor facturus, de quo nunc situ, formaque templum sese intuentibus aperit, obiter pro more meo describam, & rem iam plerisque à multis annis sepulturam ob oculos proponam.

Atque in primis, vt ab ipsius ædis sacræ structuræ incipiam, ea firmis fundamentis, murisque in altum vtrique non impari firmitate nititur, Molis autem geometrico artificio nusquam carens, mediocris est, quæ quadrifariam turribus exaltata, binas nimirum in ipso vestibulo, non tam sublimes, quam robustas habens, atque in orientali plaga alias binas æquali distantia sese respicientes, quæ Aram summam veluti interlocant mediam. Præcipuo deindè ædi est ornamento Templi nauis fornice lapideo contecta à dextra læuaque vtrique tecto decliui veluti brachijs, laxatur, quæ à columnis reliquo corpori annexis dirimuntur, Columnæ verò itidem firmissimæ numero duodecim Christi Apostolos in statuis magnis, opere quidem humili, ast religionis & venustatis sufficiente specie repræsentant, Hos inter serie continua medij conspiciuntur Angeli totidem, humana statura altiores, fluente veste, columnarum vna cum Apostolis numerũ exæquantes. In inferiori Ecclesia (quam criptam dicimus) sub Deiparæ virginis Ara fontem scaturire videmus, qui per subterraneos meatus fluens, in inferiori planicie limpidissimus

anus egreditur, Sancti VVillibrordi fons dictus ad varios morbos (vt experientia testatur) pellendos valde efficax.

Oppidum ipsum circulari penè forma consistens domos circiter trecentos cōpræhendit, aereque benigno, itaque temperato, vt in cirumuicinis montibus vinum, quanquam acerbius, progignatur, quod in annis fertilibus vtcunque dulce, gustuque delectabile euadat; vndèquaque verò hic locus siluis & nemoribus, altissimisque montibus absconditur, Sura fluuio alluitur, qui Monasterio abundenter, nec non ciuibus sufficienter pisces varias, puta Barbiones, Gobiones, Carpos & anguillos, imò & suo tempore Salmones non paucos subministrat. Quia sine legibus & statutis stare non potest ciuium concordia, suam quoque hoc oppidum rempublicam habet, nam, à Prætore, Iudice, Scabinisque septem, in ciues omnimodam authoritatem habentibus discretione & prudentia Prælati deputatis pacificè regitur; illius namque est & Iusticiam creare, operum præfectos pro suo arbitratu ordinare, & omnia ad politicam regulam pertinētia terminare vti certas iustasque cum vini tum olei, ceruisiæ, frumentorumque mensuras constituere quæ vti etiam mensura salis & vlnæ longitudo in Monasterio tractantur, seruantur & ab ipsis mercatoribus accipiuntur. Quare vectigal quod mercium nomine mercatores (vt præsertim in nundinis fit) de pacto soluunt, soli Cœnobij Prælato debetur, traditurque. Est autem istud oppidum adeò antiquum, vt Luxemburgo (quod tamen antiquissimum) ducentis sit annis, & sexaginta circiter antiquius; A septētrionali ipsius parte præexcelsa rupis cōspicitur quam Sara fluuius præterlabens insigni ponte oppido coniungit, cuius pontis extructionem multis annis ante Monasterij fundationem extitisse ex pluribus apparet, hodieque extantibus monumentis, nam nostro æuo sæpius ex illius fundamentis eruti quidam lapides fuēre qui id aperte testabantur, vndè cum anno 1595. tanta esset aquarum vndique, & tam vehemens inundatio, vt Sura mirum in modum exorbitans, plures domos absorberet, hic pons ad instar firmissimæ petræ illæsus stetit, eo tamen excepto, quod circa fundamenta nonnulli lapides euulsi, inter quos aquis quiescentibus duo maximè antiquitatem summam, diuersasque Gentilium figuras oculis præbebant conspicuas, ex quo etiam plerisque pontis huius fundamentis Romanis, aut certè Treuerensibus attribuere lubuit.

Oppidi Epternac situs. amplitudo, & fertilitas.

Reipublicæ Epternac. status.

Oppidi Epternacensis antiquitas.

Suræ fluminis inundatio.

Inter loca miraculis clara, celeberrimum est Epternacense monasterium quod ideò frequentius à diuersis vndequaquam confluentibus peregrinis eo à viginti aut triginta miliaribus solius deuotionis ergo venientibus, maximèque in Pentecostes ferijs visitatur. Vndè diuorum ibi quiescentium ope, & apud Deum intercessione adiuti, læti plurimi propria, grates pro beneficijs per Diuorum intercessionem à Deo collatis, deuote exsoluunt. Inter cæteras Reliquias; quæ in hac Ecclesia seruantur, loco magni & pretiosi thesauri gloriosissimi Martyris SEBASTIANI caput monstratur, quod sancto VVilibrordo Roma descendenti Sergius Papa munificè donauit. Illud, vt pestis grassari vspiam incipit, à deuotis personis cum honore, parique pietatis affectu frequenti omnium congressu visitatur, ac vno ore rogatur, quatenus eius interuentu populus iste Christianus per diuinam gratiam ab imminenti mortis periculo liberetur quam petitionem Diuina maiesta-

Epternac. insignibus reliquijs instructum.

S. Sebast. Martyris caput.

stas ob sancti martyris præclara merita elargitur. Non in minore ibidem honore colitur & seruatur inclyti Martyris Osuualdi Angliç Regis caput, vna cum Sancti VVillibrordi patroni celeberrimi corpore, quæ quidem, quanto in pretio, honore seu reuerentia, tum ab ipsis Monasterij Religiosis, tum ab omnibus qui quotannis sanctas repetunt peregrinationes, quotidiana adhuc demonstrant miracula.

S. Osuualdi Angliæ regis caput.

In eodem præterea Monasterio iuxta altare Diuo Sebastiano sacrum, ingentis altitudinis & crassiciei librarum videlicet trecentarum & sexaginta quatuor, hodieque cæreus videtur, quem excelsæ memoriæ Maximilianus Imperator Augustus eius nominis primus, honoris, & summæ quæ in eius animo inhærebat Religionis gratia solemni supplicatione præeuntibus Principibus, Satrapis, Aulicis & familiaribus, Sancto Sebastiano contulit, Anno nimirum 1512. quo tempore Robertus à Monreal, vir nobilitate illustris religionisque amantissimus Abbatis munere fungebatur, qui ob singularem prudentiam quam habebat Cæsari vnicè dilectus habebatur. Nam cum ipse monasterij sui priuilegiorum confirmationem impetrasset, Cæsar oppidum ad Imperium pertinere, nec procul à Treuiris dista re ex Procerum ore inaudiens, competenti circumseptus Comitatu, eo sacras Reliquias visitaturus profectus, apud Robertum Abbatem sibi charissimum, integrum diem & duas noctes ibidem confecit.

Maximil. Imperator reliquias Epternac Monasterij visitat.

Ciues Epternacenses magnam & perquam insignem habent parochialem Ecclesiam quasi oppidi centrum occupantem, quam Diuus VVillibrordus sanctis Petro & Paulo dedicatam Abbas & Episcopus personaliter Deo consecrauit, In cuius dextro latere iuxta ostium ad meridiem situm, loculis iuxta se inuicem locata duo corpora magnatum morem balsamo condita huc vsque conseruantur. Verũ autem nobiles an ignobiles Principes aut Barones nullis constat documentis, verisimiliter saltem coniuges fuisse ex vtriusque sexus euidenti discrimine æstimatur. In eo sane non parua antecessorum negligentia notatur, qui hæc & similia notatu dignissima scriptis minimè mandarunt. Non multis ab hac Ecclesia passibus pauperum Xenodochium Diuo Georgio sacrum habetur, quod quanquam mediocribus redditibus dotatum sit, in pauperes tamen non paucas effundit eleemosinas. Nam sacerdos, qui eiusdem rectorem agit, pro posse secundum temporis exigentiam pauperes, peregrinos, & quosque aduenientes hospitio suscipit, reficit, nec non de cætero eleëmosinas hebdomadatim mensura quadam elargitur. Sed huius oppidi descriptione data, circumstant ijsque vtcunque notatis mihi incumbere animaduerto, vt quoniam superius Monasterij & consequenter oppidi fundatorem, primum Abbatem Diuum Clementem VVillibrordum fuisse insinuaui, Prælatorum, qui successiuè in hunc vsque diem post eum præfuêre, prout & alijs de Munsteriensi & de Aureæ vallis Abbatibus, &c. scripsi, lineam in quantum licuerit attexam.

Parochialis Ecclesia Ciuium Epternacens.

Xenodochium D. Georgij.

Iterum itaque Sanctum Archiepiscopum VVillibrordum Monasterij Epternacensis Abbatem circiter annum 690 fuisse repeto, de cuius vita & virtutibus hic pluribus agere nil attinet, is quanti vnius in carne, tum etiam deuicta morte apud Deum fuerit, verè persentiscent, qui tanti viri vitam à Caroli quinti Alcuino præcepto-

Abbas I.

ceptore veraci relatione conscriptam per scrutabantur. sanctus autem VVillibrordus spiritum Domino Deo vbi reddidisset. Albertus eiusdē Diui VVillibrordi discipulus suffragiorum calculo Monasterij regimen subit, qui munere suo non minus sanctè quam frugaliter cum aliorum ædificatione functus est annis 37 ab ipsius nempe Sancti VVillibrordi obitu ad caroli magni annum quintum, vsque ad annum inquam post Christum natum 775. Quo diuina sic ordinante prouidentia Caroli magni rogatu, & authoritate in Abbatem postulatur.

Albertus &c. VVillibrord. discipulus Abbas 2.

Abbas 3.

Beonradus Senonensis quondam Episcopus qui Dominicum gregem ab anno Caroli magni quinto vsque ab eiusdem vigesimum sextum sub vigilanti custodia rexit & pauit, quia verò Sancti VVillibrordi sedem is tenebat, ei eiusdem vitam & gesta diligenter carmine conscripta Caroli magni præceptor Alcuinus dedicauit: Ea deindè tempestate Caroli magni studio, Saxonicus populus christi fidem amplectitur, ac à Religioso pietate & prudentia singulari prædito Vvillihardo per Carolum magnum illuc misso & Episcopo Bremensi primario designato roboratur, & in legibus diuinis continua verbi diuini prædicatione eruditur, quibus tamen non obstantibus, antiquam rursus religionem requirunt, quorum perfidia Ecclesiasticis omnibus ea ex prouincia expulsis inter reliquos supra dictus Episcopus summam patitur persecutionem, quam ob Dei cultum patienter ferens tam diu sustinuit, donec Episcopatu relicto sanctorum limina Apostolorum visitaturus Romam adiret, indeque Epternacum, reuersus à Beonrado velut filius amice reciperetur. Vt autem eius causam Beōradus intellexit, ei secretū domicilium cōsulto assignauit, vbi in magna parsimonia integro biennij spatio Domino Deo sanctissime seruiuit. Saxones demum denuò Christianismum acceptant, vbique terrarū suum perditum quærunt Episcopum, & tandem Epternaci latitate rescientes, ad illum magnæ authoritatis viros mittunt, qui blando sermone omnia meliora promittentes, vt ad suum Episcopatum rediret, impetrarunt. Quo veniens vna cum clericis suis in Cathedralem suam Ecclesiam honorificè postliminio introductus prædicationibus, alijsque diuinis operibus ibidem ad Annos aliquot intentus cōplures infideles Christo acquisiuit.

Saxonia ad Christi fidē per vcitur à VVillihardo.

A suscepta fide mox desicit, ac in VVillihar. Ecclesiasticosque cōs persecutionē instituit

Sub isto Beonrado Abbate similiter in omni virtute, sapientia, & sanctitate Adelbertus huius religiosus, nec non Sancti Vvillibrordi aliquando obedientissimus discipulus floruit, Qui ob egregias dotes in Hollandiam destinatus Monasterij Egmundensis primarius effici meruit, a fundatione patronus, quippe à quo idem Monasterium celeberrimum nomenclaturam gerit. De hoc sic Arnoldus Wion ordinis Benedictini Monachus Martyrologio suo scribit, *25. Iunij, In Egmundo Monasterio partium Hollandiæ Sancti Adelberti confessoris & Leuitæ regalis stirpis Anglicanæ, & discipuli Sancti VVillibrordi Episcopi fuit, & Sancti Osuualdi Regis cognatus de illo dicitur* Adelberto. Tritthemius Abbas commentatur libro de viris illustribus.

Adelbert. S. VVillib. discipulus.

Arnol. dus VVION.

BEONRADO autem anno Domini 796. vita defuncto, Carolus magnus per annum ferme integrum Monasterij gubernacula Abbatiali sede interim vacāte tenuit; cum verò hic omni prudentia illustrissimus, Sanctitateque christianissimus Imperator nullum huic Monasterio prælatum temerè præficere vellet, nisi vi

delicet per bene & moribus & vita ante sibi probatus foret, tandem vir magnæ eruditionis, cui tuto onus huiusmodi committi poterat, illi præsentatur, is nimirum fuit Ado qui summa cum laude rem Cænobij vigilanter administrauit, fideliquè à Deo talentum commissum cum lucro ad mortem vsque expendit, qui præueniente morte fatis concessit Anno 8.7.

Abbas 4.

Abbas 5. Siginaldus Spoletanæ ciuitatis quondam Episcopus Adomi in Abbatia certe successit, & vbi annos nouem præfuisset Anno 827. morte extinguitur. In quo locum eius successit,.

Abbas 6. Theogaudus vir plane grauis, magnusque paterfamilias, qui quinquennio sibi creditam sibi concreditam plurimum exornauit, gregemque suum, vt fidelis pastor, tutiori via direxit. Quo tempore præterlapso demum vltimum vitæ diem terminauit Anno 832. Hoc defuncto Abbatiali muneri præficitur,

Abbas 7. Hettrinus qui ex Mediolacensis Cænobij Abbate ad Archiepiscopalem cathedram sublimatus, huius postea Monasterij administrationem insecutus obtinuit, & annos quinque gubernauit, anno scilicet post Christum natum 838. cui in dignitate cooptatur,.

Abbas 8. Hieronymus, qui vtrum Monachus, vel certe extraneus fuerit, non satis constat; quoue fato ad eam prælaturā euectus sit, nullibi habetur, is anno 847 ex hac vita ad beatiorem transmigrauit; cuius pedum nescio qua authoritate arripuit,

Abbas 9. Adelardus Lotharingiæ Comes, quem plerique Caroli magni nepotem fuisse affirmare non verentur, vt vt sit, hic Monachorum vitā exosam habens, pro more suo vitam penitus mundanam ducere cæpit.

Vndè quorundam instinctu facile inductus, ex monasterio Canonicorum secularium collegium proposuit, atque ab hinc monachi excucullati in cænobij conuictu diuersa singuli habentes habitacula, carnis indulgere voluptatibus cæperunt, & dignitatum titulis inter se disceptare, alius nimirum vt Præpositum, alius vero Decanum, tertius hospitalarium, alius præterea Cellerarium siue Thesaurarium, aut denique Camerarium ageret, decreuerunt. Non quidem quod deinde ægro Diui Benedicti regulam exuere vellent, sed quia extra claustrum his viuerent; latebat igitur hic sub monastico schemate versipellis vulpecula, cum monastico vtentes habitu Canonici pro libitu dominarentur, atque sic apud omnes proprietatis vitium vigeret: Quæ quantum Diui Benedicti decreto repugnet, quis est adeò hebes, qui clarè hoc non videat? Is enim in quodam Regula suæ capite omnem monachis proprietatem, omni religioni cum primis vetitam [illegible], serioque mandat alibi, vt monachi in vno loco cingulis aut funibus cincti dormiant, non autem in ædibus spendidis seorsim positis, vbi tunc (vt verisimile est) illi dormiebant, atque hoc pacto huius Adelardi conniuentia tandem ex [illegible] Willibrordi monachis tales quales Canonici euaserunt, Annis præfuit septem, a decimo nēpè Lotharij Imperatoris anno vsque ad Regni Lotharij ipsius filij, [illegible] 12. qui à Nicolao Pōtifice maximo (eo quod Regina Teutberga repudiata VValdradam duxisset) excōmunicationis fulmen promeruit, obijt tandē his taliter exactis ipse Adelardus Anno Dominicæ Incarnationis 856.

Monachorū inter se cōcertatio.

Monasterium Eptern. efficitur Canonicorum collegium.

Harum

Hatto Episcopus hoc demortuo Canonicorum secundus Abbas euasit; cumque annis octo præfuisset, expirauit Anno 864. In illius dignitatem assumptus est. *Abbas 10.*

Reginherus itidem Lotharingiæ Comes, qui septennio illius dignitatis cathedra potitus, vitæ tributum exsoluit Anno 876. ac vacante sede quam primum successit Karlomanus Caroli Lotharingiæ Regis filius, cuius & Lotharius Imperator frater extitit. Is cum vitam spiritualem temporali præferret, in tantum illam dilexit, vt Subdiaconatus ordine suscepto, ad Diaconatum aspiraret: sed subito seductus, a recta via declinare cæpit, mundanorum cum consilio nobilium assentiés ordinem spreuit, ac latronũ prædonumuè vestigia insecutus patri parauit insidias atque collecta manu Regnum illius infestare, Ecclesias vndique, & id genus religiosa loca destruendo indies perexit, vndè accidit, vt in insidijs deprehensus captus, patrisque iussu ob tantum facinus oculorum lumine priuatus sit. Hinc autem patruus eius Francorum Rex compatiens (vt cæcus cæcum duceret) Monasterium Epternacense in vitæ subsidium illi dedit, qui anno cæcitatis suæ septimo Anno vero Domini 877. ibidem animam efflauit: quo sublato suffectus est *Abbas 11.* *Abbas 12.*

Adelardus eius nominis secundus Lotharingiæ itidem Comes, ex quo clarum euadit, Lotharingiæ Principes nimia prole grauatos semper aliquem ex suis filijs ad Epternacensem Prælaturam mittere solitos fuisse, Hic Diui Benedicti penitus despiciens habitum, colore magis sibi arridente quæsito, Religiosis Hemeradum monachum in propositum constituit. Quis verò non videat huic sancto Ordini repugnare, vt monachi Canonici Abbatem non Monachum sed seculo deditum Comitem sustineant, ac talem quidem Comitem cuius labor venatio, cuius exercitium commessatio, cuius religio carnis illecebræ erant Quo regimen tenente per quindecim annos, in his angustijs Monasterium hoc vacillauit. Eo vita functa Anno 889. *Abbas 13.*

Ratbodus Treuericæ Ecclesiæ Archiepiscopus Abbatis vices subijt; quid autem [illegible] mali præstiterit, cum in monasterij archiuis nusquam reperiatur, hoc [illegible] loco subticebimus, è viuis vero excessit anno post Christum natum 897 cu[illegible] *Abbas 14.*

R[illegible]s Lotharingiæ item Comes in Abbatem electus, præfuit, qui post completos prælaturæ suæ nouemdecim annos, quarto videlicet à regimine Zuuindi[illegible] Regis moritur, sed multis ante beneficijs monasterio præstitis. Hic nam[illegible] prædecessorum suorum liberalitatem numeroso gradu excedens, summa lar[illegible] patrimonij parte Berg: videlicet, R[illegible] & *VVaderlo* cum [illegible] earum appendicijs constante, Echternacense monasterium ditauit. [illegible]um. *Abbas 15.*

[illegible]s vir profecto grauitate excellens doctrinaque singulari præditus [illegible] annorũ spatio Canonicis & monasterio, vti patremfamilias bonumdice[illegible], adeò vigilanter, tantoque cum fructu præfuit, vt & in hoc seculo laudem & in futuro gloriæ coronam promeruerit. Hic tantis laboribus exanlatis, viribus [illegible], in Domino obdormiuit: post quem Abbatem agere cæpit *Abbas 16.*

Gilebertus præfati Reijneri Comitis filius, qui postquam ad 24 annos Abbatis officium administrando Canonicis præfuisset Anno Domini 939 moritur. *Abbas 17.*

Abbas 18. Hermannus item Lotharingiæ Comes, Imperatoris Ottonis in germanos Imperij tempore Abbatialem ſedem conſcendit, qui Anno 957. vitam cum morte commutauit.

Abbas 19. Sigifridus etiam Comes vir pietate, doctrina virtutibuſque nitens Sexagenario maior, vbi aliquamdiu præfuiſſet, Canonicos fratres ſuos omnes honeſtatis limites excedere, mundi, & carnis voluptatibus indulgere, nilque minus quam Diui Benedicti vitam ſequi animaduertit, eos deindè regula neglecta, cæremonijs ecclesiaſticis, & ſanctis ſpretis familiam omne m ſuſpectam ſuſtinere, alereque notauit. Quæ ſecum ſummo cum mœrore ſæpiſſime ruminans, & ex aduerſo oculos mentis in ſuos quoſdam prædeceſſores conuertens, quamque honeſtam, religioſam, & regularem vitam cum Monachis egiſſet diu noctuque rogitans, conſcientia impellente Dei zelo tactus Imperatorem Ottonem eius nominis primũ ea de re conuenturus adijt, expoſitaque improba & ſcandaloſa ſuorumCanonicorum vita, eum enixè rogat, vt Imperatoria ſua authoritate prouideret, quatenus Canonicis e Monaſterio Benedictino amotis, ſecundum primordialem eius inſtitutionem ibidem Monachi denuò reſtituerentur. Quod etſi minimè gratum foret diſcolis Canonicis audire, pius Abbas in propoſito tamen perſiſtens nõ ceſſauit negotium optime inceptum ad finem optatum perducere. At verò re necdum effectui mancipata, rebus humanis exemptus, ad æthereas ſedes euolauit Anno 974. Cuius mors vt Auguſto innotuiſſet, eorum memor ipſe quæ deuotus Abbas viuus rogauerat, ad ſe Sigifridum nouiter Comitem Lutzenburgensem factum accerſit, eique in mandatis dedit, quatenus Echternacum profectus, quidem canonicos ſeriò hortaretur, vt vita ſæculari dimiſſa, inde [illegible] ribus exutis, ſaniorem, & magis congruum viuendi modum ſecundum Benedicti regulam capeſſerent: quo derepentè Comitis ſermone turbati, aliqui quidem meliorem frugem, alijs verò abitum (quod & illis eſt [illegible]) eligentibus: ea adhuc turbatione durante Monaſterij Abbas deſignatur.

Monaſter. diſciplinã collapsam reſtituere conatur.

Canonici monaſterio excedere, aut vitam corrigere cõpellãtur.

Abbas 20. Rauangerus, qui cum quadraginta probatæ vitæ religioſis eo ſe contulit, vnà etiam introductus magna animi conſtantia Diui Benedicti Regulam [illegible] neglectam reſumere, diſciplinam reſtituere, pijſſimamque vitam vna cum ſuis agere cœpit: a qua tempeſtate inibi religio tantoperè floruit, vt ſchola ab omnibus Diui Benedicti eſſe diceretur, & eſſet. Ab hinc deindè Abbas, & eius ſucceſſores ab Ottone Imperatore illius nominis tertio monetam cudendi poteſtatem acceperunt, quæ authoritas & priuilegium ab omnibus Imperatoribus ad Maximilianum vſque ſucceſſiue confirmata fuit: à quo anteceſſorum viſis priuilegijs [illegible] gis magiſque ſolemniter eſt corroborata, vti & à Carolo Imperatore eius nominis quinto. Obijt porrò optimus Præſul completis ſumma cum laude [illegible] tura annis triginta tribus Regni Henrici Imperatoris ſexto anno, Dominicæ [illegible] tem 1007. decimo nono calendas Septemb.

Regalia Abbatiæ Epternac.

Abbas 21. Vroldus vir non minus doctrina quam ſancta religione præclarus Abbatialem cathedram conſcendit, & onus ſibi incumbens fortuna ſecunda lætus portauit, atque exemplo & adhortatione Monachos in pietate ſub regulæ obſeruantia [illegible] ti fræno continuit. Verum dæmon illius tam fœlici fortunæ inuidens, & Monachorum

chorum vitam exemplarem ægrè ferens, Damnum ingens Anno ab istius Abbatis regimine decimo, incendium videlicet Ecclesiæ & claustris Monasterij immisit.

Monaster. igne proterno ... absumitur.

Nec idcircò tamen Abbas mœrore consumitur, sed omni semota tristitia animum sumens, nouæ Ecclesiæ fundamenta iacit, tali forma vti modo conspicitur, quia ad fenestras vsque deducta, Abbas tandem (vt videbatur) nimio labore confectus quasi desperabundus vitam scandalo plenam ducere, & ab omni opere bono cessare incepit, & licet quotidiè à suis superioribus admoneretur non resipuit tamen, quin potius indies peiora adiungens, authoritate Episcopali sua dignitate priuatus, Vvirtzenburgum abductus, quodam in loco se continuit, donec post biennij spatium morte vitam commutauit, de quo & huiusmodi extat Epitaphium.

Abbas à tri... vita plurimum degenerat.

Continet hic arctus locus, Vroldi patris artus,
Cuius in Ecclesia sunt monumenta pia.
Flamma vorax sedes templi consumpsit, & ædes
Anno cum decimo, præfuit à minimo.
Quas iuxta damnis vndenis fecerat annis,
Quod reparata pia pars fuit Ecclesiæ.
Deinde loco cedens, annis quoque quinque recedens,
Se voluit fcli credere Leucopoli.
Quo migrans membris septena luce Nouembris,
Sub claro titulo conditus est tumulo.
Ordine post iusto translatus ab hospite busto,
Hac tumba propria clauditur Ecclesia.

In cuius locum successit ex Sancti Maximini Cœnobio petitus Humbertus monachus, idque ob singulares virtutes quibus eum præpotens Deus dotauerat. Is nulla interposita mora, Ecclesiæ ab antecessore suo inchoatæ manum admouit, inceptam absoluit, & absolutam à Poppone Treuericæ Ecclesiæ Reuerendissimo Antistite Anno 1031. cum magna solemnitate & sacris cæremonijs consecrari obtinuit, parique diligentia Monasticum ordinem ab Vruldo fermè extingui permissum in singulari zelo redintegrauit, munere suo, vti verum patrem decet, Christi familiæ annis 24. perfunctus moritur Anno Domini 1051. & post omnium sanctorum aram die sequenti tumulo clauditur. Abbatiali cathedra prælato destituta.

Abbas 22.

Reginbertus vir magna prudentia & discretione præditus, nec non in regulari disciplina magister præcipuus nutu diuino in Abbatem Epternacensem eligitur, atque officio suo perquam vigilanter incumbens, talentum suum plurimum multiplicauit, fratres suos, vt pater filios, in charitate educauit, & dilexit: ne autem lupi rapaces Monasterium post eius mortem inuaderent, Coadiutorem sibi perbenè probatum designauit, Theofridum inquam in lege Doctorem profundissimum multisque clarum virtutibus exornatum: quem & successorem suū

Abbas 23.

fratrum habito consensu, esse cupiuit; quibus constitutis anno 1081. 3. Idus Nouembris obijt.

Abbas 24. Theofridus igitur prius in Coadiutorem confirmatus, prædecessoris sui à morte eius sedem occupans; vt ex quibusdam eius scriptis liquidò constat, apud Cæsaream Maiestatem competitorem habuit: Vndè hoc aduertens, priuatis negotijs alijs postpositis, Romam tetendit, vndè suæ confirmationis à summo Pontifice Gregorio eius nominis septimo, literis facile obtentis domum ilicò reuersus ab Episcopo Benedictionem accepit, & posthæc ad mortem vsque Mon[illegible] fidelis dignissimusq; administrator extitit. Vnicuique enim secundũ rei exi[illegible]ã tritici mensuram impartiebatur. Edidit opuscula aliquot lectu digna stilo lucido ac compto, scripsit enim vitam Diui Vvillibrordi patroni nostri, quam Capitulis triginta sex distinxit, quibus fluido ac luculento sermone [illegible]lius ena[illegible] miracula. Cõposuit & alios libros mira alacritate & doctrina lucidos, quo[illegible] taphiũ sanctorum vocat, illos Reuerendiss. & illustrissimo Principi Electori T[illegible]uerens. Brunoni dedicauit. Ex hoc vita ad beatiorum A. D. 1110. secund. No[illegible] Aprilis, migrauit.

Scriptis clarus est.

Abbas 25. Gerardus in Abbatem assumptus, vtilisne vel noxius huic negotio fu[illegible] dubio est: saltem quod segnis, morosus, & idiota fuerit, ex veterum docum[illegible] apparet, vndè eum pro meritis, dignitate Imperatoris, nec non Brunonis Ar[illegible]episcopi mandato, amotum affirmant, quam confusionem ferre non valens [illegible] die 20. morte sublatus est.

Abbas 26. Godefridus ex numero Conuentualium fratrum ad id officij deputatus, [illegible]rem & electionem aliquoties recusauit, sed omnium precibus tandem victus, suum consensum præbuit; nec iniuria eligebatur vir talis, qualem profectò [illegible] sæcula desiderabant, qui ob industriam & virtutem singularem patriæ nomi[illegible] est pater. Contingit autem eodem tempore, vt Prumensi Abbate mortu[illegible] menses Cœnobitæ illum indesinenter in Præsulem suum postularent, & postul[illegible]tum tandem obtinerent, & postquam annis xxxiii laudabiliter præfuiss[illegible] à partu virginis 1159. non fine veneni suspitione ex hoc mundo tollitur: cui p[illegible]ritas tale in Epternaco epitaphium reliquit.

Godefridus Prumensis iisdẽ Abbas cõstituitur.

Epitaphiũ Godefridi.

Quod caro sit vermis, quod homo sit puluis inermis.
Approbat illud homo, verme scatens in humo.
Hunc pater ad mortem Godefridus carnis honorem
Qui fugit, vt fumus mutat, & hic fit humus.
Prouida mens, habilis complexio, sanguis herilis,
Huic dederant aditum culminis ad meritum.
Sed geminos phœbus, cum scanderet octo diebus,
Carnis deliquio transijt è medio,
Annis iter denis, & quatuor haud modo plenis
Abbatis titulo functus & huic tumulo.
Ast homo, qui cineris sors, hic dum viuis haberis
Ad cineres hominis vota fer ipse cinis.

Co-

Gerardus secundus Godefrido suffectus antecessoris sui in Monasterij regimine vestigia insecutus, rem domesticam octodecim annis fugaliter administrauit quo tempore exacto, confectus senio tribulationumque procellis superatus, cum die gloriosissimæ virginis Assumptionis sacro, diuinum officium in pontificalibus peregisset, Conuentuales ad se fratres vocatos, tali affatus est alloquio: Confratres, Quoniam huic Cœnobio eo vsque præfui, donec canus & annorum numero complurium debilitatus laboribus amplius ferendis impar sum, en vobis (baculum super altare reponens) hanc dignitatem resigno, & in manus vestras repono. Quare, die altera Abbas Monasterij S. Matthiæ propè Treuerim postulatur, & introducitur, cui Gerardus in omni humilitate, & obseruantia sese submitrens, dies vitæ supramodum religiosè compleuit, ac Anno Domini 1176. ex hac fluxa vita in magis fortunatam emigrauit. Abbas 27.

Ludouuicus igitur sancti Matthiæ præsul, ambas istas sarcinas sibi nimium onerosos esse sentiens, cum vni satisfacere perplures vix valeant, Epternacensem prælaturam in Frederici Imperatoris præsentia, ad fratres, precibus adiunctis, quatenus Godefrido sacellano suo contingeret consentiente conuentu, resignauit. Abbas 28.

Godefridus hinc ad Abbatiale munus Diui Benedicti habitu indutus, professionem religionis emisit; ac deindè confirmatus sui prædecessoris vaticino prout virum talem decebat abundanter satisfecit: adeò cum vir in omnimoda scientia profundissimus, in rebus domesticis & regularibus administrandis prudentissimus esset, annis sic pontificalem dignitatem 28 tutus est, vt & monachis religiosè viuendo præluxerit, & non solum industria, labore & prudentia rem domesticam adauxerit, sed & ex proprio patrimonio quod in Racht erat, monasterium cohonestauerit. Qui tandem multis præclarè præstitis vitam finiuit. Anno 12 1 0. Huic Abbati Theodoricus. Echternacensis Cœnobita anno eius regiminis decimo librum in membranis, qui & modo ab illis aureum nomen retinet, scripsit, dedicauitque. Abbas 29.

Bartholomeus mortuo Godefrido succedit, qui anno 1231. in Domino obdormiuit. Abbas 30.

Reinerus eius nominis secundus, ab Henrico sexto Romanorum Imperatore deputatus, pastorem agere cœpit, atque à Theodorico Archiepiscopo consecrationem cōsecutus, a suis antecessoribus, quos veros patresfamilias fuisse sciebat, nusquam degenerans, Monasterio annis vndecim vtiliter, & viriliter præfuit, annoque 1242. extremum clausit diem. Abbas 31.

Arnoldus Abbas venerabilis, æternaque memoria dignus, pro virili cœnobij commodo studuit, illud ampliauit, interque cætera opere testudinato ambitum decorauit. Is vbi annorum 27 spatio gregem sibi commissum summa cum ædificatione egregie rexisset, ordinationibus quasi testamento factis, in Domino requieuit. Abbas 32.

Henricus natione Gallus Abbatialem curam postmodum subit; qui cum vnico tantum anno præfuisset, Dominicæ Incarnationis anno 1 2 7 0. &c. 5. Idus Octob. de viuorum albo deletur, Vndè Abbas 33.

Richardus magnus ille & singularis paterfamilias in Monasterij prælatum eligitur Abbas 34.

gitur qui per multa haud Arnoldi prætacti testamento dissimilia sanxit. Cum autem horum aliqua ad priuata peculiariaque monachorū iura tenderent, nihilque aliud fermè tractarent, nisi quod hac aut illa solemnitate, puta Annuntiationis, aut VVillibrordi professo hæc vel illa portio Religiosis lautior daretur, inque multis proprietas vigeret per meliorem disciplinam circa annum Domini 1500 introductam eiusmodi traditiones meritò cessarunt; & hinc regulariter (quod neglectum fuerat) & religiosè Monachi vno in loco simul commedere cæperunt. Richardo autem 3. non. Ianuarij à partu virgineo Anno 1296. è viuis sublato, hinc officium, Ludouico demandatur: qui prædecessorum immediatorum vestigijs insistens, Religiosis aliquot annuos florenos in calceamentorum & Cucullarum subsidium ordinabat. Sed quia Sancti Benedicti decreto hæc & similia minimè respondere videntur, abolita etiam in hodiernum diem permanent: moritur hic 17. Calend. Septemb. A. Domini 1298.

Abbas 35.

Abbas 36. Henricus à Schoeneck Ludouico demortuo, gregis pastor, monasterijque administrator constituitur. Hic ab Imperatore Monasterium suum cum Oppido suisq; regalibus in feudum primus accepit. Quoniam is vir magnæ grauitatis, & apud principes summa authoritatis erat, meritò eum, vti verum domus Dei rectorem, eius subditi honore & reuerentia affecerunt. expirauit Anno Domini 1324.

Abbas 37. Arnoldus in Abbatem electus, & à Balduino Archiepiscopo consecratus, Anno Domini 1324. ab Imperatore Ludouico Coloniæ Regalia recepit, atque curæ sib commissæ alacriter incumbens, monasterium prudenter administrauit, Is namque vir deuotus, pacis amator, bonitate fulgens, mansuetudine præclarus, verecundia insignis, osor vitiorum, sanctæque custos castitatis fuit: migrare è vita 10, Calend. Iunij Anno 1329. post biduum verò.

Abbas 38. Theodoricus de Ars animarum regimini suffectus est, ea tempestate qua Comitissa de Spanheim Archiepiscopum Balduinum (nescio quam ob causam) in castro Starckelburgh captiuum detinebat, vnde confirmationis abbatis negotium eo vsque procrastinabatur, donec Archiepiscopus dimitteretur. Interim vt de regalibus à Cæsare petendis cogitaret, amici suadentes ab Abbate scrupulum mouere audiunt, ne forte non consulto id faciat, quod Ludouicus Cæsar excommunicationis vinculo nodatus ideo diceretur, quia eum non legitimè electum Pontifex Romanus cum censura affirmabat. Nec ideò rerum temporalium curam habere desijt noster Theodoricus Abbas, sed pro domo Domini murum se contra multas calamitates opponens, æquo animo cuncta pertulit. Tunc etiam temporis Metensium Episcopus cum Domino in R. deubach hostiles causas habuit: vno autem dierum milite collecto in præfati de R. deubach irruit territorium, oppida furiosa manu Vulcano dari curauit: vnde & Bergh nostram Curtam cum omnibus appendicijs funditus euertit.

Seditio oritur inter Scabinos et oppidanos Epternacē.

Suo item tempore inter scabinos & oppidanos orta seditione, cum ciues iniquam fouere causam animaduerteret, ipse Iustitiæ amator, præ cæteris æquiores partes tuetur, vnde Ciues indignabundi quosdam subornarunt, qui clam de nocte monasterium [illegible] monaster[illegible] ædificia quædam inflammarunt, plurimaque a[illegible] ignem iacientes, tabernas Monasterij fere omnes, atque in primis insigne horreum quod

quod frugibus tum abundabat furiosè incenderunt. Hisce meritò commotus Abbas, ope Ioannis Bohemiæ obtenta eius authoritate seditionem terminari curauit. Tandem dispositis prudenter in monasterij commodum rebus, cum ad vlteriorẽ administrationis decursum sese ob senio confectam ætatem indicaret inutilem, fratribus licet inuitis, & reclamãtibus Abbatialem dignitatem in capituli manus spontaneè Anno Domini 1340. 16. Calend. Martij resignauit, & de seniorum consilio & consensu

Ioannes à Wyningen, vir prudentia, deuotione, omnimodaque virtute præclarus in successorem eligitur; qui curam pastoralem à prædicto Anno 1340 vsque in bona disciplina statutorumque obseruantia (quo cœnobium in suo esse maximè conseruatur) vigilanter administrauit, donec Anno 1353 in viuis esse desineret. *Abbas 39.*

Ioannes à Neuuille, familia adhuc hodierna die superstite in prædecessoris sui iam fatis abrepti capitularium votis locum subrogatur: is pariter & nonnulla in fratrum vtilitatem maiorem, quæ & chartis mandata sunt (de facto autem modo euanuerunt, quia nõ magno condita sale) ordinauit mortuusque tandem, loculis in Ecclesia absconditur Anno 1362. *Abbas 40.*

VVilhelmus à Kerpen fratrum calculis, Ioannis prædefuncti sandalibus induitur, indutusque quam primum Francfordiã versus vt à Carolo quarto Imperatore Regalibus donaretur tetendit, ibidemque (prout moris est) solito sese astrinxit iuramento. Huius laudes & opera hic enarrare nimis operosum, cum maxima ea sint, nostræque id breuitati repugnaret: satis erit, si eum fidelem (vt certe fuit) & officiosum patremfamilias fuisse cognoscas. Omnibus autem laboribus succumbens. Deo spiritum Anno salutis 1372 reddidit, huic verò succedit *Abbas 41.*

Hertuuinus de Waldech, cuius cognominis non illa solum vna, sed plures familiæ æquiuocæ reperiuntur, Comitum scilicet à Waldeck. Item Nobilium Bous de Waldeck familia, alias denique non procul à Treuiris eiusdem vocabuli: ex qua autem harum, Hertuuinus noster sit oriundus, non ita liquet: licet feratur, eum de Comitum sanguine fluxisse, Is vbi quinque cœnobio præfuit annis mortuus est Anno 1375. Eum porrò in dignitate subsequitur *Abbas 42.*

Philippus Arnoldi ab Hemburgh & zu der Feltz Domini filius; ob quam filij electionem & promotionem tantopere pater recreatus fuit, vt omnes quantascunque expensas ad eam dignitatem procurandam requisitas exponeret, & liberaliter offerret. Verum Philippus Anno 1375. morte præuentus; nec à summo Pontifice confirmationem, neque ab Imperatore Regalia pro more recepit: quo de mortuo, *Abbas 43.*

Roberti curæ deindè cœnobium committitur, qui regimen suum à quæstionibus inchoauit, quas cum Dominis Cathedralis Ecclesiæ Treuirens. Roberto præposito, Decano, cæterisque Capitularibus, Cunone Archiepiscopatum tenẽte habuit. Cui dissidio quædam pensio per VVilhelmum à Kerpen quondam Abbatem facta, nec adhuc liquidata originem dedit, qua etiam necdum soluta, Anno 1379. spiritum effudit. *Abbas 44.*

VVricus ab Achtenbach in prædefuncti Roberti locum suffectus, ab Vrbano sexto Pontifice summo confirmatur, & à VVencellao Romanorum Rege Regalibus *Abbas 45.*

 insigni-

insignitur: Cumque Monasterium plerisque bonis adaugere iam inceptaret, naturæ debitum Anno proximè citato soluit.

Abb. 46. Petrus a Gymnich fratrum suffragantibus votis ad Vviri-i Cathedrā vocatus, & à Bonifacio Pontifice confirmatus, a Vvencesłao Romanorum Rege Regalibus condecoratur, mortem obiuit Anno 1414. quo deleto

Abbas 47. Nicolaus à Gymnich ex eadem progenie oriundus, Abbatis titulo honoratur, atque ab Imperatore Sigismundo Confluentiæ Regalia consecutus, viriliter Monasterij commodis studuit, fratrumque vitam in disciplinis, & pietate continuit, atque vltimam vitæ metam anno 1434. attigit.

Abbas 48. Petrus ab Hubingen Pastorale pedum arripuit, illudque sic conseruauit, vt talentum sibi à Deo concreditum longè numerosius redderet, atque secunda via anno 1437. ad extremum vitæ diem reuolutus est.

Abbas 49. Vvinandus Glewel Cœnobij custos baculo pastorali à fratribus penè cogentibus armatur, nam cum is hunc muneri ineptum se clamitaret, illorum precibus tandem deuincitur, Is talis fuit, vt si illius acta referre tentarem, vix finem reperturus essem. Nā in vultu illius refulgebat clemētia, in operibus summa prudētia, in familia regenda vigilantissimus, & in officio diuino frequētissimus erat, superuacaneis autem horis maximè laboriosus; vti ex opere ipsius huc vsque custodito constat, cui titulus est.

De computu reddendo: non contemnenda sanè lucubratio quæ incipit. *Vera Dei sapientia descendens à patre luminum?* In qua, verbis admodum exquisitis Monasterij sui requisitum regimen exequitur, & ita manifestat, vt illius posteri multum illi idcircò debeant gratiæ & imitationis. Hunc autem eo functionis esse vocatum displicuit Vvilhelmo ab Helmstat, Sancti Martini Treuirensis Cœnobij prælato; hac videlicet de causa quod ipse à Petro Hubingen, dum viueret Abbate, eam Abbatiam dono obtinuisset sibi conferri, proindeque demum hoc ratum esse cuperet, sed prætenso iure frustratus est. Nam Abbas noster à Glewel constanter se opponens iustæ quam habebat causæ defensionem ad generalem Synodum Basilæç congregatum detulit. Ibidemque à iudicibus siue commissarijs ad id deputatis (processu secundum ordinem iuris habito) Vvilhelmus Abbas in expensas damnatus, causa cecidit, moxque Vvinandus ex Synodi decreto in fratrum minorum Monasterio anno 1439. munus benedictionis percepit: vt autem aliquo modo Vvilhelmus pacatior redderetur, annuè octoginta florenos accepit, vti proprio in opusculo Vvinandi manus testatur: Item (inquit) dedi procuratori meo Pollaertt in Basilæa sexaginta florenos, item Abbati Sancti Martini de concordia octoginta florenos.

Insignis est paterfamilias.

Lis inter Vvinandū & Abbatē S. Martini oritur.

Lubet hic quoddam infortunium quod sub hoc Abbate Epternaci anno 1444. accidit recensere. Nam domus cuiusdam ciuis, casu nescio quo, igne furioso & horribili accensa complures alias ædes ita labefactauit, vt totum fermè oppidum flamma vorax absorberet. Illic ò vidisses vndique concurrentes, illum cum hasta hunc cum situla, alium cum furca, hunc lugentem, hunc cadentem, omnes denique manibus pedibusque aduersus incendium hoc sese armantes, atque in primis

Maximū in Epter oppido incendium.

pro

pro parte potiore Monasterium illæsum conseruare studentes, Abbas tum huiusmodi lamentabilem casum spectans, melioris consilij inops, vinum tam strenuè pro se laborantibus in copia promi iubet, quo sudore penè arefacta rigaret corpora, animaretque ad incœpti prosequtionem. Cuius quidem incendi ipsemet Abbas in prætacto suo opusculo mentionem facere videtur, dum in Capitulo De damnis illatis Monasterio sic ait. *Item tempore incendij oppidi Epternacensis septem plaustra vini Mosellanici erant potata per Ciues contra incedium laborantes.* Hoc incendium, vt à quibusdam senioribus huius oppidi ciuibus, qui ab auis & attauis id habebāt, sæpius audiui, dies duos totidemque noctes in sua vehementia perseuerauit, Huiusmodi & complures alias hic Abbas passus est tribulationes, ideò maximè quod monasterij sui ardenti teneretur amore, & quamquam tum à Ciuibus, tum ab aliorum insolentia, aut etiam à suis Monachis duræ ceruicis multam experiretur molestiā, omnia tamen forti animo pertulit, & quorumlibet aduersantium importunitatem viriliter & opportunè repressit, in qua quidem animi constantia, quoad vixit, immotus permansit.

Inter sua scripta, historiam recitat admodum mirabilē, de quodam iuuenculo, quam non piguit hisce addere, sic enim habet. *Nota nō illepidā de iuuene quodā omniū se artium doctorē proficiēte historiam.*

Nolo inquit vos ignorare fratres, de his quæ auribus vestris dudum, vt reor terribiliter insonuerunt, non decipiemini, sicut & ceteri, qui spem in homine ponentes verius dicam fictis in fabulis suis, in vanitatibus euanuerunt. Si enim creditis, vt scribo, veritati haud dubium assensum dare videmini. Ecce patres & Domini pridiè de mense februarij anni currentis venit ad nostram germaniæ nobilissimam vrbem Agrippinam iuuenis quidam, de cuius nomine, natione, fama, dignitate, scientia, & statu cæterisq; conditionibus præcellentissimis, prout in quadam scedula præsentibus inclusa plenius continetur, plures magistri & Doctores matris nostræ vniuersitatis Coloniēsis mira dictu intellexerunt, & scripta Videntes autem hominem in carne gauisi sunt gaudio magno valdè, Et intrantes conuocato singularum facultatum magisterio consilium inierunt, quo honore, quo applausu, quaue reuerentia hominem, qui cœlum commouit & vndas humanitatis obsequijs, benignoq; fauore tractarent, Apertis itaq; thesauris suis, thesauros inquam sapientiæ, & scientiæ Dei, quibus totum mundum illustrare sufficerent, quibusdā non abs re visum est probare spiritū, vtrum ex Deo esset. Sciebant enim, iuxta Apostolum, Angelum sathanæ sæpe transformare se in Angelum lucis, indignumq; indicabant, coronare, nisi legitimè certantem. Sicq; ad Campum certaminis scripturarum euocari velut in stadio cursurus Brauium laudum comprehendendo deberet, Quod & sapienter, vt norunt exorsum est. Miserunt enim ad eum aliquos ex magistris, & Doctoribus, præsertim de quatuor facultatibus binos ac binos, qui eum honorificè suscipientes, ea quæ dicebantur de eo laudum præconijs mirificè extollebant, congratulabantur siquidem ei, humiliterq; deprecabantur, vt pro informatione scholæ aliquos actus suscipere dignaretur. Quæ se nedum in his quorum ipsi membra essent facultatibus id facturū sponte offerebat, Quinimo in omni scientia tam speculatiua quam practica id idem sub- *Per magistros & Doctores probatur, nū vera sint quæ de se iuuenis profiteretur*

ire omnis se paratissimũ pollicitus est. Sed quid, fratres, adueniente disputatione ordinaria schola artium per Pedellum vniuersitatis ad eundem debita cum instantia inuitatus est actum? Qui se longius ire fingens excusationem mendacijs prætendebat, atque se alijs occupatum arduis negotijs dissimulabat, modo enim lecturam super Leuiticum & Ioannis Apocalypsim se completurum asserebat, modo studio legationis, qua fungitur, vt asserit, operam dare opportunè arbitratus est. Sicq; thesaurum suæ scientiæ, si quem iacentem tenet latentius in dies & tempora abscondere conatur, & differt. Tandem verò non ferentes suorum titulorum(quia dicitur in omni facultate Doctor) iactantiã, quæstionibus tam Theologiæ quam Methaphisicæ scientiarum nostrates hominẽ aggressi sunt, exorantes humillimè & pro suo honore, sueq; famæ & laudis dilatatione, ac totius vniuersitatis informatione aliquot conclusionibus oblatas sibi quæstiones determinaret. Audite mira Patres, pariter & stupenda, obtulit 24. conclusiones in principijs philosophiæ hæresibus refertas quasdem, alias in fide Catholica satis erroneas, scissuræque vnitatis Ecclesiæ plurimum suspectas. Quas quidem post viginti dierum inducias defendere, & de ea quæ de eo esset spe omni poscenti rationem reddere vellet, sicut & nosceret: elapsis itaque viginti diebus, vicesima prima die quæ fuit XXIII. Martij, ad publicum sacræ Theologiæ auditorium vocatus, ad suas erroneas conclusiones sæpefatus indoctus puer Ferrandus quemadmodum spopondit, respondere renuit, Asserens se ante reditum Domini Coloniensis actu in dieta Francfordensi existentis quicquam nolle determinare, in cuius ac totius populi conspectu se triumphaturum per maximè gloriabatur, Et vt multa paucis, longa breuibus complectar, omnes conclusiones eius die qua supraper venerabilem sacræ Theologiæ professorem eximium magistrum Gerardum de Monte primo, & deinceps post eius absentiam per magistrum Ioannem Tinctoris omniũ professorum speculum, respondente ad eas magistro Nicolao Amsterdam sacræ Theologiæ Baccalaureo formato, in reprobum sensum deductæ sunt & elisæ, ac fortissimis rationibus & fulcimentis improbatæ tanquam erroneæ & quædam ex eis de hæresi suspectæ. Habet pro certo, patres, nescio quid latentis energiæ homo iste, & à nonnullis principum animos à veritate fidei in factis Ecclesiæ nũc fluctuantes subdolè abstrahere suspicatur: huic rei argumentum præbet, quia Dominus noster Coloniensis eidem Ferrando de Domicilio apud Prædicatores & expensis pretiosè præuidit, atq; solus cum solo plus semel familiarius causam sui aduentus, vt alia suscitando fabulatus est, Valete scriptum die XVIJ. mensis Martij quæ fuit Gertrudis Anno XLVI. 1446. hodie recessit clandestinè puer indoctus Ferrandus insalutato hospite, nescitur quo diuertere velit, creditur nunquam rediturus.

Viginti quatuor conclusiones quarũ quedã in fide suspectæ erãt Doctoribus offert.

Tanquã hereticus condemnatur.

Tandem VViuandus anno 1465 laboribus pene consumptus ad creatorem suum mercedem laboribus respondentem consecuturus hilariter per viam omnibus viuentibus præscriptam profectus est, cuius corpus ante sacristiæ vestibulum in sepulchro quiescit.

Abbas 50. Colinus Plief ab Oiruuick vir venerabilis ab electo ad Abbatialem dignitatem germa-

germano fratre suo Francisco cognomine, eodem prædito, eamque renuente, per conuentus communem Monasterij cura oneratur. Is nullatenus à prædecessore degenerans suo, onus sibi impositũ indefessus laudabiliter portauit, famãque virtute nitentem apud posteros reliquit, moriens anno 1476. Colino rebus humanis exempto vnanimi suffragio Franciscum Pflic Capitularem altera vice eligunt, qui eorum precibus victus tandem assensum præbẽs alterius ambitione multifariam est exagitatus. *Abbas 51.*

Iacobus etenim, à Sen de Nouocastro vir ex illustri ac nobilissima familia, hodieque adhuc in Burgundia florente oriundus, in sancti Eugenij Monasterio Lugdunensis Diocæsis professus, iure prætactum Franciscum turbauit, eum propugnante quodã apud Maximilianum cæsarem magnæ authoritatis viro patruo suo, qui vice Cæsaris Luxemburgensis Ducatum. & regnum administrabat,

Cum itaque Sancti Vincentij Metensis prælati cathedra vacaret, præfatus Iacobus à patruo accersitus Luxembugum venit, indeque Cæsare annuente Vincentino Cœnobio Metis administrator, & Abbas designatus est, vix autem effluxit bienniũ, cum ecce Munsteriensis moritur Prælatus, cui ilicò fauore magnatum agẽte Iacobus iste surrogatur denique non ita multo post Epternacensium Præsule Colino morte abrepto Iacobus idem Vincentino, & Munsteriensi simul, cænobijs necdum contentus, eam dignitatẽ ambiens Franciscus Pflic electioni sese totis viribus opposuit. Hic verò non facile cedens, controuersiam hanc Romæ resolui petit, vbi ea plurimis expensis agitata Cardinali Mediolanensi iudice, hũc tandem obtinuit terminum, vt videlicet Franciscus iuri à se prætenso, liti, causæ, & sententijs pro se latis renunciaret; Res Monasterij suo iussu ablatas, vtpote mitram, baculum pastoralem, & calices argenteos restitui curaret: Pro expensis autem factis centum florenos aureos ipse reciperet, adque vitæ suæ dies sexaginta florenorum annuorum pensionem perciperet, Quocirca Iacobus in causa triumphans, tribus in locis Abbas euasit. At verò quo fructu annis tredecim præfuerit in Munsterienſ. Abbatum catalogo suo ordine notatum reperies. Vitam ducere porrò desijt anno 1489. cuius circa tumbam in Ecclesia Epternacensi tale de eo legitur epitaphium, suomet iussu, dum viueret, exaratum. *Iacobus à Sey fit Abbas S Vincentij.* *Itidẽ Abbas Munsteriẽ.* *Abbas 52.*

Hic iacet illustris heros Iacobus Reuerendus, deq; Nouocastro fuit ortus, & is simul huius Abbas Vincentinus in Epternach quoque Lutzemburgh Hic Anno Domini C. bis eptemque noueno ac octo decies, decimoq; die puto quarto sextilis mensis moritur, pater superne pacificus requiescat in alti sydere cœli.

Burchardus Pessennu Monasterij Decanus, & Custos, ex nouo castro, oppidulo ab Epternaco tribus miliaribus distante natus, vir prudentia & religione grauis, egregiusque œconomus Iacobo successit. Is dum Iacobus & Franciscus præfati in Curia Romana super Abbatia concertarent, omnium sæcularium negotiorum rector, à Reuerendissimo Archiepiscopo Treuirenſ. deputatus, eo munere tam singulari industria, sollicitudineque functus est, vt eius prudentiam & authoritatem omnes iure admirarentur, ac denique Abbas effectus, Monasterium suum ære alieno grauiter oppressum licet inuenerit, eo tamen animo rem aggressus est, vt tem- *Abbas 53.*

pore labente debita pro maiori parte dissolueret. Cæterum in primariam suæ functionis partem adijciens animum, angebatur valde quod monachi adeò dissoluti, adeò liberi, regularium inquam D. Benedicti obseruantia tam expertes essent, vt vix regularis vitæ vestigium in eis conspici daretur, Quam ob causam, sæpenumerò seorsim fratres ipsos conuenit & publicè vti ad meliorem se frugem reciperent quorum tres aut quatuor dicto audientes diuina cooperante gratia in suā adduxit sententiam, eorumque votis obtentis mox desertum dormitorium reparare pergit, & singulas singulis designans cellas, Diui Benedicti regulam diu sepultam in ijs resuscitauit, ædibusque fratrū in peristilio extructis præter nonnullas ad Monasterij vsum facientes omnibus solo adæquatis, refectorium excitauit, in quo de more religioso monachi vna refectionem sumerent. Postremo cum Religiosos iā ad omne bonum satis inclinatos videret, Conuentum ab Abbatiali Curia, clausuram strictè seruari mandans, alto muro seiungit, Vt autem opus illud fœliciter inchoatum stabile diu permaneret, aliquot ex sancti Maximini Cenobio impetrauit fratres, quorum doctrina, bonisque exemplis iuniores suos in Regularum obseruantia confirmaret. Erant interim adhuc nonnulli, qui adhoc murmurantes Abbatis famam mordicus lacerabant; quos tamen vt ad sinceram pietatem adduceret, clementem admodum sese illis exhibens suauiter conueniebat; sicque monastica disciplina pedetentim introducta, summoperè in Domino Burchardus exultabat. Vnde gaudio in omni labore plenus, post adhibitā reformationem anno 1506 in Domino quieuit, cuius cadauer ante sacristiæ fores lapide tegitur.

Monasticā disciplinā collapsam reformare nititur.

Abbas 54 Robertus a Monreal inter eius Cœnobij sacerdotes iunior, vir eximius sanctaque religione præclarus, nec non & nobili stirpe parentibus videlicet Carolo à Monreal & Maria à Malbergh natus, concordi fratrum calculo in Burchardi locū surrogatus, ordinis sui ardenti zelo prædecessoris vestigia secutus, prudentia feruoreque æquali velut Domini fidelis dispensator, summa cum laude tam in spiritualibus, quam externis triginta tribus annis monasterium gubernauit, ampliauitque. Nam in primis, viginti octo annuos rhenenses florenos, quibus Luxemburgensi tenebatur hospitulario, redemit: apud Maximinianos viginti Siliginis maldra annuè debita; apud sanctæ Agnetis Moniales alia item viginti maldra similiter iuri monasterij sui recuperauit. Bollendorff Castrum ad ruinā penè protendens pro parte potiori restaurauit. In monasterio denique superba ædificia insignijs eius condecorata, multo labore æreque magno excitauit, Itaque Monasterio reparando dum totus incumberet, tandem continuò labore fractus, leui (vt dicitur) colica correptus, tertia Maij moritur, & iuxta sui prædecessoris sepulchrum reconditus est.

Abbas 55. Matthias à Luxeradt collectis fratrum calculis in Abbatem eligitur, consuetisque cæremonijs in chorum deducitur. VVillibrordus autem Viennenses eiusdem Monasterij conuentualis, cum Matthiæ confirmationem procrastinari videret, isque ad id dignitatis iam pridem anhelasset, cauillabundus sese electioni eius opposuit, Cuius controuersiæ Imperiales consiliarij Aulæ Belgicæ certiores facti, Godefridum quendam Imperatoris mandato denominari obtinent in Abbatem Epternacensem.

Gode-

Godefridus ab Aspero Monte (de quo alibi plura diximus) Imperialibus literis munitus Epternacum magno stipatus famulatu veniens, à fratribus ingressu prohibitus, quod præter electum Matthiam neminem pro Abbate agnoscerent, indèque mirum in modum exacerbatus in publicum diuersorum sese recepit, vbi ad dies quindecim in cænobium irruendi occasionē capturus sese cōtinuit. Vndè illi dū quodā tēpore antelucano pecora ad pascua emitterētur, ilico famuli Godefridi portā cum cōplicibus occupantes tantum domū magno terrore concusserunt, quo etiam strepitu Matthias ipse conterritus per fenestram ope suorum fugam capessens, apud familiarem quendam suum aliquamdiu delituit, Sed, cum in peiorem quotidie tendere aduerteret. Treuerim prius, ac deindè in huius Cenobij vicum Dreysz nomine se recepit vbi tandem non multo post peste tactus moritur. *Godefrid. ab Aspera-monte Abbatiā Epternae violenter inuadit & efficitur Abbas 56*

Iacobus ab Alten Eberstein fratrum votis Matthiæ iuribus succedens causam suam aduersus Godefridum tum administrantem Mechliniensem primo Consilij magni consiliariis, deindè Spirensi cameræ decidi petijt, Sed cum ei vbique silentium imponeretur, nullamque viam illius dignitatis adeundæ amplius sibi restare videret, omnes monasterij redditus, & beneficia in Imperio sita sibi vendicans & abhinc vna cum aliquot fratribus clientibus tranquillam vitam deinceps inijt. *Abbas 57.*

Cum verò interim Mediolanense Monasterium pastore orbaretur, eius loci fratres bonæ famæ dicti Iacobi fragrantia allecti, eum sibi in Prælatum constitui postularunt, obtinueruntque. Vbi autem Godefridus Aspermons competitorem suum ad eam authoritatem prouectum percepit, incundæ pacis gratia ad se eum inuitat, summa pecuniaria sibi reconciliatum, placatumque dimisit, qui non multo post de viuorum albo deletus est. Godefridus à summo Pontifice demum obtenta benedictione, in Leodiensi ciuitate à Suffraganeo benedictionem percepit, & ad annos 24 eo quo supra retulimus, superstes perstitit. Denique infirmitate quadā tactus benigniorem aerem capturus ad arcem, Bollendorff sese recepit, vbi dūm indies debilior fieret, sperans inferiorē patriā aere salubriori gaudere, eo ad præpositurā videlicet Mersensem se vehi curauit, vbi nō diu superuiuens anno 1562 in Penthecostes nocte animam efflauit. Godefridi igitur morte rescita, fratres Monasterio opportunè prospicientes Margarethæ ab Austria Belgij Gubernatrici supplici oblato libello impetrarunt commissarios institui, qui inibi inter monachos huic muneri idoneus foret, inuestigarent. Disquisitione porrò perfecta, eaque ad Gubernatricem delata, dum id temporis ad instantiam Catholici Regis Hispaniarum Philippi secundi Episcopatus noui quam plures in Belgio, quibus aduersus grassantes passim hæreses depugnaretur, Sedes Apostolica instituisset, & inter hos Egmundanorum Monasterium in dotem assignaretur, Anthonius Houæus ibidem professus, & recens in Abbatem electus, vt iuri sibi per eiusmodi electionem acquisito renunciaret Monasterij Epternacensis tum per mortem Godefridi ab Aspero Monte vacantis collatione extitit cohonestatus. *Godefrid. Abbas Mediolan.* *Abbas 58.*

Anthonius ergò Epternacensis Abbas denominatus, confirmationis literas à summo Pontifice pro more accipere prætermisit, nec ab Antistite Benedictionis munus desiderauit, ea (vt reor) ratione, vt sumptibus parceret, sed frustra, nam successor in officio cōpulsus fuit ideò annata dupla soluere. Vir fuit procere statu-

turæ.

turæ, excellentis ingenij, doctrinæ singularis oratoria facultate insigniter præditus, poëtaque promptissimus, Huius ad huc duo extant opuscula: quorum primū titulum gerit eiusmodi *Anthonij Houæi Hæcmundani Abbatis Epternacensis electi Zuermundus, vel de temporis nostri statu, conditione Dialogus.* cuius & D. Arnoldus Vvion nostri ordinis religiosus in libro suo Ligni vitæ mentionē facit. Secundū vero sic inscribitur. *De Arte amandi christum*, quibus quidem operibus nomen suum memorabile posteris effecit. Anthonius tandem anno prælaturæ suæ sexto, salutis nostræ verò 1568. vi. septembris mortuus iuxta chori murum è sacrarij regione sepulchro mandatur; hoc epitaphio à se dum viueret composito, cohonestatus.

Scriptis claret.

Epitaphiū Houæi.

Hic iacet excelsi præceptor amoris Houæus,
Expectatque sui iudicis ora Dei,
Vrna ferat flores, vernent atque omnia circum,
Corpus humi cubitet, mens colat alta polos:

Vacat indè sedes mensibus decem, donec tandem. Martinus Masius ex quodam Brabantiæ pago Meerbeek oriundus Anthonio suffectus est, Is annos viginti natus Affliginense Cœnobium ingressus, ibique Diui Benedicti ordinem professus, sacerdos deindè effectus, Cellerarij munus subijt Præpositura postmodum Mersensi ordinis nostri non procul à Traiecto cis Mosam vacante, administrationi eius obedientia, compellente admotus inibi collapsa restaurauit, diuque neglectam disciplinam monasticam restituit. Quibus sic optime confectis, Rurimundanus Episcopus exigua satis dote gaudens Præposituram Mersensem Rege catholico annuente, Sedeque Apostolica confirmante suis applicari vsibus obtinuit, Indè semotus igitur Martinus pro recompēsa Epternacensem Abbatiam accepit: quo cum peruenisset, labore indefesso cum in ædificijs debilia pleraque corroborauit, tum gregem Dominicum tanquam pastor bonus triplici pabulo, id est verbo, exemplo, & alimento in finem vsque pauit, atque anno 1585. ætatis suæ 65. 20 Iunij, ipsa venerabilis sacramenti die ex hac vita discedens, ad meliorem, vti confidimus, commigrat, quod & ex Epitaphio ipsi addito vitam ipsius strictim continente:

Abbas 60.

Epitaphiū Masij.

Heu quid mortalis, quid in his mortalibus oris
Quæris? adest tacito mors inopina pede.
Masius est testis, quondam venerabilis Abbas,
Vir cui vita decus, gloria Christus erat.
Vir pietatis honos, fidei patronus auitæ,
Exemplum Cleri, religionis amor,
Quam bonus auxilio? quam præstans rebus agendis
Dic Affliginium, vir venerandus erat?
Hoc duce iustitia viguit decus, hoc duce virtus
Maxima te tenuit sana, vetusque fides.

Rara

Quæ fuerit pietas, fidei quis feruor auita
Mersica iuxta Mosam præpositura docet.
Hæc eademque domus testis, cui præfuit annis
Vir sex atque decem sedulitate pari.
Pacis amans, æqui cupidus, studiosus honesti,
Dux Benedictini, pastor, & vmbra gregis.
Ergo sex decies annis, & quinque peractis,
Clauditur inferius contumulatus humo.
Qui subis in sacri quo circa limina templi.
Dicere non sit onus, molliter ossa cubent.

QVIBVS ET HOC CARMEN CHRONOGRAphicum additum est — Carmen Chronographicum.

Ter qVater aC oCto VoLVebat IVnIVs orbes,
MartIno CœLI IanVa CeLsa patet,
Postea Ioannes sVCCessor præsVLIs hVIVs,
Hæc LoCat, ergò patrI gratVs aLVMNVs agè.

Hic de seipso dum in viuis esset tale testamentum reliquit.

Frater Martinus Masius Meerbetæ natus Anno D. 1520. — Testamentum Masij.
Affligenij reformatus A. D. 1540.
Presbyter consecratus A. D. 1545.
Luxemburgum destinatus 1550.
Inde reuocatus A. D. 1557.
In priorem ordinatus A. D. 1558.
Cellerarius, Eleemosynariusque factus A. D. 1563.
Præpositus Mersensis denominatus A. D. 1565.
Abbas Epternacensis nominatus A. D. 1569.
Ibidem prælatus confirmatus A. D. 1573.
Mortis fine consummatus A. D. 1585.

In Martini locum à sua maiestate denominatur Ioannes Gladt Luxemburgensis, qui anno 1594. octaua Martij vitam cum morte commutauit, atque ad sui prædecessoris pedes tali cohonestatus Epitaphio terræ mandatus est. — Abbas 61.

Siste viator Mausolæum istud quondam VVinandi à Gletwel huius loci Abbatis fuit, dum charam animam, anno 1465. Deo Optimo Maximo reddidisset, inde iussu Ioannis Gladt Luxemburgens. in dignitate successoris, haud tamen immediatè & socij — Epitaphiũ eius.

pellor tumulo, dum ille spiritum anno 1594. 8 martij exhalasset: ossa tamen mea repo-sita fuere, sicque corpus meum corpori suo sociatum, diem Domini nouissimum praesto-lamur: nostri quaeso sis memor in precibus, & ante altarum die ex corde. De pro-fundis. &c.

Abbas 69. Ipso extincto cum mensibus aliquot vacasset praelatura, anno proximè sequenti Rex Catholicus Philippus secundus literas denominationis mihi Ioanni Berteles Luxemburgi Abbatem annum decimum nonum agenti, per Gubernatorem generalem Ernestum Austriacum misit, ea conditione, vt prius meam, Conuentus Capitulo resignarem, meque ad Epternencensem Abbatiam conferrem. Ego itaque Ioannes Bertels a Louanio Abbas Epternacensis eius nominis quartus, in ordine verò sexagesimus nonus sic vt praefertur nominatus, confirmationis meae literas à summo Pōtifice Clemēte octauo recepi, & a Lothario Treuerensiū Archiepiscopo nomine & vice Imperatoris Regalibus inuestitus fui. Accidit autē mihi primo meae in hoc munus promotionis anno deplorandum quoddam, & valdè funestum infortunium, quo videlicet Hollandi milites (quemadmodum latius infra) intempesta nocte in oppidum, & monasteriū Epternacense irruentes, omnibus praedatis, me personaliter Nouiomagum in captiuitatem abductum, & per quinque mēses satis inhumaniter tractatum, vix tandem sedecim millia Imperialium dalerorum pro me & toto monasterij corpore, itemque florenorum brabanticorum ratione impensarum summa mulctatum, corpore valde debilitatum dimitterent; cui nihilominus insequenti tēpore insidias de nouo parare conantur.

Captiuus Nouiomagū ab Hollādis abductus.

MONASTERIVM SANCTAE CLARAE.

Monasterii S. Clarae qui fuerint fundatores.

HAbet insuper Epternacense oppidum viginum Monasterium ordinis sancti Francisci, ex earū genere, quae communiter vrbanistae nominantur. Hoc ab opulento quodam Treuirensi ciue Petro Zartsin anno Domini 1330. fundatum, exiguis, ideò dotatum redditibus, quod illius vxor Iuliana auaritiae morbo infecta, pias Deo sacratas virgines odio prosequeretur. Quo namque maritus in has benignior, beneuolerque erat, eo amplius benè de eis merendi eius studio repugnabat. Quin etiam his non contenta nequam mulier sicarium quendam, qui marito suo necem inferret, dato pretio subornauit, qui ad scelus propositum perpetrandum parum idoneus existens, occasionem flagitij committendi aptam studiosè venabatur, & tandē bonum virum ex deambulatione redeuntē, in platea subobscura in [illegible] trucidauit, seseque confestim clām subduxit. Mulier autem pessima quo rem à se magis remoueret, minusque suspecta redderetur, quo demum facilius suae in [illegible] indulgeret, eodē die quo patrandū illud facinus opinabatur, Epternacum festinat proficiscitur, Monasteriūque praedictū (cui eius filia praeerat) ingressa, conuocatis in vnum sacras virgines eiusmodi affatur sermonib. filiae meae, scitis omnes, quo zelo, quaque maritus mecū deuotione hoc vnum Monasterium non sine magna

sumptibus ædificari curauerit, proque posse nostro insimul dotauerimus. Nûc ergò ne forsan (quod absit) aliqui posthac ex familia nostra maligniores vobis, quos vnicè colimus, post mortẽ inquam nostrã, negotium facessant, rogat maritus, egoque similiter, quatenus literas, quas à nobis recepistis, illi ad tempus remittatis, donec Reuerendissimi Archiepiscopi authoritate confirmentur, sicque vobis remittentur, Hæ anguem in herba latitantẽ minimè opinantes, simplici animo ei omnia Monasterij documenta, & literas ab ijs promanãtes cõmittunt. Illa igitur voto potita suo Treuerini virilsimè reuersa, mariti mortem cruentam inaudiens, tristitiam tum habitu, tum vultu simulat, peractisque viri sui funeralibus, ne facti conuicta nefandi pœnas lueret condignas, sumpto secum pecuniæ, & rerum pretiosarum thesauro, fugam inscijs vicinis inijt. Quo pacto, Dei ancillæ vna die pijssimum fundatorem, & redituum literas, & ipsos cõsequenter præcipuos redditus amisêre. *Mulier vafra cũ redi tuũ literas cũ quadã calliditate monasterio aufert.*

Ista autem vt Ioanni Bohemiæ Regi ComitiqueLuxemburgensi innotuerunt, ipsas virgines redditibus honestãs, in suam protectionem suscepit à quo tempore tenuem piam tamen in hunc vsque diem vitam successiue duxerunt, Abbatissarum autem, quæ huic Cœnobio hactenus præfuêre, talis cathalogus reperitur.

1. Hildegardis prædictæ Iulianæ filia prima Abbatissa; quę postquam multis annis debili & delicato corpore præfuisset vi mortis anno 1350 sublata est è medio. *Prima Abbatissa*

2.) Iohanna a Bech in Hildegardis locum suffragijs reliquarum subit; cuius tempore tanta ignis vehementia monasterium inuasit, vt pene totum ad cineres redactum, deuoraret. Quem casum, tanta animi angustia Ioanna tulit, vt morbo correpta, eoque superata, è vita migraret *Monast. S. Claræ oppidi Epter.*

3. Elyzabet ex oppido montis Thabor vulgò Montbabaur oriundã substituitur: hæc in corpore muliebri virilem gerens animum, omni semota diffidentia cæteras consorores animat plurimas per Ducatum Luxemburgensem nec non per Treuericum territorium, vicinaque loca spe Eleëmosinarum emisit, quæ eleemosinis pecuniarum vtcunque ditatæ redeunt, monasterium subinde animo magno restaurare aggredi entur. Moritur tandem Elyzabet, & iuxta cæteras sorores in ambitu Cœnobij sepulturam meretur. Sequitur

4. Elyzabeth ab Orley nobilissima stirpe progenita, qua sublata.

5. Catharina ex eadem familia virgo subintrauit, quæ vitam cum morte commutauit, anno 1486. post hanc,

6. Agnes ab Eltz Monasterium annos nouem laudabiliter rexit, viuereque desijt Anno 1495.

7. Philippa à Brandeburgh in prædefunctæ cathedra collocatur, vti deuotam Abbatissam Deo consecratam decet. Deuote vixit, atque in simplicitate laudabili cæteris bono exemplo fuit, remque domesticam adaugens prudenter administrauit quæ exantlatis laboribus anno 1519 animam creatori reddidit, Huic in ea cura successit,

8. Francisca à Clerff, velut antecedens, Cœnobio summa cum laude, & religiosarum ædificatione præfuit annos 24. & anno 1533. è viuis discessit, inque regimine per virginum vota subsequitur.

Abbatiss. S. Claraeoppidi Eptern. 9. Margaretha à Nassaw pietate, prudentia, & religione præclara matrona, quæ tam diu pro sua posse præfuit, donec senio confecta eam dignitatem exueret, & anno 1544 moriens suis apud virgines precibus obtinuit, & in suum locum substitueretur.

10. Hildegardis à Myllburgh magna prudentia, religioneque pari Domina, quæ viam omnium mortalium communem, mortis inquam ingressa est anno Domini 1561. postque eius mortem virginum calculis eligitur

11. Ioanna à Bentzradt, quæ rem domesticam summa dexteritate vsque ad annum 1598. quo mortua est, administrauit: qua sublata

12. Margaretha à Manderscheide singularis prudentiæ virgo à cæteris sororibus eligitur, & a serenissimo Principe nostro Alberto denominatur, quæ hodieque, & quamdiu diuinæ prouidentiæ placuerit, muneri suo gnauiter incumbit.

Heremitoriũ Epternac. solitudini conficiande aptissimum. Neutiquam hic heremitorium, quod propè Epternacense oppidum ab altera fluminis parte in altissima, durissimaque rupe excisum videtur, mihi silentio prætereundum arbitror: Nam quamuis luce moderna vix (proh dolor) reperiantur, qui antiquorum ardentem pietatem hac in parte innititur, est tamen hic locus solitudini aptissimus, & sanitati conuenientissimus, Deo & sibi vacare desiderantibus. Verum quidem est, quod senioribus accessus molestior nonnihil videatur, sed si introspicias locum, pulcherrimè dispositum comperies. Nam effigie facta culina, cubile, oratorium cum altari distincta inibi habentur summa haud dubiè pijssimi cuiusdam heremitæ industria & sudore elaboratum, in quo loco [illegible] uè non adeò multis ab hinc annis viri Dei, sanctorumque eius orthodoxi [illegible] pro peccatis suis, & populi habitantes, vitam austeram, refectionem aliquid [illegible] tidiè in Monasterio, & apud ciues percipientes, duxêre.

Epternac. oppidi calamitates, quas diuersis sustinuit tẽporibus. Oppidum Epternacense, vt alias tetigimus, interdum varias pertulit calamitates, & nihilominus maiores quasdam sibi iam imminentes olim euasit. Nam Albertus Marchio Brandeburgensis, postquam Treuericam Ciuitatem obsidione cœpisset, omniaque, præsertim Ecclesias vastasset, postmodum Epternacum, vt illud Vulcano traderet, proficiscitur, quo audito, eius loci pastor, vir grauis, [illegible] tus, & sermone facundus thalari, siue sacerdotali toga vestitus ei iam incendium animo paranti, fuit obuiam. Milites eum intuentes, sacrificique audaciam [illegible] rantes, ad Principem vsque penetrare illæsum, non tamen absque sannis & [illegible] macibus permiserunt. Is igitur, Marchionem vt vidit, prostrato in terram corpore eum suppliciter ad misericordiam conuertere conatur, Miratus & ille huius [illegible] ri animum fortem; surge, inquit, & quæ causa tui ad me accessus? Sacerdos surgens sic illum affari cœpit; Illustrissime Princeps, vt Celsitudini vestræ meum, omniumque ciuium offeram seruitium veni, At ille, nunquid igitur tu [illegible] nis nostræ aduersus Cæsarem iustissimam causam tenes? num & illa, quæ [illegible] Treuerensi per nostros satellites vindictæ gratia patrata fuit? vbi nimirum [illegible] ma templa, domos, & Monasteria ex iusta vindicta igne deleuimus, nec non [illegible] intentum huiusmodi esse, vt Luxemburgensem prouinciam vastare, [illegible] initio ab Echternaco vicino capto funditus euertere, hæcne forsan [illegible] quod si scias, quo pacto, quaque audacia huc ad conspectum meum pro[illegible]

Albertus Marchio Brandeb.

sumis? replicat ille, Audiuimus equidem inquit, Princeps Serenissime quæ facta sunt. Non tamen miseri nos & egeni ciues de V. Cel. misericordia diffidendum putauimus, nam nostrum idcircò offerentes obsequium, imploramus. Subridens ad hæc Marchio, curabis igitur ait, vt hodiè circa vesperam mille dalerorũ mulcta mihi transmittatur. Quibus dictis eius iussu totus exercitus Epternaco relicto Comitis Macram versus vestigia vertens, sicque à plaga iam iam imminenti Epternacum (mediante ea summa) illæsum permansit.

ab Epternvastatione pastoris Epternac pie cius cohibetur.

Huius autem indignationis & insolentiæ causam hic obiter enarrare libet; Cum tunc temporis Carolus quintus Cæsar Hassiæ Landgrauium ob perduellionis crimen captiuum detineret, isque ideò diutius Mechlimensium hospes foret. Imperij Principes quidam Imperatoriam Maiestatem super hac re conuenerunt, Inter cæteros etiam Mauritius Brandeburgicus literis ad Cæsaream maiestatem exaratis pro eodem instãtius egit, sed cum nequicquam eatenus profectum foret, Gulhelmus Landtgrauij captiui filius, carceris squalore patrem tabescere querulus prætexens, Mauritij opem efflagitauit. Vnde hic alioquin palam sese Germanicæ libertatis assertorem iactitans, à Galliæ Regis auxiliaribus copijs acceptis, prius Cæsaris horũ ignari ditiones tã Imperij, quam patrimonij iure sibi cõpetentes incredibili tyrannide Alberto Brandenburgensi Marchione suam itidem operam coniungente inuaserunt, grauissimaque germanis præsertim Ecclesiasticis & catholicis damna, ferro, igne, alijsque modis intulerunt; obtendentes præter superiora Cæsarem iniuste militem externum in germaniam induxisset, ideoque mali plurimum attulisset, cum è diuerso hæc improperia in ipsos Brandeburgicos, & asseclas merito retorqueri possent, vt ex infinitis locis & personis ab ijs expilatis, & ad extremam pauperiem redactis satis patescit. Nam cum Treuerensis Antistitis ditiones nequitia furoreque planè barbaro afflixisset, vt alia silentio prætercam, in ipsius Caroli Cæsaris patrimonialem prouinciam Luxemburgensem tyrannide etiã maiori irruit cuius subditos (Epternacensibus fœliciter satis euadentibus) adeò depopulatus est, vt loco vini frigidam aquã bibere, loco lauti cibi, atrum panem comedere, loco pretiosarum vestium, lacero amictu tegi, loco denique crumenæ, mendici peram gestare cogerentur Manifestum hoc fatebitur Aquæbullichium incendio doletũ, Comitis Macra ad cineres redacta: Remich itidem Mosellæ vicus insignis æquali calamitate prostratus: Regis deniq; Macra vna cum vicino Rettelhoven quæ loca, spolijs, incẽdijs, omnibusque hostilibus inuētionibus ea tyrannide illatis luxerunt, & expauerunt, vt vix incolarum quisquam tãtæ miseriæ faciem expectare ausus fuerit.

Quam ob causã Marchio Brãdeburg. eam vastitatẽ Ducatu Luxembur. circũiacentibusque ditionibus intulerit.

Et quanquam, vt supra dixi, ea tempestate Epternacum indemnè euaserit, nostris tamen temporibus, id est, anno 1596 alia longè grauissima hostili plaga affectum est. Hollandorum enim certo numero equitum peditumquè milites quidam, cum totus penè regius exercitus ad Ardres oppidum Calæto vicinum obsidione cingendum in franciam occuparetur, è Mouiomagensi oppido Iuliacensem agrum peragrantes, atque Efliam transeuntes, demum 28 Maij alto noctis silentio ad pontis Epternacensis portam (vigilibus oppidi rusticorum insolitos rumores se audire arbitrantibus) deuenientes, anteriorem portam prius instrumento fer-

Hollandi Epternacũ vi capiũt.

to ferreo quod pettardá vulgò siue crepitaculū vocitāt, puluueris tormētarij pleno confregerunt; ac deindè alteram statim simili stratagemate prostrauerunt, Adito patefacto, furibundi, priusquam ciuium iam metu consternatorum congregatio fieri posset ad obsistendum, oppidum ipsum occuparunt, tantoque cum strepitu armorum, tubarum & tympanorum clangore, & insolentia discurrunt, vt ciues præ terrore seipsos, non caperent, Cum igitur nulla ciuium oppositione reprimerentur, ad prædam conuersi desiderabilia omnium quæque ex ciuium facultatibus diripuerunt: quin & ciues ipsos capiunt, & deindè inaudita, quæ enarrare exhorrescit calamus, facinora perpetrant, Monasterium etiam domū Deo cōsecratam portis vi instrumentorum effractisis inuadunt, omnia instar leonum furijs agitatorum sacra prophamant (ô lugubrem & verè dæmoniacam sæuitiam) altarium ornamenta, prætiosas cruces, & calices, cum omnibus sibi arridentibus depopulantur, & tandem vt me loci istius Abbatem, & Dominū pro suo arbitratu captiuum tenerent, animum adiecerunt.

Monasterium Epternacense irrumpunt.

Huc igitur illucque discurrentes singulos, obuiam factos comminatione graui apposita interrogarunt, vbinam Abbas ille ipsis tantum optatus delitesceret, quo tandem in turri Ecclesiæ reperto, abducto, & detento exultabundi ob prædā adeò optimam, vti sibi imaginabantur, epulari, potitare & ad nauseam crapulari cæperunt, infinitaque interim suæ nequitiæ signa dederunt, os nimium in blasphemos voces, contumelias, irrisiones, & subsannationes absque intermissione aperientes, neque Deo, neque Matri eius sacratissimæ, sanctis omnibus, summo Christi vicario Romano Pontifici alijsque Ecclesiasticis, neque Imperatori, Regi, quibuslibet ue Christianis Principibus parcentes, Postquam verò genio pro lubitu nequiter indulcissent Abbatem, & Conuentuales ad quoddam cubiculum seperatim deductos verbis eiusmodi sunt affati, Vos nostri modo captiui estis, Monasterium vestrum vna cum oppido in manu nostra sunt, Hæc igitur redimere nisi non senseritis quatuor Imperialium dalerorū millibus Vulcano absque mora tradentur. Timor & tremor haud longam concedebat consultandi moram, proinde illud pro maiori malo auertendo nobis conuenientibus, ad me Abbatem conuersi, Tu te inquiunt, ad iter nobiscum arripiendum parato. vbi te in partibus nostris tenuerimus, de tuo tuorumque monachorum litro insimul agemus, Cum itaque nullius excusationis locus cōcederetur octauam circiter horam me cum oppidi ciuibus primarijs omnibus thesauris & supellectili optima; equis & curribus nostris ablatis secum abduxerunt: & vbi grauissima cum molestia ad sex dies equitassemus, Nouiomagum tandem captiuitati nostræ destinatū locum peruenimus, vbi carceris loco publicum diuersorum accipientes mensibus quatuor integris ibi hærere in angustijs, & squalore multo coacti sumus, summam duodecim millium Imperialiū dalerorum, quam iā indè ab altera in eum locum appulsus nostri dicti Monasterij & religiosorum meorum irremissibiliter, præter supra tacta illa quatuor ob incendij redemptionem perita, exigebant, in id vsque tempus corradi, vtcumque, & persolui minime potuerit. Quin etiam impensas huius captiuitatis meæ, quæ ad duo florenorū carolinorum millia, per ipsorum prædonum insatiabilem ingluuiem, & de alieno prodigam voracitatem ascenderunt, sustinere me oportuit.

Abbatem nominatim inquirunt.

Abbatē secū Nouiomagum vinctū ab ducunt.

Dimittitur Abb. 16000. Imperialiū dalerorum summa listri

Ex qui-

Ex quibus omnibus factum est, vt ære alieno (quo Monasterium Epternacense pecunia sub pensionibus annuè mutuo accepta) non parum obstringeretur: à quo temporis successu sensim, & quantum vires suppetunt, illud liberare annitimur. *loco persolu ta.*

BASTONIA.



ASTONIA gallico idiomate Bastoigne, germanico autem Bastenach dictum, oppidum est forma ablonga, & ad vnius plateæ normam plurimis ædificijs constans à Luxemburgo capite suo ab occidentali parte octo miliaribus dissitum. Cuius origo & explicatio succincta talis datur. Cùm Battan filius Regis Cattorum (quod regnum moderno tempore Hassia nomen habet) in hasce prouincias olim aduentasset, hinc indè aliquot arces munitas locis ad hoc aptioribus generi à fundamentis ædificari curauit; indeque, dum Nouiomagum profectus, inibi aliquantulum moratus fuisset, de loci, vbi Bastonia cernitur, amœnitate recogitans, sibi temperare nequiuit quin animi sui explendi gratia denuò isthac concederet, venationi præsertim (vti hoc genus hominum consueuit) operam nauaturus. Quod dum sæpius factitaret, & ob Arduennatis syluæ amplitudinem vastissimam, venandi ardore vehementi flagraret, in multam noctem nonnunquam istiusmodi protrahens exercitium, contigit non rarò eum sub dio aut arborum densiorum ramis cubare. Qua ex re in syluæ prælibatæ quasi centro locum delegit, in quo ad quiescendi vsum aliquod excitarentur domicilia, quibus sensim per alios alia accessere ædificia, vt in pagi (haud contemnendi magnitudinem) tandem euaderet. Porrò vt à ferarum & hominum noxiorum infestatione loci incolæ immunes redderentur, muris & fossis circum exstructis pagum egregiè munitũ, vrbem effecerunt, nomen ei imponentes seu potius relinquentes, quod à Battone supra memorato primo eius auctore deductum habebat, Vndè Bastonia à Battone in hunc vsque diem nuncupatur. Hanc nostram opinionẽ à consimili confirmare valebimus si originem cuiusdam oppidi nomine *Cattuuick* in Hollandia non adeò ab Vltraiecto distantis (Ludouico Guicciardino teste) respexerimus. Sic enim ille Annales Hollandiæ (inquit) habent, quod hoc oppidum *Cattuuik* fundatum sit à Cattis germaniç populo, qui eo cum Battone deuenerat, secundum ergò horum verborum expositionem, quoniam eodem sæculo inchoata fuere hæc duo oppida sicut illud quia à Cattis fundatum *Cattuuik* nuncupatum fuit ita & hoc à Battone *Bastungue* meritò denominare audemus. Et quamuis maiore nõ indigeamus probatione, nobis etiã Guicciardinus iste alibi fauet, vbi de Battemburg loquens, ait secundum opinionem multorum locus iste est maximæ antiquitatis affirmantque pro certo incolæ, Castrum istud primum fuisse quod Batton (de quo nobis sermo) in istis partibus fundauit, suoque nomine Castrum appellauerit, Quare si illud ab authore suo nomen reportauit, quid obstat, quo minus ab eodem authore Bastoniæ vocabulum oriatur, cuius Batton ipse, & nullus alius verè & meritò dicendus sit author, & fundator.

Basthoniæ situs.

Quæ primũ eius origo.

Bastonia à Battone sic dicta.

Oppi-

Habitatorũ frequẽtia & virtus.

Oppidulum hoc ſpatio etſi paruo comprehẽſum, habitatoribus tamen freq[illegible]tibus gaudet; qui virtute, prudentia, & rerum gerendarum dexteritate admodũ commendabiles exiſtunt. Ex quo fit vt & ob loci ſitum merces eo crebrius ad[illegible]tent & ob hominum egregiam indolem Emporium quaſi totius patriæ habeatur nomenque Pariſijs in Ardenna reportet.

Reipublicæ forma.

Præeſt autem loco huic intra murorum ambitum Prætor ſiue Maierus, qui vna cum ſcabinis ciuibus ius dicit, cuius & officium ad eius vitam permanet: at pagis quam plurimis per diſtrictum (quem præpoſituram Biſtonienſem nuncupant) lõgo etiam & amplo ſpatio conſtitutis Principes, patriæ nomine præpoſitus, m[illegible]nus Ardennæ, imperandi, & de quibuſuis controuerſijs cum aſſeſſoribus iudicandi authoritatem ſibi vendicat. Habet vnicam Baſtonia Eccleſiam parochi[illegible]em, [illegible]que excellentem valde, cuius interior ſpecies varijs diſtincta coloribus m[illegible] communis firmiſſimè innixa, magnum pietatis & chriſtianæ religionis affectus hominum mentibus ſuggerit. Eſt & monaſterium humile Ordinis ſanctæ Trinitatis de Redemptione captiuorum, cui Prior (quem miniſtrum vocãt vigilanter) præeſt. Huius Cœnobij Religioſi, quemadmodum & Viennenſes, nonnullis in pagis parochos agunt.

Pagus Busleidienſis inſignium aliquot virorum natalibus illuſtris.

Non procul à Baſtonia ad eam plagam, qua Luxemburgum tẽditur, Buslenden nomine ſitus eſt pagus, quem Franciſcus & Hieronymus Buslidij ſua natiuitate plurimum illuſtrârunt. Hic cum à teneris ſtatim annis fælici indole conſpicuus, & ſubtili ingenio, morumque innocentia præditus, Louanium profectus eſſet literis ita incubuit, atque ſcientam imbibit, vt ad virilem ætatem deueniens ob tãtam virtutum, ſapientiæ perfectionem in Arienſem præpoſitum eligeretur, ac denique in Conſiliarium Cæſareum adoptaretur. Quo munere quam prudenter fuerit perfunctus, non opis noſtræ eſt pro dignitate explicare. Franciſcus autem [illegible] minimè cedens, eo etiam prudentiæ & meritorum euaſit, vt in Biſantinum Archiepiſcopum aſſumeretur, & id functionis magna cum laude obiret, & inſuper Hieronymo fratri ſuo media ſuppeditaret ampliſſima, quibus magnificũ illud trium linguarum collegium, quod in Academia Louanienſi Buslidianum trilingue [illegible] vulgò van den dren tougen à ſtudioſis nuncupatur, in quo perpetuis temporibus hebraica, græca & latina lingua publicè docerentur, erexit à fundamentis, perfecit, & peramplis reditibus dotauit, quorũ Eraſmus Roterodamus familiaris amicus, ſic cum laude ingenti meminit,.

Buslidiani collegij Louanienſis qui primi fundatores

Erit, inquit, qui Louanij nobis amœnum extruet domicilium, vel tem[illegible]tius, quo vix alibi magnificentius, ac ſanctius, Quis enim non veneratur ma[illegible]lum Franciſcum Buslidium, Beſuntinæ Eccleſiæ præſulem, qui vnus non vnu[illegible]rem præſtitit Philippo, Maximiliani filio Caroli, qui maior futurus eſt patri[illegible] fratres duos Aegidium & Ieronymũ: Hic Ieronymus ſumma cum laude moriens, [illegible]uerſas opes ſuas deſtinauit inſtituendo Louanij collegio, in quo gratis & pub[illegible] tres linguas eruditiſſimi viri profitebuntur, Ea res magnum incrementum adiunget, [illegible]dijs et Caroli gloriæ.

Quæ & mihi hic admiſcenda fuêre, quod inſtituto meo conuenire viderentur vt Baſtonia ipſa, cuius territorium tantos protulit vtros,, atque adeò noſtra Luxemburgenſis patria hac qualicunque eorum recitatione aliquando celebrior redderetur. Non immerito etiam hoc referendus videtur vir admodum R.D. Ioannis Theodorici ordinis de captiuorum redemptione prouincialis, quem Baſtonienſis ager eius natiuitatis locus aluit, & multorum præclarorum actuum patratorem mundo præbuit.

DE SANCTO VITO.

Sancti Viti oppidum in Luxemburgenſis Ducatus extremitate ſeptêtrionem verſus ſitum, indè tale nomen accepit quod parochalis Ecclesia, quæ in eo perquam inſignis habetur, in eius ſancti honorem ſit Deo conſecrata, quæ cuiuſdam alterius vicini Dominij Nudorff dicti parochiali Eccleſiæ Deoparæ virgini Mariæ Sacræ ſubalternata, eandem non ita pridem ob temporalium bonorum commoditatem incorporatã habet. Domina hæc viris quondam Principibus à ſuæ maieſtatis Catholicæ in Ducatu Luxemburgenſi prædeceſſoribus in feudum conceſſa fuêre, vti quidam Vvalramus de monte falconis & Montioije Dominus teſtatum ſcripto reliquit hæc verborum forma. *Nos VValramus de Montefalconis & Mont Ioije cognoſcimus & præſentibus fatemur. Quod Henricus Comes Luxemburgenſis & Margatetha vxor eius nobis dederunt in feudum & homagium perpetue Sanctum Vitum & nouam Villã cum appendicibus. &c. Et vt hoc ſtabile & firmum maneat, confirmamus hoc noſtro ſigillo anno 1270 die dominica ante Paſcha in menſe Aprili.* *Oppidum S Viti vndè id nominis ſortiatur.*

A quo ſæculo in hæc vſque tempore de progenie in progenies ad Guilielmum de Naſſauu Principem Auriacum tandem demum idem deuenit; quo, vt & alijs in Belgio poſſeſſionibus ſuis ob cauſas prægnantes Regis Philippi ſecundi ſententia priuatus extitit anno Domini 1570. cuius nihilominus filio eatenus in hiſpanias abducto & detento, anno 1596 dimiſſo, & in inferiores reduci Philippo, idem Philippus Rex ablata patri reſtitui iuſſit.

Hoc oppidum ſatis amplum ſitu par quam delectabile muris, portis, turribus & foſſis munitum, nec minus inſigni Caſtro, quod tempore moderno Hubertus Croeff inhabitat, etiam ornatum, lato plano, & ad varias hominum vtilitates maximè accommodato agro circumcinctum qui à tritico quidem adhorret, ſiliginem tamen & auenam affatim ſuppeditat. Illud circa huius oppididi deſcriptionem relatu digniſſimum puto, quod Ciues nimirum illius bellicoſi admodum omni tempore, omniqúe hora ad arma promptiſſimi extiterint, quod ſæpius quidem alias, ſed maxmà non ita pridem cum multorum admiratione ſemel demonſtrarunt: Ii namqúe vtpote in Luxemburgenſis Ducatus fronti ſpicio conſtitui, ac hoſtili potiſſimum incurſui expoſiti, Dum anni 1593. 17. die Diuo Anthonio ſacra Philippus de Naſſauu mille ducentis equitibus & quingentis, vti fertur peditibus conſtipatus, vi & aſtu oppidum Vitenſe de mandato Mauritij Auriaci, & hol- *Situs eiuset munitio.* *Incolarũ bellicoſitas.*

Aa lando-

landorum occupare gestiens, vesperi hora septimâ instrumentum bellicum crepitaculum à crepando, quod dum in vsum applicatur, in multas partes fragore emisso disrumpitur, dictum, portis affigi curauit, & accendi, cuius strepitu, ciues, quod res erat, suspicati, statim armis correptis ad loci defensionem vnanimi consensu aduolant, & tanta fortitudine aduersus imminentem hostem dimicare pergunt, vt post aliquot horarum atrocem pugnam eum in fugam turpiter re infecta capessendam compellerent. In quo quidem conflictu sacerdos quidam Tulblacensis pastor ciuibus adhærens, sese inter omnes maximè præstitit egregium: dum scilicet animo admodum virili, & corporis, qua præstabat, fortitudine, hic vnus cum perpaucis inter portas sub tenebris digladians, primo irrumpenti hosti caput amputauit, cæteris autem impedimento fuit, quo minus in oppidum penetrarent, & interea alij cratem siue cancellatam ac inferius dentatam portam exalto demitterent, integrum fecit, quo sic omnino hostibus præcluderetur aditus, omnisque spes potiundæ victoriæ adimeretur. Nam præter hæc mulieres ipse ac pueri, puellæque, quæ per vires & ætatem tantum valebant, operam æque studebant adhibere, vt nimirum breui temporis spatio fracturæ per hostem illatæ terra, ligno, lapidibus obstruerentur, & aqua feruida, globuli plumbei aliaque pro rei exigentia nusquam deessent. Aderat autem huic negotio dirigendo (cui ob hoc maxima laus debetur) admodum strenuus Dominus Eustachius à Munchausen Cornellus, & in Comitatu Viennensi satrapa supremus, qui eorum, quæ ad insignem belli ducem locique administratorem optimum spectant, nihil neglexit. Dum porrò ad eum modum in horam vsque octauam diei sequentis pugnatum esset, hostes qui armis nihil effecerant, ad verborum minarumque perfugium sese conuertentes primo lenius, ac deindè acriori instantia ciues ad deditionem oppidi fuerunt adhortati. At cum nequicquam hoc medio obtinerent, sese multò atrocius rem eandem postridiè aggressuros, quam prius, prædixerunt. Oppidanis igitur nihil de suo dimittentibus animo, cum potius etiam maiori ardorent ad hostem reprimendum affectu, & ipse Dominus de Munchausen in Castrũ ingressus suo egregiè fungeretur officio, hostis ipse in desperationẽ de fælici successu actus, magna cum indignatione, & vindicandi hanc ciuium defensionem comminatione, relicta à parte Vienna ad Dietrch oppidum fortunam itidem experturus abijt: vbi ipse nihilominus cum frustraretur, Luxemburgum deueniens, & circa Vrbem sese ostentans, tormentorum bellicorum & bombardarum explosione fuit discedere coactus, nemini interim, nec laico nec prophano, sed neque locis vllis parcens, igni & ferro omnia deuastauit. Vnde euidentissimum euadit, quod si in oppidis omnibus huic prouinciæ subiectis tales vigiliæ, talis resistentia, talis denique animositas, qualis in Vitensi oppido viget, inueniretur; hanc patriam ab huiusmodi nebulonum in cursu multo securiorem futuram. Verum quoniam de Dietrch oppidi paulo ante mentionem feci, ad illius quoque explicationem, occasione data sermonem conuertam.

Hollandi oppidũ S. Viti irrum pere conan tur.

Turpiter in fugam com pelluntur.

Eustachius à Munchausen belli dux.

Hollãdi op. pidũ S. Viti infecta relinquere coguntur.

DIE-

DIEKIRCH.

CVM in singulis, quoad fieri potest, etymologiam nominis exponere consueuerimus, huius quoque oppiduli Diekirch denominationem ex diuersorum placitus eruere conabimur. Oppidi huius originem primam plenè nusquam inueni. Cur verò tale nomen obtinuerit, varij variè sentiunt. Quidam enim Didonem eo loci olim in magno cultu fuisse, atque inibi magnificam Aram seu Templum (in quo pro Dea adorabatur) habuisse ratiocinantur. A qua videlicet Dea oppidum germanico idiomate Diekirch Didonis quasi templum nominetur. Quidam verò à templo pariter hanc vocem Diekirch deriuantes, firmiori ratione hinc profluxisse asserunt; quod cum raræ admodum his in partibus quondam Ecclesiæ parochiales haberentur, & hæc præ multis alijs insignis ab hominum habitationem satis foret remota, quo tamē parochiani rei sacræ astituri diebus festiuis contendere tenebantur, cum communi nomine Ecclesiæ designaretur, accidit ex longo eius vocabuli vsu hanc vnam quasi proprio nomine significandam diu retento, eodem in posterum semper tempus & huc vsque reseruaret, Diekirch enim germanicè nihil aliud quam ipsum templum sonat. Vnde eo tendentes interrogati quo irent, In Diekirch id est, ad templum se ire respondebant. Denique homines illi, vt molestia adeundi templi tam procul dissiti leuarentur, caulas sibi & ædes circa & iuxta illud ædificarūt, donec centenarium, & eo amplius conficerent numerum. Tandem Ioānes Bohemiæ Rex Comesque Luxemburgensis amœnitate loci captus, quo Comitatum suum illustriorem redderet, Diekirch suis muris, portis, & fossis ære proprio, muniri curauit, illique vetus nomen Diekirch reliquit. Est autem hoc oppidum, vt superius insinuaui, peramœno agro vndique cinctum, & ad Suræ fluminis, iam sæpe citati ripam situm, Luxemburgum ad quinque circiter miliaria septentrionem versus respiciens. A qua itidem plaga eminentissimis montibus, in quibus vinum magna crescit copia, omninò absconditur. Hic locus quamuis multo, comparatione, minoris æstimetur, mercibus tamen humano vsui commodis non parum abundat, atque insuper ciuibus animo & virtute bellica præstātibus gaudet, vti ex supradicta in historia de Sancto Vito superius scripta ostenditur. Philippus enim Nassauius cum vna cum asseclis suis Vitensis oppidi obtinendi spe frustratus esset, Luxemburgum confestim properans, Diekirch intransitu occupare gestiens, ad eius præfectum virum fortē, & rei militaris scientia peritissimum, ex familia de Gunderstorff oriundum, misit pro spontanea loci deditione. Qui tamen nuntio hoc accepto Ciues vt magno fortique essent animo, viriliterque sese aduersus hostem defenderent diligentissimè hortatus est, eosdemque longè promptissimos & ad patriæ defensionem sub Regis Catholici auspicijs etiam cum vitæ & bonorum profusione quam paratissimos habuit. Quod cum hosti semel, secundò, ac etiam tertiò toties scilicet magna instantia deditionem exigenti renunciassent, hostis terrorem comminando incutere conatus sese locum hunc (nisi vltrò traderent) flammis, & incolas neci daturum spondens, citra moram vlteriorem manus sibi dari expetijt, eademque ciuibus denuntiat.

Variæ opiniones de oppidi Diekirchen origine.

Oppidi Diekirchensis situs.

Philippus Nassaw oppidum Diekirch occupare nititur.

Sollicitat præfectum quoad deditionē facundam

Quod cum frustra toties tamque seriò sese tentasse animaduerteret, tantæ confusionis impatiens, altero manè sub solis ortum magno militum numero quasi primo impetu portas deiecturus accelerat. Sed ciues in proposito firmi persistentes, eorum capita nonnullorum bellicorum tormentorum explosione petentes, eos fugam capessere facilè coegerunt. Tum paululum indè progressi hostes, quinta etiam vice à gubernatore literis hospitium vnica saltem nocte sibi intra murorum ambitum dolosè expetunt. At Gubernator cum ciuibus nequitiam subolentes, nuntium sub suspendij mulcta si alias reuerteretur, re infecta abire iusserũt. Vndè die iam tertia illucescente Luxemburgum versus iter prosequentes ibidem periculum facturi Dietirch illibatum dimiserunt. Cæterum ciues Diekirchenses, vt hostes in reditu tutius præstolarentur, eosdem pro meritis excipere possent, Oppidum suum armis potioribus muniri diligenti cura sategerunt, antiqua tormenta inuenta, purgata & reparata in redeuntis hostis aduentum cohonestandum scilicet ad muros deuexerunt. Hic igitur post dies aliquot rediens, vel deditionem vel transitum saltem petens, neutrum à ciuibus obtinere valuit: quin potius ipsum ad mœnia, constructa acie, iam accidentem igniuomo salutantes tormento, eundem terrore perculsum, & in partes varias dissipatum retrocedere compulerunt. Vnde aliquot suorum desideratis Prumiam versus tendẽtes prædis & exactionibus omnia vbique locorum depopulatis rusticos calamitatibus affecerũt infinitis, donec Illustrissimi Principis Petri Ernesti Comitis in Mansfeldt Gubernatoris patriæ iussu milites Regij eos insequentes, timore conterritos, per Iuliam ad rebellium partes festinato fuga sibi consulere cogerent.

Re infecta discedere cogitur.

Magno dãno à Diekirchensibus afficitur.

Non procul ab hoc oppido Dietirch iuxta Gilsdorff pagum cuiusdam collapsi Monasterij vestigia adhuc in Castri formam apparent: in quo incolæ vicini olim Templarios habitasse affirmant vixisseque. Donec anno 1314 vniuersus ille ordo vno quasi die sedis Apostolici iussu eorum bonis in Ecclesias pauperiores distributis, extingueretur. His de oppido Dietirch annotatis ad alia eodem spectãtia enarranda accedo.

MARHIA FAMENNE.



Oppidum hoc, sicut de omnibus fermè dici potest diuersimodè à diuersis vocatur. Nonnulli namque *Marche.* alij *Mars* latine Martia cæteri *Marses* scribunt, omnes rationibus suis intẽtes: Ab his Mars ideò nominatur, quod Martem fictitium Deum belli inibi antiquitus solemne templum in quo adoraretur habuisse arbitrentur. Sed cum istius opinationis argumenta infirmiora sint, quod Martis vestigia nullibi appareant, ijs subscribendum non videtur. Ab alijs autem idcircò *Marses* nomen habet, quod per circuitum paludes, & loca humentia, quæ hodieque extant, permulta habeantur, atque hinc oppidum Marses, quasi *Marcaige* appelleandum voluerunt. Nonnulli denique à quodam fluuiolo *Marsette* illac perfluẽte Marses deriuatum opinantur. Mea porrò & aliorum quorundam hac in re sententia est locũ

hunc

hunc Marchiam nuncupari, quod Ducatum Luxemburgensem à Leodiensi territorio & Comitatu Namurcensi vt limes quidam disterminet. Limites enim idiomate, tum gallico tum germanico *Marcque* siue Marck solent appellari. Similem eius vocabuli diuersis oppidis inditi videre est in Chronicis rationem. Nam exempli causa, Marchia Brandeburgensis etiamnum extans Austriæ olim Marchionatus. Marchionatus deinde Antuerpiensis ideò id nominis sortita esse leguntur, quod in prouincijs suis extremitatem occupantes easdem tanquam limites quidam à conterminis seiungerent, quod & in nominis oppidi Marchiæ impositione contigisse, eadem ratione adducti arbitramur. Præbet marchia eam è vicinis collibus intuentibus oblectamentum non exiguum; præterquam enim quod ager eius graminum, arborumque fertilium decore per circuitum abundet, ædificia quoque eius maiori pro parte in sublime eleganter ducta, & tegulis contecta lapideis, magnificentiam quandam præseferre videntur, Hinc etiam non parum venustatis accedit, quod murornm Oppidi ambitus, turribus plurimis, & ab inuicem spatio exiguo & bene proportionato distinctis adornetur. Huc referendum puto, quod cū duo hac Marchia oriundi ex Italia redeuntibus Florentiam amœnitate longè splēdidissimam Vrbem eminus conspicerent: alter eorum in lachrymas resolutus, vi deor inquit, socio, mihi Marchiam nostram videre, vndè à fletu mihi temperare non valeo, quippè, qui maximo patrij soli teneor desiderio. Istud igitur cum iam ad patriam reduces effecti suis popularibus recitassent, risu indè excitato, nomen florentis florentiæ huic Marchiæ per iocum indiderunt, vt nimirum sicut antè Bastoniam Paris en Ardenne diximus subinde vocitari, sic Marchiam Florencè la belle appellarent Est & commendabilis Marchia à multiplici negotiatione, quæ vndequaque eo confluentibus, Gallis, Germanis, Belgis, Leodicis, mercatoribus continue inibi exercetur. Vnde & incolas habet deuitiarum satis abundantes, & rerū gerendarum prudentia conspicuos. Administratur porrò oppidi huius politia à Prætore, vulgò, *Maieur* dicto & Scabinis: quorum est subditis ius pro re nata dicere, & Ciues in tranquilla societate conseruare. Districtus autem circumquaque longè lateque dispersus pagis & vicis constans quam plurimis, Præpositum eundem cum Bastonia, moderatorem ac iudicem habet: qui sese idcirco Marchiæ & Bastoniæ Præpositum indigetat, Magnus alioquin Ardennæ Præpositus appellatus. In hoc oppidu est quoddam Monasterium Ordinis fratrum de monte Carmeli, exiguis admodum redditibus dotarum; cuius religiosi pro more mendicantium stipem à ciuibus, & vicinis accipiunt, vnde frugaliter sustentantur. Ecclesia verò Parochialis valdè solemnis & magnifica, eaque maximè opulenta in D. Remacli, honorem consecrata est: In cuius Diui festo, quod in tertiam septembris quotannis incidit, ciues ad tres quatuorue dies pariter cum amicis, Diuinis ritè peractis, hilariter epulari consueuerunt. Ex Marchia ortum duxit Reuerendus admodum vir, virtute & sapientia præstantissimus Remaclus à Marchia Abbas quondam celeberrimi Monasterij Diui Huberti in Ardenna, qui cum spartam sibi concreditā per annos 26. egregiè adornasset, anno salutis humanæ 1565. in profesto Diui Michaelis Archangeli spiritum Deo reddidit.

Duo Marchiefes Florentiā venientes quod de sua patria senserint.

Parit en Ardenne Marche la belle.

Remaclus à Marchia insignis Abbas S Huberti.

Neque huc silentio prætereundum videtur, quod anni Christianorum 1576.

die prima inter Illustrissimum Ioannē ab Austria Belgij supremum Gubernatorem nomine suæ maiestatis, & status generales eiusdem Belgij pacem, Deo auspice, & multorum illustrium personarum interuentu, in hoc Marchiensi oppido ad eius non modicam gloriam iniri, signari, atque omnium, quorum intereat calculo cōprobari, contigerit: cuius nimirum componendæ manuque propria & sigillo cōfirmandæ gratia aderant præter Illustrissimum Austriacum à parte quidem inuictissimi Rudolphi Romanorum Imperatoris. Reuerendissimus Illustrissimusque Dominus Gerardus à Groisbeck Leodiensis Episcopus Dux Bullonensis Sacri Romani Imperij Princeps, Philippus item senior Baro de Wonebergh Præses, & Andræas Gaill vir consultissimus ac Iuris vtriusque Doctor Aulæ Cæsareę consiliarius. Ex parte verò Serenissimi Guilielmi Ducis Iuliæ, Cliuiæ &c. VVernherus Dominus in Gymmenich Satrapa siue Landtrossart Iuliacensis Prouinciæ, & Ioannes Landtuuerman legum Licentiatus, ambo prælibati Principis Consiliarij prudentissimi. Nomine porrò Belgij statuum affuêre subscripserêque Matthias Sancti Gisleni Abbas, idemque Atrebatensium electus Antistes, Bucho Aytta Iprensis Ecclesiæ Archidiaconus, Fredericus perenot Baro de Xeuayx & Dominus in Champaigne Antuerpiæ Gubernator, Ioannes Andomarcensis Dominus in Meerbecque, ac denique Franciscus de Haleyvin Dominus in Schweuegem. Hi inquam omnes tempore prælibato præsentia sua cum plurimis aliis Marchiam exornantes, pacem, quæ vtinam malorum nequitia minimè fuisset passa violationem, toti Belgio summa cum prudentia confecerunt, quæ & postmodum Bruxellæ solemniter promulgata & acceptata, ad tēpus licet breue, effectum sortita fuit titulumque in exemplaribus passim typo vulgatis eiusmodi prætulit.

In Marchiensi oppido olim pax cōposita inter Ioannē Austriacū, & status Belgij.

Qui nā pacis in Marchia cō. fi.ta auctores fuerint

Edictum perpetuum super pacificatione facta, inter Dominum Ioannem Austriacū ordinis Aurei Velleris equitem nomine suæ Maiestatis Catholicæ Hispaniarum. &c. ex vna & status generalis huius patriæ inferioris, altera partibus, super seditione turbarū excitatarum in dictis prouincijs. &c. Quibus Marchiæ sic constitutis Comitatu solemni Huyum, deinde Bruxellam profectum est, vbi ante oppidi Palatium articuli edicto publico diuulgati fuerunt. Quare in his quiescens ad Nouum Castrum progrediar.

Diploma constitutæ pacis.

NOVVM CASTRVM IN ARDENNA.

Neutiquam opinari oportet Nouum, quod dicitur, Castrum iam inde à sua prima origine id nominis sortitum fuisse: constat enim potius Nouem castra, à nouem distinctis turribus munitissimis suis etiā peculiaribus vocabulis designatis, quæ ibidem ædificatæ cernebātur oppidum hoc nuncupari, quod nomen *Neuf chasteaux* primo quidem propter vocum consonantiam siue affinitatem, tandem tamen in *Neufuechasteau*, id est Nouū Castrum longo vsu abijt. Hoc castrum inter Diui Huberti vicum & Chinense oppidum penè æquali trium miliarium spatio distans, Duos proprietarios ac indiuisos sub supremo Ducis Luxemburgēsis imperio agnoscit Prin-

Nouū Castrū prius nouē castra dictū fuit.

cipem

cipem scilicet ab Arenbergh & Comitem in Manderscheidt quorum ministri insimul Præpositorum titulo insignes, summo consensu ipsam Rempublicam oppidi & plurimis pagis in circuitu constantem administrant.

RVPES ARDENNAE VVLGO La Roche en Andenne.



HOC oppidum, quod à præexcelsa rupe nomen trahit, & insigni populo gaudet, vna cum Castro rupi illi superædificato pro sua antiquitate magni æstimatur. Quippe quod circa annum Domini Octingentesimum iam tum floruisse constat; nec dubium quin multo antè existere cœperit, cum pro certo habeatur, quod Rupensis quondam Dominus contra Vvandalos, Hunnos, Gotthos, & Osttogotthos has prouincias armis persequentes egregiè sese defenderit, Quod ex quadam vetusta Turri, quæ modo gallica lingua *La tour des Sarazyns* ab illis nominatur, demonstrare ex eo conantur, quod anno 1260. itidem contigit: tum namque extraneus quidam ab officiato loci vbi licentiam ad puluerem tormentarium pro suæ maiestatis seruitio conficiendum, nitrum fodiendi quod *Salpeter* vulgò parádi petijsset, nec non licentia obtenta apud prædictam veterem turrim locus ad id accõmodatus ostensus fuisset, & ibi ad tres quatuorve cubitos fodissent, infinita mortuorum corpora, inter quæ multa ingentis magnitudinis Gigantum staturam præ se ferebant, summa cum omnium admiratione repererunt. Vndè verum euadit, & ciues tum sese insigniter defendisse, & oppidum cum Castro summæ antiquitatis esse; quamuis, vt ante dixi, de origine eorum nihil manifestum habeatur.

Vnde hoc oppidū nomen rupis sortitū sit.

Castrū Rupensis antiquitas.

Porrò Duces Luxemburgenses loci illius nescio qua tum ad venationem, tum etiam ad solitariam & pacatiorem vitam dispositione capti, singulari eum præ cæteris priuilegio sibi elegerunt, atque (quod huic oppido magno ornamẽto fuit) inter omnia totius Prouinciæ loca singulariter hunc colentes reseruarunt. Vti & Vvenceslaum Romanorum & Bohemiæ Regem, necnon Luxemburgẽsem Ducem fecisse legimus. Qui dum Elyzabetham Gorlitiam fratris sui filiam Anthonio Brabantiæ Duci despondisset, illique totum Luxemburgensem Ducatum vna cum Chinensi Comitatu centum & viginti Rhenensium florenorum millibus oppignorasset, Rupensem agrum electiuè sibi retinuit, quod & literæ contractus demonstrant hisce verbis: *Nous VVentzelaus, &c. Reserué tant sulement nostrè fortresse & Ville de la Rocheen Ardenne, en nostro volend.*

Duces Luxemb. hoc loco cũ primis delectari fuére.

Hic mihi illud commodè annectendum videtur, cum præcipua origo hinc oriatur, quod sub Ianuarij finem anno 1600. accidit, ea tempestate, cum quidam ex hoc oppido oriundus, Luxemburgi solemnes nuptias celebraret, inter varias recreationes suas, Rupensis eo inuitata iuuentus, quæ libera, & semper ad malum prona est, obambulatum prodit, & ex vtroque sexu iuniores per viarum compita discurrunt, omnes genio indulgentes lætitia exultant, sed

Extrema gaudij luctus occupat.

sed (extrema namque gaudij luctus occupat) ita actum est, vt cuiusdam scabini domus & multæ pedetentim aliæ illius insolentiæ effectum sentirent: tum enim nescio quo facto eodem igne in eum modum turbulento flante vento accensa fuit, vt infra breuissimum tempus non minus duodecim domorum exustioni causam infaustam præbuerit. Sed quia fluuius Ourt nominatim hoc oppidum alluit, ne per lineam rectam Durbutum abducit, vt de eo etiam aliquid dicamus.

DVRBVTVM.

Oppidulum Durbutense vnde originē sumpserit.



Oppidulum istud multis ante sæculis à Nortmannis, qui hanc Belgicam prouinciam ferro igneque aliquoties deuastarūt suam originem sumpsisse perhibetur; verôque similius ex eo facile videtur, quod illæ locus resistentiæ maximè sit accommodatus, & eius generis hominibus maximè congruēs. Ii namque omnes loci circūstantias, fortitudinem videlicet, amœnitatem, fluuium Ourt, & agrum circumvicinum, rupem denique in mediate præexcelsam considerantes, atque itinera proxima mercatoribus opulentissimis ex Brabantia In germaniam, & vicissim ex germania in Brabantiam commeantibus quotidie frequentari animaduertentes, Castrum in prætacta rupe præstantissimum, modo tamen ruinosum, ædificarunt, atque montibus vndique ibidem sese multis annis tyrannicè viuentes continuerunt. Huius verò loci Dominus (veluti & modo plerisque in locis vsitatum est) nē fortassis frequentes mercatores prorsus à se abalienaret, caute agens certum tributum ab illis sigillatim extorquebat: & cum tandē illud in cōsuetudinē abijsset, à tributo, *Durbutum* oppidū, (vti pleriq; non absurdè arbitrantur) denominatū est, quod haud dubiè temporis longitudine ob nonnullam incolarum barbariem litera. V, in R. & T. in D. transposita, corruptum euasit. Huius Castri Domini tanta loci amœnitate inescati, cum ob aeris clementiam, tum etiam ob venationem latissimam, (quam adhuc hodiè Comes de Owereuden hunc locum inhabitans exercet) continuum in eo domicilium elegerunt: Ac vt suam (qua hodieque idem Comes per totum territorium potitur) Iurisdictionem magis famosam, & illustriorem redderent, cum iam plurima, & magnifica ædificia subtus Castrum extructa esse à multis diuitibus videret, locum hunc muris in orbem cingentes, insigne oppidum effecerunt; quod & modo ab illo Castro adhærente *Durbutum* appellatur. Sunt tamen nonnulli qui aliter de illius oppidi nomine opinantur; asserentes illud à nemoribus & syluis initiatum fuisse, eo quod tum gallico idiomate incolæ (vti & nunc) vtebantur, & quod in syluarum vmbilico hoc oppidum *Dolboie* vocitabant, quam opinionem Henricus Luxemburgensis Comes illius nominis tertius approbare videtur, dum in certis quibusdam literis anno 1277. eius sigillo munitis, sic ait. *Acta sunt hæc coram nobis, præsente & mediante fratre nostro Gerardo, Domino de Dolboie Senescballo nostro.* Ad quod vocabulum Dolboie alludens fratrem suum, eo quod tunc temporis ille locus syluis abundaret, Syluarum Dominum vocare videtur, Hanc tamen sententiam, si cum præcedenti conferamus, parum energiæ habebit, cum *Durbu* gallicè dictum ad primam nostram sententiam multo magis

Durbutēse oppidū vnde sic dictum.

Aliorū opinio de appellati Durbutēsis nomine.

gis

gis accedat, quamobrem nos in eam inclinantes veram amplecti libuerit, relinquimus. Atque hisce circa Durbutum recensitis, ad Vertonum aliud oppidum progrediamur.

VERTONVM.

MVLTIS in codicibus multa peruolui, & singularem huius oppidi denominationem disquisiui, veruntamen vnde id nominis participet, nusquam comprahendere potui, quod si autem ad gallicum idioma, quo ibi vtuntur, aliquantulum aduertamus, nonnihil de nominationis inde eruemus: in eius namque oppidi circuitu, liquot pagi cum eo Symbolizare videntur, vt sunt *Thoen, Sempsthoen, Thoen le tielle. Thoen le Long, thoen le priex.* Vnde & hoc oppidum *Vertthoen* quod à communi populo *Verton* nuncupatur, quodque gallicè à *Verd, & thoen* à loci illius circumuicina viriditate singulari optimè componi potest, quasi latinè viride thonum significaret. Nolo tamen quenquam in hanc sententiam, quia sola opinione nitor, vi introducere, Si quis pagorum iam memoratorum originem teneat, facili negotio in eius quoque oppidi deriuationem descendet, quare hac aliqua via demonstrante in ijs rebus sagatiori industria praeditus, rationem sibi probabiliorem liberè inuestigare poterit.

Vertonum vnde sic dictum.

Oppidum illud muris, fossis, portis duabus, & heroica turri munitum, adeò feruentis sanguinis incolas habet, vt numerosum saepius inimicum repulerit, & semper ab aliquo notabiliori detrimento prae reliquis conseruatum fuerit, etiãsi commodior quaedam hosti praeoccupatio ibidem in suburbio pateat, vbi longa, viginti ad minimum domos continens, platea conspicitur. Est autem à meridie Luxemburgum respiciens in summę pulchritudinis loco aedificatum, atque insigni praepositura, quae modo quasi vna propter loci viciniratẽ cum vicini pagi Scilicet *Mard* nominati Praepositura est, huicque Nicolaus de Laittre, vir nobilis, Vertunensis Gubernator omnimoda authoritate praeest: dicto oppido quoddã Ecclesiasticum domiciliũ ordinis cruciferorum, idemque Prioratus adhaeret. Intra verò satis insignis & diues parochia habetur. Cum initio Martinus Lutherus veneni sui pestilentis dogmata seminaret, nec non in summum Pontificem, Episcopos caeterosque omnes Ecclesiasticos blasphemias, & voces execrabiles deblateraret effutiretque, Carolus quintus Imperator Comitia VVormatiae celebrat, ad quae innumera nobilium virorum turba, seu omnes Imperij totius Principes conuenerunt. Quidam verò Robertus de Esdan eiusdem cum Luthero farinae Caesaream Maiestatem tãtis negotijs vna cum reliquis Principibus intricatam vexat is enim tribus equitum peditumque milibus collectis Vertonum (de quo hic agimus) celeri vento accelerat, illudque continuo obsidione, sed magno suo damno cingit: porrò Caesar illico illius iniuriae sibi illatae certior effectus, aliquot itidem militibus Auriacum Principem praeficit, eumque in Belgium ablegat, qui exercitu ad oppidum *Longes* ducto istud pariter obsedit, infraque paucos dies obtinuit. Nec ibi morans *Mussanlourt* tendit, quo loco occupato, militibus ad vnũ suspẽsis

Vertonensium incolarum bellica virtus.

Nicolaus de Laittre Vertonẽsis Gubernat.

Robert de Esdan Vertonũ obsidione premit.

cuncta solo adæquauit; Sicque potitus insigni victoria *Lametz*, vbi præfati Roberti maior natu filius dominabatur approperat: quem locum ferè inexpugnabilem esse aduertens, semotis post quatriduum Castris ad *Florengiam* Roberti Dominium tendit, Castrum fortissimum expugnat, nihilque suo stabile loco relinquit. Quæ cum Robertus de Marka vicissim inaudiret, demisso vultu, militibusque dimissis Vertonum integrum relinquens, ad propria (si quæ adhuc habebat) modestè sese recepit.

Blurthen.

Summo cũ dedecore abscedere cogitur.

DAMPVILLERIVM.

Dãpuillerij situs.



Oppidum illud, à Luxemburgo duodecim, ab Iuodio quatuor, totidemque à Vertono dissitum miliaribus in loco plurimum paludinoso, & fermè inaccesso ædificatum est; cuius origo mira fuit, prolixamque continet enarrationem: Vtpote ducentos ante & quinquaginta circiter annos, in hoc loco, in quo nunc oppidum est, satis Diues Prioratus Benedicti ordinis habebatur, eaque tempestate quidam vir præclarus ex pago Viller oriundus Priorem agebat, cumque non procul abhinc duas insignes domos ad instar Castrorum, Vnam *Castelet*, alteram verò *Mureau* duo nobiles viri occuparent, qui continuum inter se domesticum bellum, iram in animo fouentes habebant, ita enim priori prætacto ista obnoxia fuère, vt locum (veluti iam patebit) habitationis mutare cogeretur. Contigit durante tanta contentione Chinensem Comitem eo diuertere: quem vbi Prior ille bonorum suorum seu sui Prioratus deuastationem, nobilium illorum bella lamentabili referens sermone conuenisset, is omnibus auditis & intellectis opem suam Priori promittit, sicque abeunte hoc, illos ad se conuocat & exploratis ex vtroque latere causis, ambos ad in posterum pacem seruandam tum minis, tum alia ratione inducit. Illi coram, hoc quidem promittunt, verum diebus paucis post quam Comes discessisset, vehementiori odio in inuicē rursus exarserūt; quod Prior animaduertens, secretò Chinacum properat, coramque Comite denuo conquerens supplex rogat, quatenus sibi alius habitationis locus assignaretur. Annuit Comes porrò ex priore locum illum natura inaccessum esse audiens, ibidem fortissimam Arcem super ædificat, & cum ante Prior obijsset, ea absoluta, de nomine imponendo quęstio oritur. Quare Comes nomine defuncti Prioris, qui locum resignârat, donauit. Verum cum proprium illius nomen omnes lateret semperque *Damp Villere* a communi populo vocatum fuisse scirent, quoniam ex pago Viller natus erat Arcem *Damp Viller* appellari mandauit, ibidemque militem præsidiarium collocauit: cognitos vicinos nobiles tandem in eum modum edomuit, vt illis è patria pulsis (quia hæredes ab intestato nullos habebant) omnes eorum facultates vsurparet, nec non eius mortuis vtriusque domum solo adæquari curaret. Porro cum necdum locus hic fortissimus muris cinctus foret, Carolus eius nominis quintus Cęsar inuictissimus annum 1526 circiter Gallorum frequentes in agrum Luxemburgensem incursiones videns, quo illis tutius resisteretur, Dampuillerium loci situ munitissimum considerans, illud portis, muris, fossis & propugnaculis egregiè corroborauit, adeoque


Prima eius origo.

Comes Chinensis artē Dãpuillerensē ædificat.

Dãpuillerium à Carolo Cęsare muris cingitur.

adeoque Arcem antiquam amplificauit, vt ibi oppidum populo numeroſo repletum, & inexpugnabile modo videre liceat, à quo tempore huc vſque particulari Gubernatore conſeruatum, hodieque à D Ioanne d' Allemont nobili viro adhuc regitur. Et licet hoc oppidum ſex ſub ſe pagos habeat, amplas tamen adeò ſyluas ferarum maximè fertiles poſſidet, vt agrum longè remotum Verdunenſem terminare perhibeantur: atque hæc hactenus de Dampuillerio.

BIEDBVRGVM.



NTER Eufalicium Treuericum & Luxemburgenſem agros ad inſtar termini hoc oppidulum ſe habet. Vndè cum hactenus illius ciues quoquo modo Vrbani forent, temporis ſucceſſu ab Eufalis velut corruptos mores ſuxerũt. De huius oppidi fundatione, & principio multis peruolutis codicibus nihil certi aſſecutus ſum, præterquam quod in quodam libro manuſcripto, qui de Treuirorum geſtis tractat, Treuirenſes ſubterraneum vini ductum a Treueri vſque Coloniam Agrippinam excogitaſſe legerim: quem vini ductum (vt habet codex ille) per Bedonis pagum tranſire fecerunt, per quam magnam vini copiam amicitiæ cauſa Colonienſibus tranſmiſerunt. Is autem Bedo inter cætera hunc pagum, quæ ab eo nomen retinuit, ædificaſſe fertur, quem temporis tandem longitudine quidam magnæ authoritatis viri, portis, & muris nonnulliſque turribus cinxerunt, atque Caſtrum iuxta extruxerunt. Vndè & oppidum à Bedone & Caſtrũ Biedburgh, quaſi Bedonis Burgum appellatũ putatur. Quæ ratio ſi cuiquam minimè probetur, probabiliorem ei adducere licet, quamquam prætacta aliquo modo veritatem ſonare videantur. Eius Reſpublica prout alibi moris eſt à Iudice (ſingulis biennijs in Beatæ Mariæ purificationis feſto) à Scabinis duobus, totidemq; ciuibus electis, & Scabinis ſeptem regitur. Duæ hic ſatis inſignes, vna Diuę Virgini, altera Diuo Petro Apoſtolorum Principi ſacræ parochiales Eccleſię habentur: ibidemque hoſpitale ad pauperum calamitatibus, quotidiè ſubueniendum locuples eſt, quod opulentus quidam ciuis nomine Petrus apud Portam nuncupatus ędificauit, & à Boëmũdo Treuirenſi Archiepiſcopo conſecrari obtinuit. Circa hunc locum ager fertilis eſt, & perquam iucundus.

Biedburgi ſitus.

Subterraneus vini ductus à Treueri Coloniam vſque.

à Bedone & burgo nomẽ habere putatur Biedburgũ.

Biedburgũ duas inſignes cõtinet Parochiales Eccleſias. Itẽ pauperũ hoſpitale.

GREVEN MACHEREN



Eleberrimus modò Luxemburgenſis, quamuis olim nõ adeò floruerit, ſolumquè Comitatus vocatus fuerit, cum tamen habuit Comitem proprium quem & ſubditi vererentur, & vicini Principes complures magni facerent, vti Archiepiſcopus Treuerenſis, Dux Moſellanus, Rex Auſtraſij, Chinenſis, Rupenſis, Viennenſis & Ardennæ Comites, & Arlunẽſis Marchio. Qui cum ſibi vicini admodum eſſent, ne fortaſſis

inter eos aliqua controuersia oriretur ex eo quod alter alterius facultatē facile labefactare posset, vt suæ prouinciæ limites quisque discerneret, terminos seu Markas, ad perpetuā rei memoriā plātauère. Vnde huius oppidi deriuationē inuestigans, nihil mihi verisimilius cōtingit, quā quod Comitis GreuenMacherē quasi Comitis Markā adeo vocatam esse, quia inter Luxēburgensē Comitatū & Lotharingiæ principatū diuisionē facere videatur. Illudq; inde cōfirmatur, quod quædā vetustæ ædes versus occidentalē plagam oppiduo contiguæ, & in Castri formā extructæ in talis Markæ signū à Comite olim primo fuerunt, quas postea Henricus Luxemburgensis Comes (demum Romanorum Imparator) circa annum Domini millesim, trecentesimum quartum, ciuibus dono dedit, ytque demolirentur consensit. Quibus concussis, ex lapidibus, cæterisq; materialibus burgum suū præ dicti Henrici permissione muris cinxerunt, indeque reliquis Comitatus oppidis annumeratum fuit, necnon inter alia oppidi sigillum, leonem, cratem ferream scandentem ac super humeros argenteam clauem gestantem impetrârunt, qua cla ue veluti insinuare velit: Ego Comitatus Luxemburgēsis introitus sum. Eius verò situs mirum in modum est amœnus, & montibus plurimis circumcinctus, in quibus Vites annis fertilioribus optima vina, & nonnunquam ad trecenta plaustra Ciuibus subministrant. A Mosella vero insigni illo fluuio eum locum perfluente irrigatur. oppidum quondam permultis ornatum domibus fuit, donec anno 1552 Brandenburgensis Marchio illud vi inuadens, ferro, igneque depopularetur, & in eo, quo videtur, statu fermè relinqueret: nam ob tenues Ciuium conditiones huc vsque sic desertum mā{s}it. Conspicitur ibidem adhuc quoddam hospitale, ad pauperiem ægrotorum & peregrinorum alendam ante ducentos annos à nobilibus quibusdam Viris ex familia de Dsborch ædificatum, & nonnullis reditibus dotatum. Regitur oppidū illud à Iusticiario septemque scabinis, qui in subditos omni iurisdictione intrà vtuntur, extra verò vir quidā Nobilis Regis nomine Ius exequitur, quem germanico idiomate Landtrichter vulgo nuncupare consueuerunt. His igitur de Greuen Macheren in mediū allatis, ab eodem Mosellano latere directa linea progrediens, nunc *Coninxs Macheren*, quod tribus à Luxemburgo, & à Theonisuilla vno distat miliaribus, venio.

Greuē Macheren vnde nomen duxerit.

Biedburgū vinifera-cissimum.

CONINXS MACHEREN.

Regis Macra.



Atque in primis quæ superius de Comitis Macra allata sunt, ea eidem huic oppido si applicentur, haud vllām disparitatem reperiemus: sicut enim oppidulum illud Markam siue terminum inter Luxemburgensem Comitatum & Lotharingiæ principatum ponit: sic & pari ratione Austrasiæ regnum (cuius Metropolis Metensis ciuitas) & Luxemburgensem Comitatum à se inuicem disterminat: qua ratione si ab vllo verisimilior detur, lubens manus dabo. Esto quod non adeo magnæ famæ, aut magnificentiæ oppidum sit, in eius tamen circuitu copiam omnis generis frumenti, & à latere cum Mosella alluitur, plurimum vini ciues percipiunt.

MONS.

MONS MADIUS vulgò

Mont Medy.

SUNT qui huius oppidi vocem à monte & Mercurio formatam velint, ideo quod inibi antiquitus (Romanis hāc prouinciā occupantibus) Ara magnifica Mercurio dedicata, illius idolum præseferens ædificata fuerit, & eousque adoratum, donec execrabili illa superstitione depulsa, ad Christi dogmata hæc Prouincia conuerteretur. Tunc enim Idolum illud cum Ara simul funditus eruentes, Ecclesiam in Beatissimæ virginis Mariæ honorem ædificarunt, eaque sic sola mansit, donec tandem anno 1220. Arnulphus Chinensis Comes illuc iter faceret, perque complurium virorum nobiliū adhortationes, ad sui Comitatus conseruationem, in monte hoc altissimo & inexpugnabili, quem quidam etiam insignis, fluius alluit, oppidum ædificaret, Cum namque in sui comitatus extremitate esset, Barrum & Lotharingiam respiciens, non parua ei adferebatur illud exequendi causa. Quoniam si circuitus inimico resistere possit, medium facilè conseruabitur, quare illuc prudentium virorum consilio assentiens, post annum ad oppidi ædificationem operarius cōduxit, totumque locum, muris, turribus & portis muniri curauit: atque vbi iam populo frequentiori repleretur, proprias ciuibus leges ordinauit, suique oppidi Feritatis eis mensuram designauit, atque tota iam dispositione integra permanente permansit, & oppidi nomen *Mons Madius*, quasi Mons Mercurij. Quod cum longè nimis deriuatum videatur, arbitrarium erit aut huic sententiæ assentiri, aut illi quæ hanc vocem gallico idiomate sic componeret: *Mont Medi*, quod latinè Montem medio, interpretari potest. Vel certè si gallicam deriuationem repudias, necessum erit vocabulum Mons Madius quasi à Monte & Madio aliquo fortassis viro sic vocato coniectare: vt vt sit, quia Oppidū hoc necdum, vti modo est, munitum erat, Carolus quintus Romanorum Imperator magnus ille prouinciæ huius quōdam tutor, & infinitorum penè huiusmodi factorum author, vt gallorum incursiones ab agro Luxemburgensi repelleret, oppidum hoc ab Arnulpho eousque perfectum, profundissimis fossis: & in expugnabilibus propugnaculis corroborauit eoque loci præsidiarium militem pro loci dignitate ordinauit. Quibus capitaneus generalis, idemque oppidi & agri vicini Gubernator modo Ioannes d'Alemont plena authoritate præest.

Ara & idolū Mercurij in mōte Madio olim collocata.

His amotis: ædificatur ibidē Ecclesia in honorē Deiparæ virginis.

Anno verò 1552 Gallorum Rex cum Ducatum Luxemburgensem inuadere, & armis superare decreuisset, copiosoque exercitui conscripto filium natu maiorem præfecisset. Is iussu patris oppidum Montemadium in primis obsidione cinxit nuntioque misso sibi pacifice dedi petijt, vel sin minus, se vi mœnia disturbaturum comminatur, Id ciuibus denegantibus, tormenta aliquot ænea aduehi curat, ijsque semel iterumque explosis adeo crociter in eo proposito perseuerauit, donec tandem oppidi mœnia corruerent. Verum propter loci fortitudinem nihilominus hodieque inter loca munitissima annumeratur.

Carolus 5. Imperator Montē. Madium fossis ac propugnaculis egregiè communit.

A Gallorū exercitu obsidetur.

Fels.



AVDQVAQVAM prætermittendum arbitror, Oppiduli Fels quamuis paruum, & ex parte ruinosum videatur. Nam si illius situm respicias, insigne satis esse animaduertes: nam rupibus, quæ ad inimicum repellendum maximè faciunt, vndequaque cingitur. Vndè etiam nomen Fels, id est, Rupis modò retinet. In illius quippe asperi & præexcelsi montis fastigio Arx quondam non parum magnifica, visitur. Ex qua complures viri nobiles prodierunt, & istis in partibus hodieque magni apud omnes sunt; quippe qui inter nobilissimas totius Ducatus familias annumerentur, ea progenies numerosa valdè modo est, multisque diuersis in locis tam filij quam filiæ connubia contraxerunt, sibique tamen in Arce partem reseruarunt. Vndè cum ab illis multifariam diuideretur, diuersimodeque inibi essent habitationes, ita tẽporis successu tota domus ruinosa euasit, vt hodierna luce planè deserta iaceat. Habent ij Nobiles reditus opulentos, multumque de stirpe sua, seu de huius domus antiquitate gloriantur. Suntque oppiduli Domini: quo circa etiam per eorum officiatos gubernatur, nec oppidum solum, verum & vicinum territorium Dominium de Rupe nuncupatur. Inter omnes autem hoc tempore Paulus von der Fels vir prudens & grauis maximè floret qui in hoc Luxemburgensi Ducatu possessiones amplas habet: est namque Dominus in Mers/Hessingen/ ac denique suæ maiestatis nomine, famosum in Ranich/ & Greuenmacheren officiatum agit, & quasi solus supereminenter totam illam familiam de die in diem nobilitare videtur.

Oppidum Fels rupib. vndequaq; cinctũ, nomen inde traxit.

MARVILLA.



NDVBITANTER hic sine cuiusquam præiudicio affirmare possumus, quod sicut in circum vicinis locis veteres pagani certum Cacodæmonem in variorum Deorum falsorum Idolis adorauere, similiter etiam hunc locum intactum nusquam reliquerunt, ac proinde eundem sanguinolento Marti, militiæ Deo, à quo nomen retinuit, solennem consecrarunt, sicque Maruillam, seu Martis villam nominarunt. Est egregium Dominium per se antiquitus à Luxemburgensi Comitatu separatum, donec initi inter VValramum Montisfalconis Comitem, & Luxemburgensem Elyzabetham matrimonij ratione Luxemburgicæ domui incorporaretur. Sed de his latius supra vbi Maruillæ & Aranzij Dominia descripsi, quæ ab Anno Domini 1232 sub Comitis Luxemburgensis protectione remanserunt.

Marvilla quasi Martis villa.

Anno tamen 1260 Henricus Comes Luxemburgensis sororium suum Henricũ Barrensem hisce Dominijs associauit, eique vsu fructuarij medietatem dedit, summam interim authoritatem, & altam Iurisdictionem sibi reseruans, atque exindè à duobus Dominis Ciues Maruillenses gubernantur, nec non proindè vterque Præposi-

positorum amborum consilio Dominium illud absolutè gubernatur excepto tamen quod Barrensis Præpositus Ius sibi in criminalibus nullum vsurpare consueuerit. Permulta, eademque pulcherrima olim ab antecessoribus Dominis liberaliter concessa, & à multis successiuè Comitibus Ducibusque renouata, ac confirmata ciues habent. Quapropter quotiens nouus Comes vel Dux Luxemburgensis ad prædecessoris sui honores euehitur, vel in Ducatu Gubernator constituitur, & patriæ statibus iuramentum præstare debet, in eo Maruillensis oppidi specialem mentionē facit, hac vel simili verborū norma. *Nos Comes Dux. Gubernator, &c. Promittimus ac Iuramus super sancta Dei Euangelia nos inuiolabiliter seruaturos, priuilegia, Iura, libertates, Prælatis, Nobilibus, ac oppidanis à nostris prædecessoribus Comitibus Luxemburgensibus concessa & confirmata. Insuper per fidem nostram corporalem, iuramus, & super Dei Euangelia, quod Maruille oppidum cum appendicibus, ac eiusdem incolas tam spirituales quam sæculares æquites, nobiles & non nobiles, paruos & magnos, diuites & pauperes, defendemus ac eorum priuilegia intacta relinquemus, quin imo in ijsdem manutenebimus. &c.*

Maruillenses à duobus diuersis Dominis reguntur.

Multi multa circa hoc oppidum præclara præstitêre, Inter alios tamen nemo arctius & sincerius, illud Dominium cohonestauit, pluribusque priuilegijs muniuit, quam Ioannes ille illustris Bohemiæ Rex, & Luxemburgensis Comes, cuius generosum & maxime liberalem animū Ciues intuentes, eidem in omnibus complacere studebant, & idcircò antequam huius viri tam vehementem amorem tepescere paterentur, Ciuium primates aliquotiens vna conuenêre, & vt suo Dominio magis magisque prouiderent, nouam fraternitatem eligentes libello supplice ad prætactum Regem eundemque Comitem misso, eam confirmari curârunt, vt nimirum ex Ciuibus celebriores vigintiquinque pharetrati eligerentur, quorum officium esset, videlicet arcus ferre, quoties res ita postularet, seseque ad Dominorum seruitium armatos præsentare, Inter quos & singularis illius confraternitatis Decanus, & caput constituebatur. Quo mediante seruitio illi ab omnibus exactionibus, & extra ordinarijs grauaminibus liberarentur; hunc ciuium zelum & sinceram affectionem Ioannes Rex perspiciens, animoque nonnihil peruolués, totum illud negotium cum Henrico tunc temporis Barrensi Comite inque Martis villa consocio communicat. Ac postremo ciuium plusquam affectatum amorem laudantes ambo consenserunt, atque huiusmodi confraternitatem perpetuo seruandam instituerunt, & demum suis additis literis, & sigillis confirmârunt. Quia & dum ex his vnus moreretur, ilicò in defuncti locum alius ciuis, quem ad id officij maximè idoneum reputant, arbitrio Prætoris, scabinorum & virorum quadraginta solemniter eligebatur, quod statutum ab anno 1340. incepit.


Iohannes Bohemiæ Rex, & Luxemb. Comes optimè meritus, de oppido Maruilla.

Fraternitas pharetratorum quando ibidè exordiū sumpserit.

Rodenmach moratur Rodenbacenses. Ciues, & circum vicinorum pagorum incolæ à Iudice & septem scabinis, nec non oppidi Dominorum substituto schultero, qui & iustitiæ caput (vti & plerisque in locis fit) gubernatur. *Rodenlac. ciues à quibus gu ernentur.*

Hic locus, quia fortis & munitus antè annos quadraginta ab omnibus inexpugnabilis censebatur Vndè cum Dux Guysius (gallorum Regis nomine) Theonisuillam obsideret, Ciues Luxēburgenses & Theonisuillam ditiores Rodenbacense Castrum cæteris præferentes, omnes suas facultates in Rodenbach transportari curauerunt, Quod prædictus Dux olfaciens Theonisuilla occupata, illuc exercitum ducit, contra quem Ciues & vicini rustici insigniter bellauerunt, omneque suum præsidium in quadrata quadam turri ponentes, ad dies octo sese viriliter defenderunt, sed cum summoperc Guysium morderet illorum constantia, aliquot igniuoma tormenta adduci, & ea indefessè, explodi curat, atque ferreis crebrioribus globis potiori murorum parte concussa, ilicò Castrum occupat, eo asportata, omnia prædis dat, omniaque diuastat: & sic multorum hominum, qui hunc locum inexpugnabilem dicebant opinionem fefellit. *Rodenlac. Castrū admo. ū for è, quod tan.ē à Gu sio occupa. um.*

Esch



Esch oppidulum fluuio Alizuntico, qui non longè ab eo loco originem sumit, vicinum est, ac ideo cognomen suum hinc habet, nam ad distinctionem alterius Esch auff der Sauren vulgò Esch auff der Alzer nuncupatur, situs vtcūque amœnus est, & illius ager fertilis, etiāsi modo multum de pristina specie amiserit, cum videlicet Duce saxoniæ ab Elyzabetha Gorlitia Luxemburgensem Ducatum armorum vi repeteret, multæ etenim Ciuium domus destructæ totumque oppidum splendore suo spoliatum fuit, habet tamen adhuc moderno tempore portas & fossas eiusmodi, vt nemini, nisi per portā accessus pateat. Eiusloci Ciues summo fruuntur Dominio, quare haud ineptè antiquitus hic Comitatum fuisse aliqui perhibent, nonnulla namque illius veritatis vestigia in literis cuiusdam Luxemburgensis Comitis apparent, vbi sic habetur *In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ego VVilhelmus Comes de Luxemburch &c.* Et sic in fine literarum. *Acta sunt hæc Anno Domini millesimo, octuagesimo tertio in presentia Domini Folmari primi Abbatis, & nobiliū virorum, quorū nomina hæc sunt: Henricus Comes de Salmus, Godefridus Comes de Vrsimōte. Itē Godefridus Comes de Esch Gerardus de Roceio.* Ex quibus liquido patet quondā Comitatū licet non magni adeò momenti, fuisse, cuius redditus nomine Principis, Regius Luxemburgensis Receptor, modo recipit. *Putatur in Esch olim comitatum fuisse.*

Isthæc hactenus de Luxemburgensis Ducatus & Chinensis Comitatus oppidis quæ mœnijs & fossis cincta sunt, atque interdiu noctuque portarum clausura frui possunt, Ad hæc autem non immeritò adiungenda videntur alia tria in Chinensis Comitatu sita, quæ ob belli crebras calamitates, absque muris & fossis deserta, nunc penitus iacent, vt sunt Iuodium, Chimacum, & Feritas: que cum olim ob naturalem fortitudinē in pretio apud omnes Imperij Principes maximo fuerint.

rint, (muris namque, semper caruisse constat) ab antiquitate plurimum laudantur, quare & eorum situm & initium quantum facultas feret, in sequentibus exponemus.

IVOIS.



Stius oppidi, quod latinè *Iuodium*, gallicè *Iuois*, germanicè *Ipsch* appellatur, deriuationē oēs antiquitatū indagatores à Ioue, quod inibi solēne templū habuerit, ex gallico deducere conantur nec iniuria nā si O literam ante V. transponas inuenies nomen Iouis nec semper necesse est alterum substantiuum addere, cum facilè subintelligatur, nonnullaque similia in latino sermone quotidiè trita sint.

Deriuatio oppidi Iuois à Ioue ol m ibidē culto.

Oppidum hoc, quod in amœno loco, seu in finibus Chinensis Comitatus situm Mouzon franciæ oppidum ab vnico miliari respicit, ante annos quadringentos particularem suum Dominum agnouit, nec Chinensi, prout modo, in aliquo obligabatur: Verum illius possessor sese eousque Iuodiēsem Dominū absolutè nominare præsumit, donec vel Comites parata pecunia illud oppidū emerint, vel certè per matrimoniale vinculū ad illā hæreditatē deuenerint. Vti ex primario eo matrimonio deduci potest, quod Anno Domini 1198 cum Sophia Barrensi Comitis filia Ludouicus eius nominis tertius interChinenses Comites annumeratus iniuit ex quo Ludouicus, Anselmus & Beatrix prodierunt, quorum pater cum casu ante vxorem mortis debitum solueret, ei Iuodiense Dominium ad tres vitę dies dedit: Illa vidua effecta, matrimonium cum Anselmo de Gerlande repetit, qui nec diu superuiuens nulla prole relicta itidem moritur quo mortuo, Sophia tā diu etiam Iuodij sese continuit, donec vniuersæ carnis viam pariter ingrederetur, Ludouicus verò primogenitus matre mortua Iuodiensi Dominio gauisus, atque ex hinc Iuodiū cum reliquis Comitatus illius oppidis annumeratū est, donec anno domini quadragesimo supra millesimum trecentesimum Ioannes Bohemiæ Rex, Comesque Luxemburgensis illud præcisè, deindè etiam *Feritatem Vertonum & Estelles* certa & maxima aureorum summa sibi compararet Ex qua videlicet venditione Iuodiense Dominium à Chinensi Comitatu deinceps separatum fuit Anno autem 1372 Margaretha Chinensi & Lossensi Comitissa absque prole è viuis sublata, Imperator de ambobus disponens Chinensi Comitatū wenceslao Luxemburgensi Duci, alterum verò Leodiensi Episcopo designat; à quo tempore ille Comitatus de Chinij Luxemburgensi Ducatui (sicut supra latius descripsi) incorporatus est; vndè & (vti paulò antè dictum, peculiaritatem Dominij quam initio habebat, prorsus amisit.

Quādo Iuodiensi dominiū à Chinensi Comitatu separatū sit, & à quo.

Richardus Wassenbeurg Verdunensis Archidiaconus hoc oppidum Euasum vocat, apud quem etiā legitur, quod Henricus Imperator eius nominis secundus circa annum Domini millesimum, vigesimum secundum aliquot Imperij membra ad Concilium generale Aquisgrani celebrandum conuocârit: ad quod etiam, vt multi abusus, & malæ consuetudines, quæ passim in Ecclesia regnabant, ad reformationem adduci possent, Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, patriæque totius prælatos conscripserat, atque vt sic cuncta fælicius succede-

Euasum.

cederent, legati à dicto Cæsare ad Robertum Franciæ Regem missi fuerunt, quatenus præsentia sua hoc Concilium decorare dignaretur, hæc quia circa mensis Iunij initium agebantur, talis & tantus tunc erat æstus, quatenus à multis retroactis annis vix fermè visus sit, Quare Legatis honorificè extroductus & exceptis. Robertus illos ad Imperatorem remittens summa cum gratiarum actione se ob intollerabilem æstum excusat, Itaque Concilij progressus impeditus, in Autumni tempus dilatus fuit, tuncque Aquisgrano neglecto Cæsari placuit, vt Iuodium (de quo nobis sermo) Concilij locus esset, vbi & Robertus ipsemet in persona propria Imperatori comparens, Cæsarem solmni cæremoniarum mediante ritu conuenit, ibique complures Archiepiscopi, Episcopi, ac alij prælati plurima in Ecclesiæ vtilitatem statuerunt, & ordinàrunt.

Concilium Iuodiense, præsente Cæsare ac Roberto Franciæ Rege celebratū.

Circa annum Domini millesimum, cétesimum vigesimum quartum in hoc Iuodiense oppidum sacrifici aliquot & laici peruersi hæretici irrepserunt, qui panis & vini substantiam, quæ in missæ sacrificio per sacerdotem consecrantur, in corpus & sanguinem Dominicum veraciter transmutari mordicus negebant, parique impietate baptismi sacramentum paruulis ad salutem nullatenus conducere & alios id generis peruersæ fidei articulos profitebantur. Quæ cū Bruno Treuerēsis Archiepiscopus ex nobilissima Comitū Chinensis familia oriundus resciuit, ne illi pestiferes articuli vlterius serperent, & nè à populo imbiberentur, Iuodium tendit, atque ilicò duo sacerdotes, Fredericus nempe & Dominicus Guilhelmus totidemque laici oblati sunt, atque cum iam illorum peruersorum vitam & mores Bruno examinaret, & de singulis eorum articulis disquireret, nec non ad Christiani dogmatis regulam illos adducere conaretur, Laicorū vnus, Hamelricus nomine arrepta fuga sese clam subduxit, alter verò Durandus dictus se horum scelerum assertorem esse vltrò confitebatur, sed omnem hæresim abiurans, se deinceps nullo modo repetiturum vouebat, Tertius deinde Fredericus sacerdos non tantum se sceleris huius consortem esse non negauit, verum se rectè credere affirmauit, cui Bruno ait: Oportebat ergò vt tu, qui fidelium doctor esse debuisti, sanam doctrinam cunctis euangelizares, illasque pestiferas ineptas fidei assertiones, quibus te, & quoslibet ijs credētes, luce clarius mentiri constat, omittere. Audi Beatum Augustinum, qui sic ait: *Christum vorari dentibus fas non est, Voluit ipse Christus panem & vinum in missa sacrificio in carnem verè suam & sanguinem transmutari, & quotidiè pro mundi vita misticè immolari, vt sicut de virgine per Spiritum sanctum vera caro sine coitu creabatur, ita per eundem ex substantia panis & vini misticè Christi corpus consecretur.* Hæc ille. Cum his & alijs scripturæ locis ac diuersis testimonijs coram cōuinceretur, atque ad resipiscendum ab astantibus grauiter increparetur, magis & magis obduratus in execrabili opinione sua permansit, sic vt omnes acclamarent. *Qui Ecclesiam non audit, sit is omnibus tanquam Ethnicus & publicanus:* rogaruntque tandem singuli, vt quoniam resipiscere nollet, degradaretur. Sed in carcerem coniectus disruptis vinculis se subduxit. Hinc denique quartus ad iudicium ductus, rogatur, num & ipse prætactæ præsidiæ professorem se diceret; ille multis iuramentis se illam nunquam professum esse, neque profiteri velle affirmabat, Adductis in cōtrari-

Henricianę biqē es de veritate corporis & sanguinis Dn. in altari.

Bruno Archiepis. ex Comitibus Chinensib.

Bruno Treuerorū Archiepisc. eū iuodien. hæreticis congreditur eosque examinat.

 trari-

trarium testibus, qui illum super hoc conuincebant, nè presbyterij honore priuaretur timens respondit, se in huius abolēdæ suspitionis gratiam summi examinis sententiam libenter subiturum; quod responsum cum omnibus probaretur, iussus est missam celebrare, & sacrum canonem vti relinqua alta voce decantare, & qui prætiosi corporis & sanguinis Christi mysterio detrahere præsumpserat, ipsius iam probaretur virtute, quod vbi inchoasset, & ad communicandum vētum esset, Bruno Archiepiscopus eiusmodi imprecationis intulit verba, dicens: Si viuificum hoc salutis nostræ sacramentū, quod manibus tenes, nō verè Christi corpus & sanguinem ore impio ausus es Blaterare, ego cum mysterij ipsius cōtestatione interdico, nè præsumas accipere; sin secus, & catholicè profitearis, accipe. Accepit, & sacro absoluto omnipotenti Deo de perpetratis pœnitentiam, & de futuris cutelam promittens, contrito corde supplicauit, misericordiam & absolutionem, ab Ecclesia obtinuit. Sed vbi ad propria remeasset, mox iuramentum & votum frangere & deprauare, seu hæresim abdicatam maiori quam antea impietate & pertinacia roborare cæpit, & vitam ab omni Christiano homine, pestis instar fugiendam diuinam non ponderās iustitiam duxit, & de vitio in vitium callapsus post paucos tandem annos turpissima morte vitam finiuit. Bruno autem vir secundum Deum viuifico sermone, & monitis salutaribus populum in vera fide & charitate confirmabat, varijsque sacræ scripturæ allegationibus totam hæresim extirpabat. Sed ne prolixior sim, & ab instituto nimium diuagari videar, ad ea quæ Iuodiensem agrum proximius concernunt, sermonem traducam,

Bruno profligatis hæresiarchis populū Iuodiensem in Orthodoxa fide instituit corroborauitque.

Oppidum illud in amœno & multum fertili agro situm, quando, & à quo ædificatum fuerit non ita constat, Legi tamen in perquam antiquo codice de Albone quodam Comite Hannoniæ, is filium Namassem nomine habuit, qui se Dominū Valencenarum, Rettel & Iuois vocitabat, quod circa annum Domini octingentesimum octauum contigit, Oppidum hoc vetustissimum esse, & antè Chinensem Comitatum, qui circa annum Domini 963. initium sumpsit, extitisset, demostrār, fuitque tantæ olim fortitudinis, vt inimicus licet potentissimus, sibi subijcere nūquam id potuerit, præterquam quod anno 1552. Henricus Gallorum Rex, dum nimia ferocitate crebris, reiteratisque tormentis muros summa dierum longitudine fortiori tandem manu superārit. Verum nondum proculdubio superasset, si Germani qui in oppido erant, alacriter, velut cæteri aduersus eam sese defendere, & pecunias, quas more suo clamitabant, contemnere voluissent. Illi namque, etiamsi ab Illustri viro Petro Ernesto Mansfeldiæ Comite, suæ Maiestatis in suo Ducatu Luxemburgensi, Chinensique & Namurcensi Comitatibus Gubernatore, qui ibidem præsens erat, indefesse contra hostem animarentur, tamen frustra: quippè qui pecuniam libertati præferebant. Quorum sanè pertinaciā huius semper alias inexpugnabilis oppidi interitum & præfati Comitis ingens damnum fuisse iure dicere possumus: effractis namque portis & muris, nihil in statu remanere, omnia deuastari, deglutiri, & absorberi, & quod summopere dolēdum est, præfatum Petrum Ernestum Mansfeldiæ Comitem summo cum suorum mœrore in Franciā abduci vidisses; vbi hic non sine magna molestia integro septennio captiuus detiture

Henricus Gallorum Rex oppidū obsidione cingens, inuasit, obtinuitque.

Petrus Ernest. Comes Māsfeldiæ.

ſtituit. Cuius calamitatis. Rex certior factus, cum Comitis illius fidelitatem & heroicum animum: Germanorum è contra infidelitatem & pertinaciam intellexiſſet, indignabundus non immeritò ſibi magnam pecuniæ ſummam numerari petit, qua Comes ille fortis è vinculis liberari poſſet. Gallus verò nihilominus in oppido couſque Dominium exercuit, donec anno 3557. inter vtrumque Regem pacis fœdus initur, atque Iuodium cum cæteris partibus ad primarij Domini poteſtatem rediret: ea tamen ratione, vt cum muri, tum foſſæ ſolo adæquarentur, in quo miſero ſtatu in hodiernum vſque diem (proh dolor) remanſit. In hoc oppido eſt inſignis Canonicorum Eccleſiā in Deiparæ virginis honorem fundata, cuius. Decanus, diuinū cum ſuis Canonicis, officiū ibidem quotidiè explet. Fuit ex hoc loco oriundus Hubertus vir doctrina, & omnimoda virtute præclarus Eccleſiæ Rhemenſis Decanus, maioreſque Verdunenſis Eccleſiæ Canonicis, qui circa annum Domini 1208. in omni perfectione ad multorum ædificationem in viuis erat. Sed antiquam ad reliqua huius prouinciæ oppida non murata pergam, nonnihil me quædam remorantur, quæ anno Domini 1595. in hiſce locis contigerunt. Ea enim tempeſtate, quoniam omnia quodam quaſi turbine agitari videbantur, Domicellus de Eſdan cum magna militum manu Iuodium, vti ferox hoſtis, iter carpit, illud militibus circundat, moxque terrorem incutiēs, oppidi maiores ad deditionem exhortari, ſin ſecus, ſe vi occupaturum minari cœpit. Ciues non parua militum armatorum multitudine, æneiſque multis antè foras tormentis viſis, terrore perterriti, in oppidi deditionem cōſentiunt, atque abſque vlla reſiſtentia illud inimico tradunt, Hoſtis verò haud ſegnis oppidi principaliores ſeu Officiatos & nobiles cum eorum facultatibus Eſdanum in captiuitatem duxit, quo pago Hollandi illius loci Domini facti, indè non minori feſtinatione *L'afferte* verſus properantes, ei æqualem cum Iuodio plagam inflixerunt, quanquā hic milite præſidiario ſub Capitaneo Gorzij munitus eſſet, nec ibidem diu moras gerunt. Verum via eadem Caſtrum *Chauancy* cum adiuncto vico circundare, & ferocitatem ſuam exercere pergunt, cuius quidē loci ciues ea, quæ præcedentibus in Vicis geſta & perpetrata fuerant ob oculos ponentes, tantum indè terrorem cōceperunt, vt quaſi deſperantes ſeſe inimico, & ſua dederent. Quibus ex plagis Ducatus Gubernator, non parum cōſternatus à Belgij Gubernatore indies, quatenus ſua recuperaret Dominia, opem implorabat. Vndè anno ſequenti inferioris patriæ totus exercitus ſub Franciſco Verdugone Colonello inſigni & Friſiæ Gubernatore, eo miſſus ſecundo Marte mox hoſte fugato ablata recuperat.

Hic idem ſapientiſſimus patriæ Gubernator Mansfeldius, à pleriſque nobilibus, & in authoritate conſtitutis viris ſæpe ſollicitatus fuit, quatenus ad reprimēdam vicinorum Francorum inſolentiam Iuodium reſtaurari, & priſtinæ firmitati reſtitui procuraret, at ille fœderis initi memor, ne aduerſariis cauillandi anſam præberet, nullatenus eo adduci potuit, vt talia ſuadentibus acquieſceret. Nè tamē ſuo muneri & patriæ conſeruationi deeſſe videretur, *L'afferte* vicinum locum iam extra limites dicti fœderis conſtitutum, eadem de cauſa communiri fecit, & ad obſiſtendum hoſtibus machinis inſigniter adaptari.

in Franciā captiuus abductus.

Reddidit tanacillud legitimo ſuo domino

Huber. Remenſis Decan oriundus ex oppido Iuodiēſi

Domicell. Eſdanus anno Dni 1595. Iuod. occupauit nomine Hollādorū.

Item l'afferte.

Necnō & Chauanci

Franc Verdugo ſuppetias Luxē. duc. ani m. ſit aduerſos Hollandos.

L'AFFERTE.

L'afferte à feritate nomen sortitũ putatur.



Affertè ab Iuodio vno miliari dissita à Feritate nomen habere dicitur, ideo quod circa annum Domini 884. Gotthi, Northmanni, ac Vvandali, hisce partibus longe infestissimi, singularem feritatem ferocitatemque hoc in loco exercuerint, Ex quo quidem nimis atroci & plane tyrannico euentu lubuit primæuum deuastati oppidi nomen, in substitutum postea qualem qualem virum feritatis vocabulum gallicè *L'affertè*, transferre: fuisse autem ex illa sua prima fundatione vrbem admodum munitam, vestigia domorum quarundam arcis formam referentium & ruinæ reliquæ ostendunt; quin & loci natura illud idem non obscurè manifestat. Hinc vt paulò ante tetigimus Illustrissimus Mansfeldiæ Comes & Princeps, quorundam Francorum incursionibus Anno Domini 1580. (qui solemni hæreticorum perfidorum more Canonicorum Ecclesiam Iuodij spoliarunt, nec non & complures Canonicos & alios captiuarunt) irritatus; locum hunc vtcunque muneri, in eoque militum præsidium vna cum Capitaneo Nobili Nicolao de Gorzij collocari voluit; Quibus institutis, nihilominus summa frequentia irruentes dum rigente hyeme paludosa & humidæ per circuitum loca, quibus alioquin aditus hosti præcludi potuisset, gelu constricta, atque indurata anno Domini 1595 iter siccum & calcabile præberent, post Iuodium iam captum & expilatum munitionem de L'affertè sibi tradi petierunt, nec difficulter à conterritis ac præpaucitate ac facili accessu imbecillioribus obtinuerunt. Sed vti de Iuodio agentes iam retulimus, Regius exercitus ex inferioribus partibus euocatus, sequenti anno sublata fortiter recuperauit, vbi inter cæteros Claudius de la Barlotte Coronellus à rebus in bello egregiè patratis memoria immortali dignissimus, valde emicuit, & egregiam cũ suis Capitaneis, & regimine hostem expugnando operam nauauit.

Oppidum L'affartè ante deuastationem à Gothis & Northman illatã ad modũ munitum fuit, vti ex ruinis etiamnũ constat.

CHINIACVM.

Chiniacum oppidũq; olim muris portisque instinctum.



Hinij oppidum ad insignem piscosumque fluuium *Stimois* sitũ, olim murorum ambitu, portis, ac propugnaculis egregiè ab Arnulpho Burgundo Chinensi Comite instructum, sed ijsdem modis destitutũ ideòque priore sua specie omnino priuatum, fuit ab ipsa sui origine eius insignis Comitatus, qui eodem nomine designatus, à nobis superius descriptus est à quibus cladem damnumque perceperit. Huius stragis & excidij causam dedère bella, quæ inter Chinensem & vicinum Barrensem Comitem acri marte desæuierunt. Duæ tamen inibi turris ingentis magnitudinis hodiè restare conspiciuntur, quæ vna cum ruinis & per ædificiorum dirutorum fundamentis oppidi eiusdem amplitudinem non mediocrem, qua quondam præfulgebat, demonstrant. Perstitit equidem in rerum natura ad nostra vsque tempora. Prioratus quidam authore Arnulpho Chinensi Comite anno 1097 congruis ædificijs constru_

Prioratus Chinensis ab Arnul.

constructus, competentibusque redditibus annuis liberaliter dotatu, cuius administros Religiosos Monasterij Sancti Arnulphi Metensis Ordinis sancti Benedicti sub eorum Abbatis beneplacito instituit, idque Henrici quarti Imperatoris, nec non Engelberti Treuirorũ Archiepiscopi, ac Pōponis Metensis Antistitis temporibus, qua de re tale autentici scripti fragmentum apponere libuit. *Comite A. D 1097. erectus redditibusque dotatus.*

In nomine sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis. Ego Arnulphus Dei fauente gratia non mediocris amplitudinis Comes d ctus, Omnibus Christi fidelibus constat ex veridica Salomonis dictum sententia Redemptio animæ viri, propriæ diuitiæ. &c. Et postea: Notum igitur facio quia ego Arnulphus pro remedio animæ meæ beato Arnulpho Ecclesiam Sanctæ VValpulgis infra Castrum meum Chisnei sitam legitima traditione concessi fratresq́, ibi ex eiusdem beati Arnulphi cœnobio, qui monachicam ducunt vitam, fore constitui. Quam deuotionis meæ traditionem, ne quis ei scrupulus vel calumniator, inuidus post dies obuiet, vtrorumq́, filiorum meorum Ottonis & Ludouici Nurus etiam meæ Adeleid manuum superimpositione confirmari volui.

Districtus Chiniacensis, quem Præposituram appellamus amplus, fertilis, & amœnus, nemoribus abundat opacis, spaciosis, & ferarum diuersi generis frequētia refertis. Qua ex re Comites olim isthic degentes plurimum delectationis haurire solebant, prout & modo Præpositi ad eiusmodi effectum ijsdem commoditatibus passim vtuntur, cui officio præfici assueuit quispiam sapientia, virtute genere, & diuitijs conspicuus: qualem superioribus annis vidimus esse nobilem admodum virum Hēricum à Barbanson, Dominum in Villemont, Mont Iardin, Soije ac vicecomitem in Daue: quem subsecutus est Claudius de la Bourlotte eques coronellus paulo ante nominatus.

Ferunt harum partium incolæ in syluis istis extare ruinas perantiqui cuiusdam castri, quod nimirum à quatuor illis vulgò nominatissimus fratribus Patre Aymondo progenitis inhabitatum olim fuisse affirmant ad cuius dicti confirmationem in proximo lapidem prægrandem ostendunt, solea ad eum fortiter allisa equi maximi, cui insimul dicti fratres ad bellum, quod contra Carolum magnum gessisse putantur proficiscentes vestigium impressum reseruantem. Et quidem quantum ad eiusmodi tantæ molis equum attinet, non credo narrationem veritate niti. Cæterum tamen fratres istos quatuor ex Principe Arduennæ Aymondo originem ducentes aliquando vixisse, atque admodum insignes in re militari extitisse, nolim inficiari. Quin & horum natu maximum Reynoldum pro Christi nomine martyrio fuisse affectum, Sanctorumque catalogo adscriptum eius dies festus, quem Ecclesia celebrat, notum efficit, & præter alia, ad eius honorem Deo dicata templa inter quæ est Ecclesia sancti Reinoldi apud vbios insignis licet parua cum adiuncto sanctimonialium Monasterio Ecclesia Coloniæ Agrippinæ propè S. Mauritium conspicitur, Vbi & imago ad templi parietem depicta quatuor fratres equo eodem insidentes, atque primum eorum maiorem Reynoldum diademate summæ sanctitatis nota circa caput redimitum, videre est. *Castrũ quatuor filiorũ Aymondi.*

Respubli-

Respublica Chinensis immunis à contributione.

Respublica siue communitas Chinensis id habet priuilegij singularis, vt ciues eius ab omni contributionum pensione eximantur. Quod olim à suis Principibus concessum huc vsque obseruatur: Eiusdem porrò reipublicæ moderatores esse solent tres viri prudentes, quos iuratos nuncupant, quorum est subditis Ius pro re nata dicere, & eosdem in vitæ tranquillitate continere.

Expeditis iam quæ de Luxemburgensis prouinciæ vrbibus tam muratis, quàm non muratis breuiter scribenda habuimus, ad succinctam pro instituto nostro notabiliorum Arcium vicorum, ac Dominiorum, descriptionem accedamus.

Wyltz.



Wyltz pagus est egregius, Vico constans indirectum producto instar plateæ vnius, habitatores habens frequenti multitudine negotiationi & labori admodum deditos, Circuitus eius montibus ac præruptis rupibus inæqualem situm exhibet, quæ arci præstantissimę pago imminenti antemuralis & propugnaculi loco esse possint. Arx autem ista cum connexo vico, amplissimisque possessionibus Baronię titulo gloriatur, cuius Domini ex perantiqua Comitum de Chrimi familia originem ducere videntur, vti non obscurè ex autentico scripto demonstrari potest, cuius hæc sunt verba: *Nos Godefridus, &c. In signum omnium prædictorum appposuimus hisce magnum nostrum sigillum, ac rogamus nostros dilectos fideles, & charos nepotes nostros Gerardum de Chauanc & Godefridum de Wyltz equites, vt in signum veritatis velint etiam eorum sigilla his apponere, &c.* Vnde perspicuum euadit, magnã esse Dominorum de Wyltz prærogatiuam, vt qui ex tam illustri sanguine exorti suam originem à Comitibus de Chimi acceptam referunt, qui cum bini olim ac indiuidui essent, modo tamen vnicum successorem habent Generosum Dominum Ioannem de Wyltz Baronem ibidem, ac Dominum in Stadtbredimus, Bad, &c. quondam Arduennæ maiorem præpositum, nunc verò pro Serenissimis Principibus nostris Archiducibus Theonisuillæ Capitaneum, ac Gubernatorem prudentissimum, nec non senatus supremi in Ducatu Luxemburgensi Consiliarium.

Incolæ pagi Wyltz negotiationi laborique dediti.

Nõ procul à pago Wyltz sacellum S. Pirminij frequenti Christianorum accessu celebrè conspicitur.

Non procul à Wyltz loco nonnihil ab hominum contubernio separato sacellum extat Abbatis Munsteriensis possessionibus anumeratum. Vbi Diui Pirmini Episcopi eiusdem Patroni suffragantibus meritis ac precibus multa indies miracula patrantur. Solent namque deuoti etiam è longinquo Christiani pro paruulis præcipuæ pthysi laborantibus ad Diui huius opem implorandam frequentes huc accedere, & missæ sacrificum celebrari procurantes, orationesque insuper suas deuote adiungentes, postmodum ad fontem lympidum descendentes in eodem paruulos suos lauare, quas statim sanitati restitutos, ad propria læti cum gratiarum actione referunt.

ANDA-

ANDAGIVM ALIAS SANCTI Huberti Vicus



ANDAGIANVS Vicus in Clivo montis mediocris ascensus, à Luxemburgo, & Leodio æquali duodecim milliarium distans spatio. Arduennæ, quantum ad qualitatem eius natiuam, quam frigus omnes esse nouerunt, cor occupat à Bastonia, Rupe, Marchia, Rupeforti, Nouocastro, atque Palizolio non infimæ notæ locis, vti centrũ quodam quatuor leucis penè paribus disiunctum, promontorijs cingitur accliuibus, situmque habet ciuili vitæ admodum seruientem, cuius incolæ per cõtinuam cum externis, præsertim Francica natione conuersationẽ moribus valdè Vrbanis sunt prædici, atque indies idiomate proiecto antiquo barbarismo, efficiuntur politiores. Complectitur autem plusquam ducentarum ædium pulchro ordine inuicem cohærentium, atque ex maiori parte affabrè factarum numerum. Quæ res eo aduentantibus magnam ob sui speciem affert oblectationem. Cum verò de diuersis ad diuersas prouincias peruium præbeat iter, mirum dictu, & creditu difficilè, quam frequens sit transeuntium curruum isthac, & bigarum, merces vehentium concursus. Sed illud vnum maximè deplorandum venit, quod cum murorum sit ambitu locus iste destitutus, sæpissimè militum molesto nimis confluxu, & nõ raro prædonum incursione, ac denique incẽdiariorum prauitate molestetur. Quod nisi infausto nimis casu accideret, ausim affirmare, vix ijs in partibus locum haberi hominum habitationi magis ad delectationem accõmodum. Vico isti initium dedit eius fundatrix Begga Ducissa, cuius alias meminimus; à qua etiam Andagiũ nomen accepit, quod ex rei euentu tandem in Diui Huberti appellationem abijt. Nam cum sanctissimus iste Leodiensium Præsul in humanis adhuc agens Ecclesiastico statui necdum adscriptus, pro Principum more venationi esset deditus, locaque hæc syluis ferarum feracibus exercitij gratia frequentasset, sæpius, ad sacra postmodum munia diuinitus euocatus, in eadem singulari affectu ferebatur, quin & ad gloriosam euectus sanctorum societatem miraculo contestatus est sibi perplacere, vt suũ corpus ex cathedrali ciuitate Leodica in hunc locũ humanũ deueheretur. Ex quo contigit, vti prætactum est, Andagij nomen in sancti Huberti vocem immutari.

Andagium vicus 12. milliaribus Leodio ac Luxemb. distans, ducentas continet ædes.

Andagium plurimũ à mercatoribus frequẽtatur, adeò vt frequens ibidẽ sit currũ transitus.

Begga Ducissa huic loco nomẽ indidit.

Eodem autem loco augustissimum illud sub ipsius sancti Huberti Episcopi patrocinio Monasterium ante annum Domini 800. fuit fundatum, in quo huc vsque à sua primæua origine Abbas cum Religiosis sub Diui Benedicti Regula gnauiter militasse noscuntur: cui modo post nobis notos *Remaclum à Martia, Ioannem Lamo k,* & *Ioannem Balla* insignes quondam Abbates, præest Reuerendus Dominus *Ioannes à Majsbenigh*, Præsul dignissimus. Ad huius Monasterij iura, quoad altum, medium, & bassum Dominium spectat, tam vicus ipse à sancto Huberto denominationem sortitus, quam amplius ille per circuitum districtus, terra sancti Huberti vulgò nuncupatus, qui diuersis iudiciorum consistorijs distinctus officiatos habet, iuxta vniuscuiusque secundum communes ac municipales leges exigẽtiam controuersias terminantes; A quorum plerisque subornatis prouocari solet

Andagij celebre ẽ inibi Monast. Huberti in quo Benedictini Deo militant.

ad pri-

Hubertini magnā in determinādis controuersijs iuris dictionē habēt, eamq; longè lateq; exercent.

ad primarium Diui Huberti siuè Andagianum iudicium. Qui verò hic per sententiam se grauatos existimant, possunt si lubet, vel Luxemburgum ad Concilium prouinciale, vel Leodium pro grauamine tollendo, sententiaque lata probanda, siue improbanda appellare: in quo casu tenentur Iudices instantiæ pri[illegible] se aut procuratorem vtrobiuis cōparere, respondere iudicialiter; atque eti[illegible] si res ferat, sententiæ perperam pronunciatæ condemnari, tum verò vel acquie[illegible]e, vel certè ad tribunal Mechliniense si Luxemburgi prius processum extitit, aut si Leodij ad Imperialem Curiam latius disceptaturi, appellare debebunt. Causa autem istiusmodi diuersitatis Iudicum prouenit, ex eo quod suprema & principalis prælibati Diui Huberti iurisdictio ambigua hucusque extiterit, & cuinā è duobus Luxemburgensi, an Leodiensi Principibus illam esse iure oporteat, sub iudice lis sit. Hinc etiam donec eiusmodi terminetur controuersia, contingit vt Hubertenses ab vtraque parte grauamina sæpe numero sustineant non modica. Quare & inter Principes iam conuenisse litemque terminatam esse, diu multumque exoptârunt. Cæterum Diui Huberti Cœnobium cum propter suam in possessionibus plurimis, quibus gaudet, & ædificiorum splendore eximio magnificam amplitudinē, tum ob vitæ & morum piam conuersationem, cultusque diui[illegible]

Quæ nam potissimum reddāt Hubertinū monasterium famosum ac celebre. Frequens Christiano rūad D. Hubertū concursus; illorū maximè qui à venenatis læsi sunt animalibus.

ibidem deuotè persolui à Religiosis soliti insignem maiestatem, ac de[illegible] pitalitatis liberalem exhibitionem, nec non Eleēmosynarum largam di[illegible]tiouem. Præcipuè verò ob miraculorum quotidianam gloriosi patroni p[illegible]nem, ad diuersos longè remotas orbis christiani partes dignitatis suæ fama[illegible] honore transmisit, atque etiamnum conseruat. Solet etenim huc v[illegible] peregrinantium confluere multitudo, quo sese, suaque D. Huberti tu[illegible] dent, vtque eius suffragantibus meritis ipsi & pecora sua a rabie & ment[illegible] tione præseruari mercâtur: aut si iam quidam eo malo præoccupati fo[illegible] huc adducti post nouem dierum peractam à sacerdotibus & alijs deuoti[illegible] cationem, obseruatisque quibusdam certis cæremonijs diuina operante cl[illegible] tia, vt plurimum liberantur & læti ad propria cum gratiarum actione r[illegible] Porrò vbi quispiam necdum id mali incurrisset, vereretur tamen ob mo[illegible] bidi, seu venenati animalis corpori suo imminere periculum huc adhuc [illegible] cidens exomologesi præmissa, & communione corporis dominici percepta, [illegible] Religiosum eius loci ad hoc ordinatum debet permittere sibi in frontis m[illegible]o sectionem exiguam fieri, eleuataque nonnihil pellicula particula sacræ st[illegible] quam Diuo Huberto ad munus Episcopale vocato, sanctissima Dei genitrix e c[illegible]

Nota de stola S Huberti, à Beata virgine cœlitus ei transmissa.

lo trāsmisit imponi; Quæ quidē stola quantæ nā sit longitudinis, cū sit conuoluta, nemo hactenus indagare plenè eam reuoluendo præ timore præsumpsit, sed tamen quod ex tam longo sæculorum eius vsu, & partium ablatione al[illegible] diminutionis acceperit, nemo hactenus animaduertere potuit. Cum d[illegible] que is qui ex animalis rabidi morsu, infectus, periculoque maiori expositus esse veretur, ob ætatis defectum sacramenti altaris percipiendi incapax habetur, debet vel à Religioso prædicto differendorum actuum iam recensitorum licentiam petere, vel ab eo qui eosdem actus adimpleuit, sacraque stola alias m[illegible]nitus est eiusmodi dilationem humiliter exigere (hic enim talis tali autho[illegible]

com-

communiter pollet) ac ætate tandem cópleta, deuotam peregrinationem nullatenus omittere. Contingit insuper, vt energumeni, quos malus dæmon possidet, multumque (Deo permittente) nocumenti adfert, ad Diui Huberti templum adducti, intra dierum aliquot spatia, post deuotam eius auxilii implorationem à pessimo illo hospite liberati cum gaudio domum reuertantur: quorum plerique, dum adhuc malo hoc laborarent, ipso cacodæmone intus agente diuersis & nunquam antè cognitis linguis loquebantur; quarum tamen iam à dæmone liberati, nihil omnino meminisse solent. *Energumeni ad D. Hubertum curantur.*

Vicus sancti Huberti atque etiam ipsum Monasterium & adiacentia loca iam inde ab initio grassantium hæresum grauissima damna atque molestias pertulerunt. Maximam autem quam nostra ætate perpessi sunt cladem, eam extitisse reor quæ anno 1568 mense octobri accidit. Tum enim nobilis quidam Francus, Ianlij cognomine caluinismo infectus, manu armatorum ingenti collecta ad Ecclesiam Christi exagitandam surrexit, nec non templis, imaginibus, ac omnibus sacris bellum atrox igne ferroque intulit Denique iter per Aureæ vallis Monasterium faciés, loca hæc Diuinis, & Religiosorum vsibus destinata deuastans, eadem etiam concremari iussit: dumque omnibus iam per totum Monasterij districtum, quę ipsis commodo esse poterant abreptis, domicilia reliqua igne æque perdere pararet, à quibusdam aulicis dissuasus, ideo quod ex indè, vti antea sæpe ipsi vsum hospitij istic semper habere possent, à proposito discessit, prohibuitque nè quicquam mali vlterius loco huic fieret, sæuitia igitur circa Auream vallem concepta nihil sopita, versus sanctum Hubertum, vt omnia eius ad internecioné delerent proficisci cæperunt, quod vbi rusticus quidá loco huic benè affectus perspexisset, eo statim celeri cursu properans, Abbati malùm imminens indicaturus, circa noctis medium illhuc pertingens, Abbatem Dominum Ioannem Lamoct è matutinis, quibus intererat, euocatum ingruentis periculi certiorem reddidit. Ille igitur conterritus, primò quidem officium diuinum in finem vsque placidè & tranquillè persolui voluit: sed statim fratribus omnibus in vnum congregatis cum tristitia summa, quantum post paucas horas mali Monasterio immineret, insinuauit, & D. Huberti sacro corpore ad locum securiorem, quo flamma pertingere non valeret, celeriter comportato, alijsque quantum per temporis breuitatem licebat dispositis, priusquam hostis adesset, sese præripiés, confratres adhortatus est, vt in proximis syluis fugientes tantisper delitescerent, donec hostes peracto scelere vlterius processissent. Summo itaque mane illucescente, diabolici satellites, qui tota nocte ambulauerant, eo consilio, vt Abbatem ipsum vna cum fratribus morte crudeli afficerent, ad locum appulsi, vt eius Dominum, Religiososque iam sibi fuga consuluisse animaduerterunt, in furorem vehementem acti, locum ipsum eo atrocius sæuire decreuerunt, atque statim ad horreum straminibus refertum, & lignorum congeries diuersis in locis positas cócurrentes igne iniecto omnia (ædificia dicto) citius vulcano tradiderunt; At verò, vt téplum ipsum ob lapidú, quibus constabat, vastitaté & altitudiné maximá, qua erat ab ea clade saluú persistere viderút, quorundá ad malú procurandú callidiorú instinctu, lignea quęque vtensilia, vtpotè scána, scrinia asseres, *Magna clades illata vico Monasterioque S. Huberti à Frãco quodam Caluinista A.D. 1568.* *Hubertini Monachi fuga sibi cõsulunt vna cũ Abbate.*

 sca-

ſcalas, & quæuis ex ligno aliaue materia combuſtibili occurrentia conferentes, exindè maximum in medio templi cumulum parauerunt: quo accenſo tãta flamma in altum ſurrexit, vt ad teſtudinem & tectum contingens, obuia quæque corriperet, atque deuoraret, & ad ipſam quoque inſignem turrim ſerpens eandem eodem modo conſumeret, vbi & campanæ circiter 24. diuerſæ quaſi [illegible]tis ad harmoniam muſicalem aptatę vi ignis liquefactæ, guttatim inter ruinas turris & murorum templi defluxerunt; ex quarum pondere muri ipſi vim nimiam perpeſſi, corruere ceperunt. Porrò quod ad ciues attinet, cum negotium præcipuè foret hoſti cum domo Dei, non admodum multum damni ex hac plaga feruntur accepiſſe, domus tamen monaſterio cõtigua, ab Vrbano ſcriba inhabitata ideò quod ad nepotem Abbatis ſpectare intelligeretur, ruinam extremam eo nomine perpeſſa fuit. Hoſtes dum ſuſceptum opus tam proſpere (vti indicabãt) procedere aduerterent, ſannis, ſcommatibus, ac blaſphemijs in Deum Diuoſque proiectis, Sanctum Hubertum irridebant, eidemque inſultantes improperabant, quod domum ſuam ab iſto tam infauſto euentu cuſtodire nequiuiſſet; ſed peruerſi nebulones non diu iſtiuſmodi vanis in ſanctum exprobationibus gauiſi ſunt, nam à malo cacodæmone ilicò arrepti, grauiterque omnibus conſpicientibus afflicti ab huius vitæ cruciatibus ad tartara æternum puniendi deſcenderunt, Reliqui autem in aliud vindictæ genus reſeruati, nihilo ex conſpectis ſociorum pœnis meliores effecti, inceptum, & euſque productum malignum opus proſecuturi, Brabantiam verſus tetenderunt, Quo cum perueniſſent, nihilque minus quam aliquid obſiſtentiæ ad manum eſſe ſuſpicarentur, eccè ab exercitu Catholico ſub Albano Duce inuaſi omnes penè ad internecionem vſque cæſi, proſtrati, atque deleti fuerunt, & iiſdem quibus priores æternis ſcilicet ſupplicijs pro temeritate, atque blaſphemia ſua mancipati, ipſe autem Ianlij militiæ antichriſtianæ caput, & Dux captus, & dicto Albano Duci oblatus dignas præſumptionis ſuæ pœnas [illegible]. Porrò nè Diui Huberti corpus in conſimile diſcrimen alias incidere cõtingeret, Poſtquam ad locum ſecretiorem, ea, qua diximus, ratione, delatum fuit, in publicum nullatenus prodijt, ſed vel eodem, aut etiam aptiori loco abſconditum in omnes hactenus præter certos è conſortio duos cum Abbate fratres latuit, antiquo illo ſuo id eſt in medio totius Eccleſiæ ſiue antè chorum loco, quando per Dei prouidentiam bellorum tumultus & pericula ceſſarint, fortè reſtituendum: miraculis interim & precum ibi fuſarum adimpletione nullatenus interruptis.

Templũ S. Huperti vna cũ turri flammis exuſtum.

Milites D. Huperto inſultãtes, miraculo è pu nitis extincti que

Nonnulli verò ab Albano duce in Brabantia capti ac cæſi, vna cũ ſuo anteſignano Ianlio.

Regitur Hubertenſis reſpublica à quatuor iuratis: quorum bini in dies ſingulos innouantur. Cauſæ verò quæ ad iudicij ſtrepitum pertinent, a Prætore & ſeptem ſcabinis diſcutiuntur, diiudicanturque. Hi autem in criminalibus, etiam vbi de vita agitur definitiuam atque irreuocabilem proferunt ſententiam: ſontes autem interim quod poceſſus adornatur, apud caſtrum inſigne de *Miruuart* carceri mancipati cuſtodiuntur. Sunt etenim Domini in *Miruuart* mediante ordinario ſuo ob id, & alia emolumenta, ad hoc & quædam alia tanquam Monaſterij S. Huberti aduocati & protectores obligati.

Miruuart carcer Andagenſiũ.

Eran

Brandenburgh

Brandenburgh insigne, munitissimumque Castrum cum dependentijs Baroniæ dignitate condecoratum à Luxemburgo versus Diedrich quinque miliaribus distans, situm habet in valle admodum profunda, adeò vt qui è vicini môtis vertice isthuc oculos deflectit horrore quodam præ distantia tanta percellatur. Ager eius admodum sterilis est, & præter auenam, terrestremque siliginem, quam vocant, vix quicquam ad cibum humanum faciens producit. Est tamen ad armentorum ouiumque nutritionem eius territorium valdè commodum; vndè inquilini plurimum emolumenti annuatim percipiunt, Huius Baroniæ Domini possessoresque esse noscuntur Comites Salmenses ij qui in Lotharingiæ Serenissimi Ducis aula grandi pollent authoritate.

Comites Salmenses sunt domini Baronia Bran deburgēsis in ardenna sita.

Non procul hinc egregia quædam parochialis Ecclesia extare conspicitur, cuius cum parochiani in diuersis & plerisque remotis pagis per circuitum habitantes, campanam ob excelsos montes intermedios minimè exaudire possint, hinc æditiuus templi pro more habet campanarum defectum ita supplere, vt conscenso montis cacumine primo quidem vna manu versus pagum in imo iacentem signo inclamet fortiter *Her op, her op, her op*; secundo autem brachio eleuato quasi rusticos aduocans grandiori voce clamet *her opop, her opop her opop*, Vbi porrò sacerdos pene in procinctu est, vt sacrum inchoët, æditiuus tertia vice montem ascendens, ad rauim vsque clamitat sæpius *her op, op, op, her op, op,op,her op, op, op*, quibus modis parochiani illi quo inuitentur non ignari, non secus ac si campanarum sonitu excitarentur, ad Diuini operis exercitium peragendum sese comparare assolent.

Mirabiles Campana in Ardēna.

Meisenburgh.


Meisenburgh excellens olim, & perquam celebre Castrum ruinas me do exhibet solo adæquatas, quibus lapidum acerui, muriqúe rupturis nimis offensi adiacent. Est nihilominus Dominium antiquissimum, ac prænobile Baroniæ titulo insignitum, cui & possessiones amplæ admodum adscribuntur. Pro situ vallem habet altissimam, eandemque montibus ac syluis circumcinctam, cui pagus populo gaudens numeroso cohæret à Luxemburgo duobus distans miliaribus, Agnoscit autem Baronia isthæc in legitimum suum Dominum Reuerendum, ac Generosum Dominum Ioannem Baronem in Brandenburgh / & Meysenburgh / Dominum in Scheuren, &c. Hic singulari in Deū pietate tactus, secerdotali gradu sese initiari curauit, ac exinde iam quindecim sunt anni, exemplum religionis auitæ omnibus in eum statum cooptatis rarum & ædificationis plenum exhibens Conuentui denique Prædicatorum Luxemburgensi Sacellum Sanctæ Trinitatis cum loco circumiacente ad clau-

Meisenburg castrū ruinis deformatum.

Quis Baroniæ Meisenb. præsit.

agendis virtute, & animi fortitudo proximis annis, dum Franci agrum Luxemburgensem depopulari niterentur, emicuerunt.

HOFFALIZE.



N Ardennæ partibus ad Oure fluuium sitam vrbeculam videre est, ex se quidem non admodum fortem, at verò propter amplissimam, eandemque munitissimam, qua defensatur, arcem sufficienti, & præ multis alijs præsidio securitateque gaudentem. Iacet hæc Hoffalizia in imo, castrum verò cacumen montis excelsi occupat, Dominio prægrandi per circuitum disperso, tanquam caput præeminens & amplissimis auitæ nobilitatis possessoribus cum suis membris subiectum. Ad huius radices Monasterium vtcunque ædificijs & reditibus ad vsum fratrum pollens extat, vbi Prior ex scholarium ordine cum subditis fratibus diuino operi deuotè insistit. In huius templo plurima magnorum, vt apparet virorum cernuntur monumenta, quorum inscriptiones præ vetustate obsoluerunt Inter quæ hæc alibi leguntur. *Hoffalizæ dominium.*

Cygist le Messieur Thierris sire d'Hufalize, qui deuia l'an Mille c.c quatre.

MONS SANCTI IOANNES.



QVAMVIS ipsa Luxemburgensis prouincia montibus vndequaque abundet altissimis, is tamen qui à Diuo Ioanne Baptista nomen trahit à Luxemburgo duobus distans miliaribus, reliquis omnibus supereminere videtur; quem syluæ amplissimæ per ambitum circundant, vsibus humanis perquam commodè seruientes Castrum in hoc montem florentissimnm ab antiquo fundatum, ob tantum qua erat firmitatem circumuicinis partibus ordinariè pro præsidio seruiebat. Vnde quoties hostium excursiones, populationes, atque quælibet infestationes patriæ imminebant, in hoc vno insigni propugnaculo militum numerus, quantus sufficere posse videbatur, ad hostiles insultus reprimendos solebat constitui. Quorum præcipue erat huc illucque discurrendo perlustrare, num hostis in procinctu, aut in insidijs latitans aliquid aduersus patriam hanc moliretur; Quo agnito, statim & se ad malum propellendum acingebant, & alios longè constitutos igne luculento tâquam signo dato ad diligenter vigilandum, sibique cauendum commonefaciebât. Ita castrum Diui Ioannis magnã semper attulit patriæ cômoditatẽ, donec ab hinc annis 54. ferueret inter nostros & Gallos bellum. Qui Galli aduertẽtes sese plurimũ, quominus prosperè ipsis succederet, à Carabinis (vti vocât) equitibus eodẽ loco positis impediri, ad illud castrũ vi nostris eripiendũ vno animo conspirârũt. Dum igitur eiusmodi proposito pertinaciter insisterẽt, & machinis ac quibuslibet alijs opportunis medijs vterentur, Victoria tandẽ potiẽntes, munitionẽ hanc in suã redegerũt potestatẽ: quã prius tormẽtis valdè quassatã ac labefactatã, ita nihilominus subuerterunt, vt ipsis indè abeũtibus sine ingẽti sumptu reparari nõ posset. Vndè Domini eius quanquã præpotẽtes valdeq; diuites sint, nequaquã tamẽ sibi in animũ induci permiserunt, vt vel mediocre eodẽ loco restituerẽt domiciliũ, qu.. totũ illũ lapi- ..um

Mons S. Ioannis præcipuè in ducatu Luxẽb. altitudinis. Castrũ huius montis olim fortissimũ munitissimũque.

Galli potiuntur Castro S. Ioannis illud que ferè deuastant adeò vt restaura... difficul...

portione dotatum, cui Priores ex Monasterio Molhemensi in Burgundia desumẽdos præesse voluit, quod & plurimis postmodum annis effectum habuit, donec à maioribus ob certas causas aliter disponendum videretur.

Est interim locus si ædificiorum formam, & hortorum, pratorum, aliarumq́ue commoditatuum cõstitutionem spectes, regulari vitæ, quæ solitudinem, & ab humanis commercijs secessum requirit, perquam aptissimus. In huius Prioratus Basilicę medio tumulata iacet prælibata fundatrix eius quæ & non procul indè Castrum à se prius excitatum Prioratus reliquis possessionibus adiecit, cuius tamen ruinas & obscura tantum vestigia conspicimus.

AYVVAILLE.


AQualia vernaculè *Ayuualle* ab aquarum fortè profluuio descendens, vicum designat celebrem, centum aut circiter domorum numero gaudentem, quæ in duos ordines ducto continuo protensos diuisæ, & se mutuo adspicientes plateam constituunt, situ amœnam, & hominum congressui, alijsque vsibus valde accommodam, A Luxemburgo prouinciæ capite, prolixo disiungitur spatio Leodiensi patriæ proximior, & ab eius Metropoli quatuor tantum miliaribus distans. Hunc vicum alluit insignis fluuius *Amblauia*, cuius vsus tum ad alia diuersa, tum ad vinorum Mosellorum Leodium versus transuectionem, & exinde optimæ ceruisiæ reductionem nauigiorum beneficio subseruit. Istius autem loci & adhærentium peramplarum possessionem Dominio temporali præeminet prior eius Prioratus præcellentis quem ibidem suarum Serenissimarum Celsitudinum Archiducalium in Ducatu Luxemburgensi antecessores ea iurisdictione dotauerunt: ad quem proinde spectat quosuis ibidem officiatus politiæ temporali administrandæ, nec non iuri partibus dicundo instituere, fratres item eiusdem secum ordinis S. Benedicti habere, qui officium diuinum [illegible]undum fundationis leges perficiant, & sic quædã vt primum sacrum legere, & summam missam cantare nulla die intermittant. Aqualiæ vicina Ecclesia habetur eius parochialis, singulari amplitudine, & decore magnifico resplendens, vbi ad eius primariæ patronæ Deiparæ virginis laudem, & gloriam magis magisque illustrandam Diuinam maiestas ab vndequaque cateruatim confluentibus deuotè inuocata, miracula operatur varia, magna atque frequentia, ob quã causam Basilica isthæc, & quod sit Deiparæ sacra à peregrinis vulgò *Nostre Dame de Dieupart* nuncupatur; à qua præcipuè beneficiũ exauditionis se gratulantur adipisci, dum pro paruulis sine Baptismo defunctis eius patrocinium confidenter implorant; Tum enim eius suffragantibus meritis isti ad vitam reducti, & sacra baptismatis vnde ab originis peccato, quo ab æternæ beatitudinis ingressu prohibebantur exempti, in filios adoptioni, assumuntur. Horum tamen eximiorum adeòque frequentium miraculorum consideratione permoti Christiani, absque intermissione locum hunc religionis ergò visitare, eundemq́ue magnis muneribus afficere solent quod tamen crebrius contingit, dum Diuæ Virginis festum aliquod mater Ecclesia festiuius concelebrat.

Aqualia fl. ius.

Amblauia fluuius Leodiens. commodus.

Basilica nostre dame de Dieupar miraculis per quam celebris.

AVIOT.



AVIOT Montimedio vnico miliari, Iuodio autem tribus, Luxemburgo verò vndecim distans, pagus est satis frequenti incolarum numero, & ædificiorum pro ratione illarum partium, splendore ornatus, Sed tamen ideò plurimorum sermone vsurpatus, atque encomijs celebratus, quod Basilicam sibi proximam habeat Diuæ Virgini Matri sacram: quæ si eius structuræ magnificentiam, & diuersi generis artificiosorum (quibus scatet) operum excellentiam spectes, hãc omnes alias huius prouinciæ Ecclesias sua laude ac pulchritudine vincere non absurde iudicabis. Tantum autem huic vni Dei domini ornamentum dedisse ferunt, quod eximia miracula inibi sæpe, ac sæpius patrata homines Christianos ad largas eleemosynas, quibus tantæ molis & magnificentiæ Basilica construeretur affatim obtulerint. Quæ quidem miraculorum signa in hoc vsque tempus fieri, vbi id expedire diuinæ videtur sapientiæ, nequaquam desierunt. Vndè & ipsi diuersarum prouinciarum per circuitum habitatores, einsmodi mirandorum signorum beneficentia magis ac magis in Dei amorem suauiter allecti, nunquam manus a sibi cõcessorum temporaliũ bonorum, elargitione hactenus facienda retraxerunt. Quo fit, vt ipsa Diuæ Virginis Basilica pluribus quotidie muneribus amplificetur, & cultus etiam Diuinus nullo decremento imminuatur.

Basilica D. virginis in Auioto pulchra atque admodum insignis quam miraculis olim celebris.

PRIORATVS VALLIS MONACHorum.



EXcelluit pridem in proximis Auioto Luxemburgensis patriæ partibus insignis, modoque extans Prioratus ordinis Sancti Benedicti, qui à Monasterio Diui Andoeni Rothomagensis Episcopi dependens, sub eiusdem sancti tanquam tutelaris patroni inuocatione titulũ Vallis monachorum à situ, quem in imo occupat, præfert; Beneficium istud bannum & mo eraliter dotatum initium habuisse putatur à temporibus Diui Mauri Abbatis, qui à sancto Benedicto ordinis institutore in galliam directus, religionis monasticæ per diuersa loca author primæuus extitit præclarus circa annũ Domini. 570.


Prioratus ordinis S. Benedicti.

Istis igitur pro nostro virili sic descriptis, quanquam plurima non minore etiã studio prosequenda restent insignia loca, ac dominia, ad finem tamen anhelantes, lector em beneuolum obsecramus, vt styli nostri ruditati pro sui animi candore ignoscens, & alijs erroribus in quos (alioquin grauissimis occupationibus distenti) hęc scribendo incurrimus amicè indulgens, nostrum ipsi complacendi qualecunque studium æqui bonique consulat.

Conclusio huius partis.

FINIS.

DE MORIBVS, ALIISQVE QVALITATIBVS LVXEMBVRGENSIS POPVLI.



QVemadmodum regio hæc, quæ Ducatus Luxemburgensis & Comitatus Chinensis, appellatione designatur, vastissima est, & amplissima; adeò vt plusquam septuaginta miliarium spatia ambitu suo contineat, atque ita necessum sit terminos ipsos extremos longo adinuicem interuallo distare, sic non vnam apud omnes inquilinos viuendi consuetudinem esse, sed aliam atque aliam verisimiliter consequitur; Quam etiam varietatē naturali quodam instinctu, idiomatum diuersitas similiter inducit. Qui enim germanicè loquuntur, linguæ suæ magis congruentes mores vti & qui gallicè, cum alijs gallis sympathiam maiorem habere videntur. Luxemburgi enim, quod totius prouinciæ huius caput esse diximus, idioma commune est germanicum, quod idem etiam est Arlunensibus, Theonisuillanis, Epternacensibus, Macherentinis, Vitensibus, Viendanis, & alijs quibusdam oppidulis, vnacum circumiacentibus vicis & pagis. At verò qui Bastoniam, Marchiam Rupem arduennæ, Nouum castrum, Houffaliziam, Durbutum, Iuodium, Dampuillerium, Montmedij Chinij, Vertonum, & circumuicinas partes, siue rura inhabitant, gallicam linguam sibi vernaculam habent. Itaque vt germani à gallis, quoàd vsum, & mores vt plurimum differre solēt sic inter hos varius prouinciæ diuersi idiomatis populos vsu venire contingit. Quocirca qui germanicè tantum loquuntur, grauitatis plus aliquid, galli verò leuitatis amplius habere feruntur, attamen neutrobique desunt, qui liberalius educati vtriusque qualitatis optimum temperamentum retinent, quorum numerus haud exiguus in oppidis muratis, tam metropoli scilicet, quam quibusdam proximioribus vti sunt Theonisuilla, & Arluno, reperitur. Horum mores ad vrbanitatem quandam, & decentem honestatem, proprius quam reliquarum germaniæ partis vrbium accedunt, ea vt existimo ratione, quòd continuam habeant cum gallis vicinis, nobilibus, aulicis & militaribus viris conuersationem, quo fit vt etiam eorum mores indies magis magisque politiores reddantur. His tamen vix cedere in minimo se fatebuntur, gallicæ puræ regionis ciues prius designati, Bastonienses, & alij, qui tum à naturali sua propensione, tum etiā ex perpetua cum alijs bene moratis consuetudine, videntur aulicam quandam siue vrbanam vitam præ germanis profiteri. Quod quidem intellectum velim de ijs maximè qui æquè muris aut mœnibus vrbium ad Mosam constitutarum sunt inquilini. Nam quod ad rusticos, qui rure siue in pagis degunt attinet, vtrobique minus habent in moribus ciuilitatis, qua tamen vt plurimum magis carent germani, quam galli, stupidæ nimirum & agresti antiquæ annorum suorum viuendi consuetudini inhærentes. Veruntamen hoc vnum in omnium huius prouinciæ incolarum laudem encomij vice palam fateri cogeris omnes pariter & germanos & gallos

Ducatus Luxēbur. amplitudo.

In Luxemburgensi ducatu partim germanico idiomate, partim gallico vtuntur.

Bastoniensium ciuilitas nobilisque mores.

Luxemburg. populi tam galli quam germani

fidei Deo & principi suo naturali semel datæ esse, & fuisse semper quam tenacissimos, à quareliquis penè prouincijs aut in totum aut ex parte currentibus, hæc vna nullis machinis sese vnquam dimoueri vel in minimo est passa. Quin etiam forti semper animo, hanc fidelitatem, quantumcunque aduersitatibus multum quoque diuq. e agitata, retinuit: & omnibus casibus euidenti argumento demonstrauit: Sic quod nulli scismati, hæresi, rebellioni, aut cuius id genus næuo locũ vnquam dederit. Quæ certè, vna summa & præstantissima, in simplici & Catholico populo gloria esse potest.

Prælati, ac Clerus Luxemburg. quales. Constat autem gens Luxemburgensis, Ecclesiasticis, nobilibus oppidanis siue ciuibus, atque rusticis de quibus sigillatim strictimque dicendum Ecclesiasticorũ ordo, prælatos quosdam cum suis conuentibus, & alia diuersi ordinis atque vtriuslibet sexus collegia, itemque sacerdotes sæculares, tam parochialibus ecclesijs præfectos, quam non præfectos, itemque eorum archipresbiteros, quos Decanos Christianitatis siue rurales vocant, comprehendit: hi omnes vbicunque constituti, suæ vocationi conformiter, prout par est viuere student.

Item Nobiles. Nobilium autem maximus in hoc Ducatu numerus inuenitur diuersis inter se gradibus distinctorum: sunt namque Comites Barones, & alij ex perantiqua nobilitate, eademque magnæ æstimationis progeniti, atque alij item non adeò sublimis notæ, quanquam veræ & indubitatæ nobilitatis familijs oriundi, ad quos & accedere conantur alij diuitijs pollentes, quarum subsidio sensim in nobilium classem irrepunt. Habent tamen veri & antiquo stemmate nobiles id animis suis firmiter impressum, ne connubia facile iungant cum his, quibus nouiter nobilitatis titulus contigit, verentes scilicet, hac mixtione, quicquam suo generi indecentiæ aut dedecoris afferri: adeò quidem, vt si quis forte, siue libidine carnis, siue opum splendore allectus, eò se induci passus fuerit, proximorum sui sanguinis grauissimam, ac penè irreparabilem incurrat ipse indignationem, In nuptijs porrò contrahendis tantus est rerum omnium apud nobiles ipsos apparatus, vt etiam principibus ad talia par esse posse, à quolibet non immeritò putentur, adeò nihil eorum quæ ad pompum, siue concurrentium maximam multitudinem, horumque inuestimentis pretiosis ornatum spectes, siue ferculorum & potuum exquisitorum, curiosam varietatem, ne dicam vanitatem attendas, siue instrumentorum musicalium harmoniam, ac denique quicquid ad huiuscemodi magnificentiam facere posse videtur, consideres, deesse patiuntur. Vnde fit quosdam, quibus res est angusta domi, ne generis sui notam incurrere turpem, præ alijs sibi æqualibus videantur, sæpenumero æs alienum contrahere nec multis post annis illud idem soluere valere. In puerperijs itidem, & paruulorum suorum baptismatibus, atque item defunctorum propinquorum exequijs nobiles huius patriæ de magnitudine sumptuũ, & splendoris inuicem certare videntur, adeò nimirum sunt hac in parte indiscretè zelosi; dum plerique omnes stemmati suo his alijsque modis sese adæquare cõtendunt: malè interim ferentes si quis reliquorum magnificentia sua palmam eis præripiat, qui certè vsus, seu verius abusus ad mediocritatem decentem, reducendus, à legitima potestate meritò videretur. Nobilibus porrò in subditos ius, vt plurimum competit, non modo fundalis (quam vocant) dominij, sed etiam bassæ, mediæ,

Qui verò sunt nobiles, studiosè cauẽte suã dedecorent familiam cum hisque nouellam aliquã præ se ferũt nobilitatem.

Hinc interdum magnum æs alienum contrahunt.

Certant inter sese de sumptuum magnificentia.

mediæ,& aliæ iurisdictionis: sic vt de criminosis saluo meliori ordine iudicia per se constitutos iudices, morti per diuersi generis tormenta violenter etiam addicendo exerceant, vtique ius æquè Prælatis patriæ huius per suos officiatos exercendum competere dignoscitur.

Cæterum oppidum, qui vrbium muratarum ciues existunt, nec nobilitatis titulo gloriantur: distinctis inter se gradibus etiam differunt. Quippe quorum alij alijs tanquam rectores, ac iudices præeminent; quibus in subditos tanta est imperandi, & de causis controuersis alijsque negotijs cognoscendi, & iudicandi potestas, quantum ipsis Princeps patriæ suo speciali concessit indulto: quos limites, nulli impunè licet prætergredi. Qui inter ciues maioribus pollēt facultatibus, atq; simul industria aliquid valēt, pro maiori parte negotiationi, siue mercaturę dant operam, res nimirum diuersas humanis vsibus accommodas, hinc atque indè cōquirendo; easdemque tempore & loco congruis, lucro competenti, distrahendo. Alij autem, quorum fortunæ angustiores existūt, diuersis opificijs diligenter intēdunt, quo familias suas honestè ac decenter sustētare valeāt. Vnde & illud in rēpublicam cōmodi resultat, quod eius omnibus membris, quæ necessaria & apta sunt; ad manum semper habeantur: sic nimirum suas singuli sibi inuicem operas communicant, vt verbi gratia, à lanificibus pannu à pistoribus panes, à cerdonibus calcei, & sic dereliquis, pecunia parata, aut certè credito, dum res fert, indigentibus subministrentur.

Oppidanorum simpliciorum hominum status & conditio, discretioque. Vacāt partim mercaturæ, partim in manualibus exercitiis.

Verum si qui (quales non pauci vbique hoc calamitoso inueniuntur sæculo) tenuioris sunt fortunæ, victum sibi oneribus ferendis comparare solent, dicunturque mercenarij diurni, quorum satis dura, & difficilis est conditio, quibus videlicet præter labores continuos & grauissimos, vix panis siccus, in cibum quotidianum aqua maceratum suppetit, vel ideo maximè quod hi tales, plerique omnes prole multa, instar Hebræorum apud Aegyptios magnis olim oppressorum luti & laterum laboribus, sint onerati. Ve vero fortunarum in cuiusque Reipub. corpore magna est diuersitas, sic victus & vestium, itemque ædificiorum, non vna est apud omnes consuetudo & modus, lautius scilicet alijs epulantibus, splendidiorique vestitu amictis, & domibus magnificentioribus vtentibus, alijs verò in his omnibus multum deficientibus, & quo minus sunt opibus instructi, eo etiam minus in earum vsu gaudentibus. Eiusmodi etiam proportio seruari solet, in celebrādus nuptiarum conuiuijs, quanquam meo iudicio, quemadmodum de nobilibus attigi rationis metas in suis apparatibus excedant maximè, dum videlicet vltra quam earum facultates patiuntur exquisitas tam in ciboquam potu epulas construunt, & in numeros pene ad duos træsue dies conuiuandum conuocant amicos ac vicinos; qui tamen donarijs suis (quæ certa hora ad tympani & fistulæ sonitum sponso & sponsæ mensæ cū parentibus assidētibus offerūr) vtrūque sumptus eiusmodi subleuant. Veruntamen non tam planè quin amplius grauentur nuptiarum instructores, multo maximè ob sponsalium, & contractuum matrimonij præcedentes impensas æque in eundem finem factas.

Tenuioris fortunæ homines, ferēdis oneribus victum sibi parant idque difficulter.

Victus vestitusque apud Luxemb varius diuersusque.

Similiter dum puerperia seruant mulieres, & proles recens natas batizari curant, earum parentes apparatus faciunt subinde splendidiores: hac tamen moderatio-

ratione ſeruata, vt vicinæ fœminæ eo conuenientes ad hilaritatem conuiuantes, ſymbolis à ſe collatis, vinum quod exhauſerũt parata pecunia exſoluant, ac domũ deindè ſæpiuſculè nonnihil temulẽtæ reuertantur, qui mos maximè Luxemburgi & in viciníoribus oppidis vigere cognoſcitur.

Quis exequiarũ modus apud Luxemb. vituperandus, quis laudandus. Eccleſi 22.

Dum quiſquam huius alteriuſuè ſexus ætatis iam maturæ vita defungitur ſtatim atque ab officio funeris reditur, accedunt vicini vltrò ad defuncti ędes, atque pretio ad vinum & eſcas comparandas propoſito, ſuperſtites conſanguineos, combibendo, ſuper morte amici ſolari conantur, quod mihi quidem ſatis inconueniens videtur, temporique incongruum, Nam *Muſica*, & ſi placet, etiam ępulæ, *in luctu importuna narratio eſt* vt inquit Salomon.

Exequias porrò pro defunctorum animabus piè admodum & deuotè in eccleſia vigiliarum, & miſſarum complurium officijs ad duos, treſuè dies continuatos celebrare conſueuerunt, ac præterea largas propter Deum eleẽmoſinas cibi & potus in pauperes diſtribuere, inſimulque prima & principali die cum ſacerdotibus, qui officij ſui operas impenderunt, modeſtè admodum & ſilenter prandium ſumere, quo & gratijs peractis Paſtor, quiuè eius vices ſubit, breuem orationem habet ad præſentes, priuſquam de menſa ſurgant, regratiaturque, quod precibus & ſacrificijs animæ defuncti ſubuenire contenderint, vtque æqui bonique conſulant moderatum prandium precatur, tum denique manibus defuncti requiem, à Deo deuotè poſtulantes ſurgunt & abeunt, gratias dicentes pro liberali refectione ſibi impenſa,

Ruſticorũ Luxembur. functiones.

Ruſtici tandem, rure ac in pagis habitantes, toti in agrorum culturâ (quæ ſummæ eorum ſunt deliciæ) occupantur, quo miſeram ſuam vitam ſuſtentare, atque Dominis ſuis annuum frugum cenſum pendere valeant. Sunt enim pro maxima parte hi tam corpore quam rebus ad alios, ſiue Princeps ſit patriæ, ſiue ſubalternorum quiſpiam Eccleſiaſticus, aut ſæcularis Dominus propriè, ſpectantes, vt nec hęreditatem alijs vendere, nec alio migrare, alijſque ſeſe ſubmittere Dominis citra licentiam Dominorum ſuorum valeant: quibus & in recognitionem eiuſmodę ſubditionis partem aliqualem rei venditæ numerare totiens quotiens, coguntur.

Mira eorũ frugalitas, victuſque tenuitas.

Modus autem ruſticorum in omnibus agendi, præter nutrimenti (quod aqua, pane atro, offis, piſis, larido, communiter conſtat) vilitatem, ẽſt, quemadmodum ſupra inſinuaui, admodum in plerisque ſimplex, & ad ſtuporem vſque agreſtis: quamuis inter eos non deſint quamplurimi prudentia quadam pollentes innocentia & ſimplicitate ornata; adeo vt verius malitioſi dici queant, à quibus niſi quis decipi velit, maximè cauendum.

Quę feſta ſtudioſius colant.

Solemnitates quaſdam diligenti obſeruantia colere ſolent, vti nimirum Eccleſiarũ ſuarũ dedicationes, quo & extraneos amicos conuocare, & cũ illis hilariter conuiuari, & compotare, atque etiam choreis vacare, ad fatigationem vſque contendunt, vbi & rixæ contentiones & pugnæ rarò deſunt, per vigilia denique nonnulla vt exempli cauſa Epiphaniarum, Diui Martini, Sanctæ Crucis, ex antiquorũ traditione potibus indulgentes in multam noctem deducunt, qui mos æquè apud ipſos vrbanos (ſuperius recenſitos) etiam inoleuit

DE NVNDINIS PATRIAE Luxemburgensis.



Xplicatis vtcunque pro instituta nobis breuitate ijs partibus primarijs, quibus primo & præcipue Ducatus hic Luxemburgensis cum adiuncto sibi Comitatu Chinensi constituitur, & integratur commodum videtur subiungere, quæ, & vbinam nundinæ diuersæ annis singulis per eundem districtum identidem recurrant, si primum obiter retulero qualitatem aeris vt plurimum haberi vbique pene gratam & animantium sanitati valde congruam. Quo fit, vti & ex alijs concurrentibus causis incolas præsertim per Arduennam longam admodum præ reliquis populis ducere vitam, adeò quidem, vt me præter alios vidisse meminerim binos senes vegeto adhuc corpore, nouum vltra centesimum ætatis suæ agentes annum. Quod quidem colligere licuit ex eo, quod affirmarent se eo tēpore, quo Carolus audax ante Nancæum occubuit, iam annorum viginti singulos extitisse. Porrò dum hæc referrent, annus Christi agebatur 1586 quanquam non id solum aeris beneficio tribuendum existimem, sed etiam pariter vt attigi, alijs causis quarum haud postremam existimo frugalem ac moderatam vitam, cum è diuerso plures gula siue excessu perijsse ferant sapientes, quàm gladio iuxta versiculum illum: *Et gula plus noxæ, quam ferus ensis habet.* Adijciunt & quidam non absurdè meo iudicio, soli ipsius siue territorij sterilem præduramque conditionem, Vndè duros homines adeoque longissimæ durationis, generari, educari, & sustentari arbitrantur. Hisce vt plurimum aqua lympida aut simplex, alijs ferrugeneitatis siue mineraleitatis, vt ita dixerim, quiddam admixtum habens, saporemque indè referens potus, panis verò hordeaceus, aut alius grossus & ater, cibus existit.

Nundinæ Luxemb. quæ & quibus annis potissimū temporib. occurrant. Ardennæ incolæ plerūque lōgæui, idque ob bonitatem aeris, vicinū quæ; circumstantiam.

Ecclesi. 37.

Hæc sic intelligi volo, vt in vastissima hac prouincia portiones insignes esse non negem, vbi anni quatuor partes omnis generis frugum & plantarum productioni, & ad maturitatem vsque perfectioni, aer est perquam accōmodatissimus, Vinum namque ad Mosellam circa *Egel* præsertim & *VViltingen* pagos, non insipidum nec infrequens oritur, at alibi vtpote circa Theonisuillam, Macram Comitis, Epternacum, Remich non vsque adeo grati est saporis, Siligo autem, triticum auena, ordeum, & alia prout maior aut minor est territorij bonitas, plus minusque crescunt: at poma, ac reliqui arborum fructus rarenter vspiam in isto districtu desiderantur, quanquam diuersitatem non nullam, qualitas, vt dixi, ipsius soli varia adferat; Est & frequens in ista prouincia hypocaustorū vsus, quo hyemis ingentem asperitatem inquilini mitigare satagunt: sic vt noctu, ac interdiu, dum ab agrorum laboribus feriantur, vix eos alibi, nisi fortè ante luculentum in culina ignem, reperias.

Quibus in locis optimū nascatur vinum apud Luxemburg. Hypocaustorū frequēs apud illos vsus.

Feracissima itidem hæc regio est pecorum; nam non solum in suorū vsus boues oues, porcos, equos, & id genus alia abundantissimè profert, & nutrit, sed etiam diuersis per circuitum prouincijs, eiusmodi quæ superfsunt transmittit; vnde non exiguam pecuniæ vim in annos singulos huc recurrere contingit: Qua re

Pecorū vngēs prouentus, qua &

liqua

in alias transferū-tur reg. ões liqua quæ desunt, & ad commoditatem huius vitæ requiruntur, comparari possint, non minima accedit.

Negotiatio nes frequētes. Negotiatio hinc aliasque ob causas in diuersis huiusdem Ducatus partibus satis vigere dignoscitur; quare præter ordinarias, & hebdomadales mercaturas, in notabilioribus vicis seruari solitas, nundinæ insuper celebrantur, non parum tam populis quam cuiusuis generis mercibus frequentes, vbi eæ competenter ab alijs distrahantur pretio accepto, ab alijs eodem numerato acquirantur. Harum nundinarum cathalogum contexere hucque inserere à nostro proposito minimè alienum iudicantes, easdem hoc ordine numeramus.

Nundinæ quando Luxembu. celebrētur. Luxemburgum Ducatus totius Metropolis præter binū in hebdomadis singulis citia intermissionem haberi consuetum mercatū, nundinas ampliores celebrat tribus anni deuersis temporibus, lunæ videlicet die post octauas Epiphaniæ, deinde in die cinerum, mense denique Augusto, à festo Diui Bartholomei ad Dominicam vsque festum decollati Sancti Ioannis proximè sequentem inclusiuè, quæ quidē in fine Augusti, & initio Septembris Nundinæ cæteris duabus lōgè antecellunt, quo nō solū vicini, sed ex exteris & locis remotis ac regionibus merces vendendæ & emendæ, maximo numero frequentiaque aduehuntur, Sunt autem huiusmodi nundinarum durante curriculo dies aliquot quibus nundinæ ipso celebrius exercentur, in quibus ipsa Diui Bartholomei, Ioannis Baptistæ, & Dominicæ sequentis feriæ, multis præcellunt nominibus.

Arlunensi. nundinæ. Arlunense oppidum ad ordinarium hebdomate feriæ. 2.3.4.5. mercatum, nundinas præterea solemnes habet ter in anno; quarum primæ die Iouis prima ineūtis anni, secundæ, die martis post Penthecosten, ac demum tertiæ in festo Diui Martini celebrantur, quæ omnes mercium & mercatorum multitudine, præstantiaque admodum excellunt.

Item Theonisuilla. Theonisuilla, dum Ecclesiæ parochialis suæ dedicationem solemni ritu in festo Exaltationis sanctæ Crucis annuatim recolit nūdinis pariter & maximo populorum tam ad amicos visitandos, quam mercimonias exercendas confluxu, frequentatus.

Bastonige paris en Ardenne. Bastonia quatuor gaudet nūdinis. Bastonia emporium quodammodo totius prouinciæ primarium atque ob hoc *Paris en Ardenne* vulgo nuncupata, præter quotidianas mercaturas fotumque hebdomadale, quod in feriam incidit, nundinis gaudet per annum illustrioribus quatuor, In cathedra videlicet Diui Petri, in Natali Diui Ioannes Babtistæ, in festo Sancti Iacob maioris Apostoli, necnon & prima die Octobris Diuo Remigio Episcopo sacra, In quibus omnibus mirum dictu quanta rerum omnium isthuc affluentia vndequaque aduentet.

Epternam itidem. Epternacum itidem nundinis quaternis in anno illustriæ habetur, quæ in Diui Sebastiani festum, Palmarum profestum, alteram Penthecostes. Sanctique Vvilibrordi festiuitatem incidunt: quando & præter alia, pulli equorum venum magno numero ex remotis, & proximis locis adducuntur.

Dietirch. Dictirch oppidulum, Diuæ Gertrudis festum solemniter admodum recolens nundinas pariter non spernendas concelebrat, vbi tum aliæ cuiusuis generis merces, tum

tes, tum verò cæparum acerui penè infiniti distrahuntur, sic & pannorum omnis qualitatis huc affertur copia, quorum idcircò pretium aliquanto quam alibi remissius esse multi experiuntur.

Rodermacheren, Diui Nicolai Episcopi festum diem vna cum mediocribus nundinis solemnizat, quarum merces præcipuæ, triticum, siligo, aliaque grana, butyrum, item, linum, telæ, & pannus laneus.

Wiltz vicus nobilis, & Baroniæ honore illustris, mercatum seu nundinas ad Diui Lucæ festum magna vndequaque confluentis populi frequentia, multisque præsertim boum, equorum, ouium, & pannorum mercimonijs obseruat.

Auioth oppido Montmedij proximus pagus templo præstantissimo, sub Diuæ Christi matris Mariæ inuocatione admodum illustris, nundinis per annum gaudet quaternis, ijsdemque sat celebribus: harum primæ primam diem Maij festo sanctorum Philippi & Iacobi apostolorum sacram, alteræ vincula Petri, tertiæ decollationem Sancti Baptistæ Ioannis, ac demum quartæ sanctorum Simonis & Iudæ apostolorum celebritatem sic occupant, vt tum non minus Dei parentis honorandæ, quam aliquid mercandi gratia, maxima multitudo eodem concurrat. *Auioth.*

Helpert pagus editissimum montem sibi proximum habet, vbi annuatim altera Inuentionis Sanctæ Crucis insignes nundinæ, pecoribus præsertim id est bobus, ouibus, porcis equis, ac etiam pannorum ingentibus sarcinis celebrantur. Helpecht

Huderscheidt pagus non ignobilis, ad nobiles Dominos de Esch spectans ipsis Diui Petri vinculis nundinis frequentatur insignibus, vbi quemadmodum & in præcedentibus pecorum quorumlibet domesticoruum mercimonia vtrinque exercentur, horum autem inter alios ex Leodiensibus, Stabulensibus, & Malmundarijs non pauci mercatores communiter reperiuntur. Huderscheidt.

Einelter pagus in ipso Exaltionis Dominicæ Crucis festo mercatum seruare assolet. Ein Elter

Biessen pagius ad possessionem Dominorum de Crichingen spectans postridiè Sacrosanctæ Trinitatis nundinis gaudet mediocribus. Biessen.

Soluer, quod latinè Solubrium, quasi Solis vrbem, gallicè *Soleuure* reddimus, binis illustratur ijsdemque sat celebribus nundinis, quarum priores feria tertia post dominicam Lætare, posteriores postridiè Diui Galli Abbatis in Octobri seruantur. *Soluer quasi solis vrbs*

Rettenhouen oppidulum muris olim cinctum, modo vero ijs dirutis retento priori priuilegio, vndequaque peruium & apertum, nundinas seruat secunda post primam dominicam Octobris feria, adeò splendidas & amplas vt nullis earum, quas hactenus recensuimus, siue hominũ confluxum spectes, siuè mercium multitudinem, & varietatem, itemque præstantiam attendas, cedere merito quis iudicet. Eo namque non modo vicini & prouinciæ indigenæ, verum etiam Treuerenses, Metenses, Lotharingi & alij è remotioribus partibus negotiandi gratia conueniunt: vbi & poculis ac commessationibus eousque indulgeri à quibusdam solet, vt præfecti ac iudices ob lites ac dissidia indè prouenientia quosdam mulctis grauioribus punire soleant, quod & subinde tum accidit, dum chorizantes tripudia sua iniurijs, iurgijs, aut percussionibus mutuis inficiunt. Retterhouen celebritate nundinarum cæteros Luxemburgẽses pagos superat

Ff Mun-

Mõdorff Mundorff egregius satis pagus, Marchiones Badenses & Domines de Mander scheidt ut quibus Comitatus de Rousij ex æquo pariter competant Dominos recognoscens, biuas per annum nundinas celebrat, harum alterę Diui Mathæi Apostoli & Euangelistæ, altera verò Diui Michaelis Archangeli festum occupant.

S. Johãs bergh vbi olim Iohannitæ habitárunt. Sanct Johansbergh id est Mons Sancti Ioannis, Iano olim tempore Paganismi sacer, postmodum fidei Christianæ doctrina imbutus, militari religioso ordini Iohannitarum habitaculum præbuit; quo bellorum nequitia, alijsque occasionibus, ibidem extincto, hucusque nihilominus in natali Diui Ioannis Babtistæ Patroni tutelaris, non modò celeberrimum festum confluentibus vndequaque deuotis populis, vbi & plurimos morbo laborantes ab eodem Diuo nuncupato ad sonitum instrumentorum musicalium, donec defatigantur, cadantque mortuorum instar saltitantes, & Diui Ioannis subsidium implorantes, videre est, verùetiam nundinæ seruantur mediocres.

Morbus Diui Ioannis musicorum instrumentorũ sonitu olim profligari solitus.

EGEL pagus reliquijs D. Dionysij atq; pagis a gaudet. Insignis quod dã ibidem antiquitatis monumentũ cõspicitur. Egel, Ducatus Luxemburgensis, extremus orientem adspiciens, pagus, sesqui altero miliari à Treuirensi vrbe distans, patronum Ecclesiæ suæ parochialis Diuum Dionysium Areopagitam, cuius & præstantes habet reliquas, vt potè summitatem cranij capitis eius crucis signum a Diuo Paulo Apostolo, dum in Gallias ipsum Episcopum cum benedictione ablegaret miraculosè impressum visibiliter retinens, potronum honorat, in cuius solemnitate, cum deuotionis, tum etiam mercandi aliquid gratia vicini Treuirenses, & alij magno aocurrunt numero, resque venales diuersi generis aut proponunt, aut comparant, qua consuetudine accidit non contemnendas annuatim hic etiam seruari nundinas, ac prsertim pecorum. Sed priusquam progrediar, commodum videtur attexere egregiæ cuiusdam & perãtiquæ huius pagi structuræ lapideæ quæ tota ab imo vsque ad summũ quadratã gerit figuram, incipitque inferius a basi per quatuor facies amplissima, sursum autem pyramidis instar paulatim latitudine minori assurgit, inque imaginem aquilæ globo prægrandi insidentem, nec non alas expandentem, sed modo capite truncatam desinit. Quibus autem auctoribus, quandoue, & quibus ex causis eiusmodi magnifica structura prodierit, nusquam repperi quosdam tamen audiui opinantes hic nuptias inter Constantium, & Helenam Augustos in istis partibus celebratas repræsentari; ea scilicet inducti ratione, quod duarum personarum sibi mutuo dextras quasi coniugium ineundo porrigentium imagines affabrè a parte primaria totius huius monumenti sculptas conspiciant, horum porrò sententiam infirmo admodum niti fundamento conuincit omnino tabulæ scriptura, quæ sic habet.

DT CM

Epitaphiũ quorũdam Principum Treuirẽsiũ

N NS SECVNDINVS SECVNDI PVBLIAE ET PAGATE CO
IVGI SECVNDINI AVENTINI ET ISACCIO MODESTO MA-
CEDONIS FILIO ET IESVISI SECVNDINVS ET AVENTINVS
ET SECVNDI SECVRVS PARENTIBVS DERVNCTIS ET VI-
VI VT ARRINITINI EVERVNT.

Sic in

Sic in monumento prætacto patenter scriptum repperi. Ex quo satis liquet nullatenus hic Constãtini & Helenæ coniugium referri, quippe quorum nihil fiat ist hic mentionis, sed aliorum nẽpe Auentini, Secundini Isaccij, Modesti, Macedonis, & aliorum: qui qualesnam, quone æuo extiterint, non est facilè cõijcere, interim viros fuisse auctoritatis magnæ, siuè principes, monumenti magnificentia persuadet, imò & Constantini Magni tempora eosdem longe antecessisse, non solum vocabula ipsa, (inter quæ Macedonis vnum videtur ad Noë patriachæ pene spectare ætatem) verum etiam structuræ ipsius forma, eiusque euidens antiquitas non improbabiliter iudicat. Sunt & qui affirmant ijsdem auctoribus, aut saltem artificibus excitatam fuisse hanc structuram quibus aram Idoli Lunæ in Arlunensi oppido, cuius ruinas etiam non paucas vidimus fabricari accidit, similitudine nimirum artis vtriusque, quæ etiamnum relucet.

Andagium, quod hodie à Diuo Huberto Monasterij amplissimi inibi existentis patrono nomen obtinet, vicus est in Ardenna, muris, mœnibus, fossis, ac portis carens. adeoque multis bellorum præsertim tempore, incursionibus vndequaque irruentium militum, prædationibusque & quibuslibet calamitatibus expositus (vti & loci ipsius moderni, Domini Ioannis à Maasburgh Abbatis, funesta in captiuitatem per Hollandos abductio, totiusquetam Monasterij, quam vici sacrilega expilatio, & litri quadraginta milium florenorum exactio, heu nimis, commonstrat) De cuius loci, & vicinorum eodem spectantium supremo dominio inter Luxemburgensem & Bullonienſem Duces, lis indecisa à multo tempore pendet. Seruantur etiam hoc in burgo, præter hebdomadalem binum, diebus mercurij & Sabbati, mercatum, tres illustriores in anno nundinæ, in profesto nimirum Sanctorum Philippi & Iacobi Apostolorum, prima die Septembris Diuo AEgidio sacra, & tertia Nouembris, quando sancti Huberti Episcopi solemnitas maximo populorum concursu inibi celebratur.

S Hubertus.

Ingẽs litrũ quodab Abbate S. Huberti Hollãdi exegerũt

Aliæ porrò inferioris notæ nundinæ in diuersis Ducatus Luxemburgensis vicis seu pagis ailjs seruari solitæ, studio breuitatis hic nominatim non adscribimus.

DE FLVVIIS PROVINCIAE Luxemburgensis.



EST etiam fluuijs quamplurimis Ducatus iste non fine magno incolarum cõmodo, irriguus & permeabilis, quos inter Mosella Obrincus antiquis dictus Principatum facilè obtinet. Huius nomenclaturæ causam ali qui asserunt, quod è Mosa & zella fluuijs, priusquam mediomatricum partes attingat, simul commixtis componatur. At horum opinatio non ineptæ redarguitur falsitatis, si quis Mosam fluuium, equè aut magis insignem diuersum omninò ab hoc esse consideret. non autem eundem cum Mosella. Mosa enim vocabulo suo continuè retento, post multos eosque magnos in se absorptos alios fluuios, in mari germani cum tandem influit, Mosella alia omnino via, Confluentiam Treuirorum vsque continuatum suum nomen in

Mosella Luxẽburgẽsiũ fluuiorũ præcipuus celeberrimusque.

Deriuatio nõinis Mosellæ satis inepta.

sequitur, indeque Lotharingiam contendens, fines nostros sensim deserit.

Prumia profunditatis & latitudinis non contemnendæ fluuius, non procul ab amplissima Benedictinorum Abbatia Prumiensi profluit, indeque iam grandior effectus propè Epternacum sese in Suram exonerat.

PRVMYA flumen vnde & Prũiẽse monasteriũ nomẽ trahit.

Our mediocre flumen ex fonte insigni circa Diui Viti oppidum originẽ ducens per Viennam labens, eius ciuibus & vicinis pisces diuersos ac præsertim insignes Salmones ex Sura (in quam propè Epternacum ingreditur) ascendentes subministrat non paucos.

OVR salmonũ captura gaudet.

OVRT Ourt fluuius insignis ex Eysliæ partibus initium habens, per *Hoffalize. La Roche & Durbuy* Luxemburgensia oppida leniter fluens, multis alijs riuulis ac nominatim eiusdem secum nominis in Arduenna fonte scaturiente nascente auctus, Aqualiam vulgo *Ay Vaille* deueniens, Ambliuiam fluuium absorbet, tantumque incrementi accidit, vt hinc Leodium, indeque denuò, ascensui & descensui reciprocò nauibus onustis *Ourt* fluuius dorsum commodè præbere par inueniatur.

SIERE Siere fluuicolus ignobilis, pago Suren oriundus, post minores intra se absorptos amnes & fontes aliquot, molendinis quibusdam tantum agitandis pratisque non nullis rigandis vsui esse videtur. Hic interdum resolutione niuium, seu pluuiarum confluentium assiduitate in tantum crescit, vt alueis sui constitutione id causante rapidissimo cursu suo transituris terrorem maximum incutiat, nec rarò equites quam pedites transire tentantes, & quantumuis contranitentes suis fluctibus miserè submersos inuoluat, eo præsertim loci quo proximè supra Mertert pagũ, Mosellam fluuium ingreditur.

Extant & alij in Ducatu Luxemburgensi fluuij minores, vtpote *Mammer, Ernst Attert, Petris,* & similes, quorum descriptionem sigillatim facere, breuitatis studio, supersedemus.

Subiungenda equidem syluarum hic ęquè magno numero existentium foret recitatio, sed quia opusculum hoc hac ratione in immensum quodammodo excresceret, earum quasdam longè maximas, adeoque bonam Ducatus partem amplitudine sua occupantes, ac in his proximam Luxemburgo Grunenwaldt id est viridem syluam antonomasticè dictam, alio transitum facientes dicimus.

Itaque vt huic opusculo finem faciam, fateri palam oportet, maximam ex Luxemburgensis Ducatus cuiuslibet gradus inquilinos, partem, vt naturali quadã propensione, sicut in Dei & Principis sui obsequia sunt affecti, sic & robore corporis & animi fortitudine eorum plurimos singulariter pręstare, hincq; infinitos arma ad hostiles impetus reprimendos sumere, & ab his conatus militares ad vtilitatem publicam felicissimè sępius peragi.

FINIS.

IN-

INDEX RERVM PRÆCIPVARVM IN HAC HISTORIA LVXEMBVRGENSI CONTENtarum.

A

Alber-

D.

E.

F.

G.

Petrus

 mitt

FINIS.

DEORVM SACRIFICIORVMQVE GENTILIVM.

CVM AD VITANDOS ETHNICAE SVPERSTITVTIONIS RITVS, ET CEREMOnias: tum ad ſacros profanoſque ſcriptores probè intelligendos delucida, & ſuccincta deſcriptio.

R. & V.

D. IOANNIS BERTELS GRVDII Abbatis Epternacenſis.

Nunc primum in lucem edita.

Cum indice locupletiſſimo.

Confundantur omnes qui adorant ſculptilia & qui gloriantur in ſimulachros ſuis pſal. 96.



COLONIAE
Apud Conradum Burgenium.
A. D. M D C VI.

ADMODVM.


REVERENDO ET VENERABILI IN CHRISTO PATRI ET AMplisſimo Domino.

D. REINERO.

IMPERIALIS MONASTERII D. Maximini propè Treuerim.

Abbati dignisſimo.

S P.

OC de gentilium Dijs fictitijs, eorumque ſimulachris opuſculum, ideo colligere, & in præſentem formam redigere lubuit, Reuerende Domine, Confrater Obſeruande, vt noſtrates ij, qui potisſimum ſimplicitatis cultores exiſtunt, ad manum haberent, vnde priſcorum temporum in iſtis, quas incolimus, mundi partibus tenebras, ſummamque in qua iacuerunt noſtri progenitores, infœlicitatem agnoſcant; eximiumque deinde Dei beneficium, quo ex talibus eruti ſunt miſerijs, luce Chriſtianę fidei colluſtrati recognoſcentes, tantorum bonorum largitori gratias indefeſſe peragant, & decantent. Cum verò inter eos, quibus diuino munere amplæ poſſeſsiones in ijs locis, vbi cæcitate mentis inuolutus miſer populus, dæmonijs olim cultum & cæremonias (Deo ſoli debitas exhibuit,) obtigerũt Tua R. Paternitas quã plurimis, ne dicã omnibus in Treuerẽſi pręſertim territorio, & Luxenburgenſi Ducatu palmam eripiat. Hinc ob eum, qui nobiſcum mutuo intercedit, amorẽ, hoc ipſum de Dijs Gentilium qualequale opuſculũ fraterno affectu T. R. P. offerendum exiſtimaui vt ſub eius fœlicibus auſ-

picijs lucem aſpiciens, tanti Patroni tutelæ commendatum tutius, minusſque à rodentium dentibus læſum candidis lectoribus euoluendum proferretur. Quod munuſculum ſincero affectu, vti offertur, ita vt T. R. P. acceptet, etiam atq; etiam rogo, Deumque immortalem ſupplex precor vt in præſenti gratia ſua, & in futuro ſanctorum gloria. T.R.P. miſericorditer beare dignetur.

Epternaci decimo Iulij, 1605.

Tuæ Reuerendæ Paternit:
deditiſsimus confrater & amicus.

IOANNES BERTELS.
ABBAS EPTERNACENSIS.

PRO-

PROAEMIVM AD LECTOREM.



Vamuis Apocriphis aut Gentilium libris, eorumque prophanis scriptis, nullam Ecclesia Catholica tribuat auctoritatem, nonnulla tamen ex vtrisq; testimonia in nouo testamento ab Apostolo vsurpantur. 's namque de Magis Pharaonis loquens, ad Timotheum hæc verba habet; Quemadmodum, Ioanes & Mambres restiterunt Moysi, ita & hi*(: hæretici videlicet:)* resitunt veritati. *Quæ vtique Magorum nomina (glossa quædam ait,) in Apocriphis Apostolum libris legisse. Similiter quod Iudas Apostolus, in suæ canonicæ epistolæ capite primo de Enoch prophetante profert, nusquam prætereà in diuinis libris compertum; ex apocripho illo Enochi titulum præferente opusculo videtur hausisse: Sed & Diuus Hieronymus hac de re suum tale in Vigilantium hæreticum scribens, proponit iudicium:* Operis & studij mei est,*inquit,* multos libros legere, vt ex plurimis diuersos carpā flores, nō tam omnia probaturus, quā quæ bona sunt electurus *Hæc ille, Eiusmodi igitur libros, (modo contra Catholicā nostram fidem, aut bonos mores pugnare non videantur), absq; periculo legi posse nequaquam dubitauerim, etiamsi in se nullam veritatis speciem contineant, habendaque interim inter apocryphos distinctio est. Quidam enim eo nomine prænotantur, quia incerto titulo diuulgati: & licet puræ veritatis viam sequantur, authoris tamen nullam denominationem præseferunt, vti nimirum Euangelium Nazaræorum. Deinde alij idcircò apocriphi nuncupantur, quod eorum veritas ambigua sit, vt sunt de Saluatoris nostri, & Beatissimæ virginis Infantia libelli, item de eiusdem virginis assumptione secundum corpus libellus; de quo beatus Hieronymus ad Paulam, & Eustochium sic scribit:* De assumptione tamen eius, qualiter assumpta est, quia id vestra deposcit intentio, præsentia, absens scribere vobis curaui, ne forte, si venerit in manus vestras illud apocriphum de transitu eiusdem virginis, dubia pro certis recipiatis, quod multi latinorum pietatis amore studio legendi charius amplectuntur, præsertim cum ex his nihil excerpi posit pro certo, nisi quod hodierna.

2. Timoth. 3.

Iudas apostolus.

Hieronymus.

Apocriphis libris etsi nulla certa tribuatur authoritas, vti tamen ijs interdum licere.

diterna die gloriosa migrauit à corpore. *Hæc Hieronymus. Ecce igitur, vbi doctor præstantissimus, aut alius grauus sane, & perantiquus eius operis scriptor, eatenus fidem tribuit apocryphis, quatenus ratione dictante huc sese adduci patitur. Quæ quidem ideo præmittenda putaui, vt lectores eo candore, hoc, quod de Gentilium Dijs, nō ex diuinis, neque ex omnino sacris, sed promiscuis scriptis, adhibito iudicio compillaui, euoluere velint, nec quæso obijciant, quod de Gentilium dijs tractare ad virum regularem, eumque Abbatem Monachum minime pertineat. Quibus ego (: si me sic canino dente rodere attentent:) æquali ratione respondeo, Cur illi Vergilium, Ouidium, Homerū, Terentium manibus quotidie peruoluant, nec non authores alios, quibus castæ mentes nusquam inhærere debeant, similiter cur tractent, atque antiquorum Deorum, Imperatorum, ac Poetarum numismata è collo suspendant, vel in loculis gestent. Longè profectò securius Gentilium Deorum originem inuestigare, eorum cultus, & loca describere, eorumque aras & templa diuersis in locis posita breui calamo depinxerim, ad eorum insaniam elucidandam diluendamque, nostramque fidem confirmandam. Spero interim, cum ea sub certitudinis qualitate liberè a quouis vsurpari absque noxa periculo possint, prout ego videlicet recensuero, nec ideo oriatur scrupulus aliquis cum passim eiusmodi apocryphi à Christianis absque peccato legi possint, modo tamen hoc Apostoli dictum;* Omnia probatæ, quod bonum est tenete, *sibi semper in mente præfixum habeant.*

Deprecatur author veniam, cur de Dijs gentilium opusculum hoc conscripserit.

1. Theselon. 5.

R. & V.

R. & V.

D. IOANNIS BERTELS GRVDII.

ABBATIS EPTERNACENSIS TRACTATVS.

DE DIIS DEORVMQVE gentilium Sacrificijs.



Pusculum igitur meum lubens & intrepidè aggrediar, & ea quę vel auditu, vel lectione, vel experiētia, seu visu percepi, in aliquem cumulum seu ordinem redigere conabor, cunctaque vti aliàs solitus sum, breui compendio comprehendam, Nec prius ad veram seriem descendam, quam Idolorum & simulachrorum fundamenta veluti ijs partibus infixa, in medium breuiter pertulerim. Inprimis autem inuenio Ninum Babilonis Regem, Abrahami Patriarchæ temporibus vixisse, qui Patrem Belum, Auum, Nemproth, Abauum Chus, Attauum Cham, Tritauum Noe habuit, Is itaque Ninus patrem, tantopere dilexit viuum, vt ipso demortuo in mœrore ex obitu concepti solatium, Imaginem seu Idæam illius fieri curaret. Cui tantum honorem, tantamque reuerentiam exhibuit, atque authoritatem, vt quibuslibet reis ad eam confugientibus noxam dimitteret. Quo sensim factū est, malo dæmone instigante, vt cultum latriæ (soli Deo debitum,) muto simulachro insensatus populus iste deferret: habuitque ea res tantum breui temporis spatio progressum, vt hoc exemplo prouocati quamplurimi, per orbem populi, ac etiam Reges, & potentiores, alijs suis defunctis parentibus, idola constituerent: quibus & singuli pro sui idiomatis proprietate Beli nomen elaturam. quæ iam dijs tantum tribuenda videbatur, non pauci indiderunt, hinc nomina illa Bel, Beel, Baal, Balim, Beelzebub, Beelphegor &c. originem traxisse.

Ninus Abrahami tempore viuens patris Ideam post obitum coluit, hinc que idolatria exorta putatur.

Successu porrò temporis, Deo sic permittente honor diuinus, alijs atque alijs, sub proprijs etiam & distinctis vocabulis exhibitus fuit, vti videlicet in Aegipto ISIDI, Apud Cretam IOVI, Apud Mauros IVBAL, Apud Latinos FAVNO, Apud Romanos QVIRINO, Apud Athenas MINERVAE, Apud Samum IVNONI, Apud Paphos VENERI, Apud Lemnios VVLCANO, LIBERO Apud Naxos, ac denique apud Delos APOLLINI.

Consimili dementia hisce in regionibus iam indestatim post tempora Nini Regis, cuius superius mentionem feci, Treuirenses, Luxemburgensesque vicini reliqui beligicarum prouinciarum populi correpti, Idolorum Gentilium culturæ sese totos manciparunt, ijsdemque delubra & fana numero & fastu incredibili excitarunt, Nimis verò ille prælibatus duas successiuè vxores, hanc Reginam Chaldæorum, illam Semiramidem habuit; ex quarum prima videlicet Regina filium Trebetam genuit: ex secunda vero vnicum filium

Quo tempore Treuirenses ac Luxemburgenses idololatriæ cultui fuerunt dediti.

Ninus Rex duas habuisse vxores fertur.

Profugus insignem nostram qui condidit vrbem,
Treueru huic nomen dans ob factoru amorem,
Quæ caput Europæ cognoscitur auctoritate,
Filius eius Hero patrũ hæc epigrammata pono.
Cum ad Inferias hic cum Ioue Mars tenet Aras,
Sydere concordi pax est non dissocianti.

Ex his cum itaque manifestè videatur, quanam iste nefarius cultus ratione, veluti anguis in multas regiones, & maxime in hasce prouincias serpserit, Horum falsorum Deorum aliquas speciales annotationes, breuiter hoc paruo nostro opusculo comprehendemus: vt quisque eas legens animaduertere possit, quanta freti nunc Dei gratia ab ista miseria immunes euaserimus. *auctoris scopus & intentio in hoc conscribendo opusculo prophano.*

DE SATVRNO.



Saturno aiunt, fuisse patrem Arijum, Nini fratris Trebetæ filiũ, quem hominem, prudentia quidem, at non æque simplicitate, verum malitiæ potius præditũ veteres tradiderũt. Quem à Noë Patriarcha Cretensi inuestitum regno Bælus & Ninus manu violenta exuerũt. Qua re consternatus, Saturnus, Noë Patriarcham accedens eidem vim sibi factam exposuit, Sicq; in Regni Italici partem assumi impetrauit. Erant autem ea tempestate duæ in Italia nationes, quarum vna Ianigenes (ab oppido Ianiculo per Noë Ianum ædificato) altera Aborigines dicebatur, atque huic postremę nationi hic Saturnus à Noë præficiebatur, eo itaque mox in loco Saturnus oppidum ædificauit, & illud à nomine proprio Saturniam vocauit. De his duobus oppidis Virgilius hoc epigramma octauo AEneidos libro scriptum, reliquit. *Belus & Ninus Saturnum fugant.* *Saturnus excitat oppidum, cui & nomen suum indidit.*

Hæc duo præterea disiectis oppida muris.
Reliquias veterum, videas momumena virorum,
Ianiculum huic fuerat, illi Saturnia nomen.

Hinc quia præclaris ille eiusmodi factis apud omnes refulgebat, ab illius tempestatis hominibus in Deorum numerum relatus fuit, eique tandem Romani insigne templum dedicauerunt, in quo & illius Idolum erexerunt, quoniam autem diabolis ob crudelitatem, cuius est author, humani sanguinis effusione plurimum gaudet, illud Idolum puerilis sanguinis immolatione maximè delectabatur. Huius quidem Saturni imago ab hominibus mente captis pingebatur, vti vir quispiam senecture, claudus, canus, vultu tristis, falcem sinistra tenens, dextera verò binos pueros gestans, cuius descriptionis ratio eiusmodi redditur. Quod nimirum ideo senis personam referat, quia Niues & Pruinas procreare fingitur. Tristis verò, siquidem à Bælo & Nino è Cretensi regno pulsus fuerat, Denique falcem & pueros gestat, quia pueros eo instrumento peremisse perhibetur. *Romani excitant Saturni templum.* *Saturni imago qualis.*

Saturni nomen tres Deos apud Gentiles authoritatis magnæ, pariterque

Saturnus Cham, Saturnus Nemroth, Saturnus Sabatius. *Sathanari oppidum Luxenburgensem Saturno olim dicatum.* *Godefridus Dux Bullonensis prope Virdunum insignem olim construxisse arcem dicitur.* *Psalm. 113.*

celebritatis, fumme appellatos fuisse fertur. Hunc Saturnum Cham, illum Saturnum Nemphrot, alium denique Saturnum Sabatium, cognomento Dis appellauerunt. Quorum postremus supremum cultum & principalem immolationem obtinebat. Successu denique temporis Saturnum ferunt nostrates fanum accepisse in Luxenburgensis territorij conterminis locis, ex quo & *Sathanaij* oppidum nomenclaturam suam traxisse autumant; vbi Idolo huic, seu potius Dœmoni sacrificijs, & ritibus diuersis populi circumpositi ministrabant, ac potissimum pueros paruulos in eius honorem iugulantes, eorundem sanguinem scutellis ad hoc confectis exceptũ fundebant. Tandem diuina accidit miseratione, locũ hunc non ita procul à Virduno dissitũ, ad Christianam cum alijs circumuicinis Religionem conuerti, vbi Godefridus Bullonius (vt dicitur:) qui ob res bene gestas Rex euasit Hierosolimorũ, arcẽ insignem, hodieque extantem nomine pristino relicto, modoque Sathanaij nuncupatam à fundamentis excitauit.

Hic dum excœcatæ gentis insaniam altius contemplor, non satis admirari possum, quanam diabolicæ arte, creaturam aliquam (:omnium plasmatore & conditore Deo omnipotente relicto:) pro Deo adorauerunt: non considerantes quod propheta Dauid ore spiritus sancti de idolus humano opere fabricatis effatus est, *Os habent & non loquentur, oculos habent & non videbunt, manus habent & non palpabunt, pedes habent & non ambulabunt*; quæ inclyti Regis dicta à Spiritu Sancto suggesta, horum mores & cultus aperte consultare, & directè condemnare videntur: atque id genus alia meditans, ego mihi alium longe diuersum præfigam Saturnum, quem non quidem adorare, sed venerari merito nos Christiani tenemur, Beatum inquam Petrum Apostolorum principem, quem non fabulosè: sed vere Saturni proprietatibus, sub saniore explicatione indentidem describere possum; vnus ille claudus, canus, senex, tristis, falcem & pueros gestans, est. Nec quoad caniciem, alia pręter naturalẽ interpretatione indigemus, quantum verò ad tristitiam attinet, quem amarius ob propria peccata fleuisse, propterque animarum interitum doluisse legimus Diuo Petro? Claudus deinde, ab omni criminis labe verè dici potest, qui & claudos ex vtero matris natos verbo in Dei saluatoris nomine sanauit. Denique probè falcem scilicet, claues regni cælestis à Christo illi collatas, quibus fideles iudiciaria potestate à peccatis solutos, dignos pronunciat æterna illa beatitudine, quo & eius dextera ipsos tanquam modo genitos infantes rationabiles, sine dolo aspirare docet, dicens. *Christus passus est pro nobis, vobis reliquens exemplum, vt sequamini vestigia eius.* Nos igitur diuina ratione ducti, hunc Saturnum non pro Deo, sed eius assistente non adoremus, sed honoremus, veneremur, & imploremus, dicentes.

Petrus Apostolus cur saturnus dicatur ab auctore. *Actor. 3.* *Matth. 16.* *Petri. 2.*

Sancte Petre ora pro nobis.

DE IO-

DE IOVE.



Illud vocabulū apud Aegiptios idē significat quod Pariarcha; hinc omnes, qui in famosa aliqua familia primogeniti erant, sese Iouis nomine vocitabant. Quo vocabulo, etiā post diluuium Noë tēpore, tres, quorum memoria valdè celebris, nuncupabantur; siquidē Iupiter Belus, Iupiter Lysania, & Iupiter Rex Cretensis Saturni filius ea voce gauisi sunt, de quorum postremi gestis mira referuntur. Ille autē, cui Gentiles tantum detulerunt honorem, fuit (: vt probabiliter fertur:) Iupiter Lysania: Is ex filijs Heber originem traxit, & iam grandæuus factus in Archadia habitauit, vbi (:quia vir magni ingenij:) cū Atticos rudes adeo esse videret, vt brutorum ferè adinstar viuerent, ijs ante omnia legibus constitutis, publico instituto viuere aliter edocuit: Atque vbi iam omnes humanis moribus imbuisset, ad Deorum cultum moniris adduxit, arasque ad id cum templis extrui curauit, ac ijsdem sacerdotes instituit. Denique qui antea fœminas communes habuerant, primus eos matrimonia celebrare docuit, multaque id genus alia quæ magnæ politiæ specimen præseferebant, composuit. Quare cum Attici Syluestres hæc de hoc magnanimo viro conspicerent, eū pro Deo reputantes, Iouem appellauerunt, inque Regem suum elegerunt, vnde in tantum erga eum Atticorum creuit amor, vt illi magnificum in Arcadia, siue in monte Olympico extruxerunt delubrum, quod post illius obitum, lustris multis celebre admodum permansit. Ante eius templi introitum Syluam vtcunque amplam & ornatè dispositam Ioui Deo plantatam fuisse manifestum est; idcirco potissimum, vt omnes illud Idolum inuisentes, antequam templum ingrederentur, ramos prius ex arbustis amputarent, quibus Aram Iouis inter immolandum adornarent: seu etiam hunc in finem, vt milites ex militia victores cum triumpho de superato hoste adepto reuertentes, illicò ad Iouis Aram properarent, nec non decisis ramis ex hoc nemore, tempora cingerent, ac denique ijs & similibus velut in gratiarum actionem spurcissimum Idolum, ei victoriam attribuentes multis ceremonijs coronarent. Nec Dæmoni sufficiebat, quod tantum populum ea circumuentione in Arcadia obstrinxisset, verum & in hanc orbis plagam, illam infectissimam, abominabilemq; pestem asportauit, atque Luxenburgensem ducatum quondam contaminauit grauiter; Testatur idipsum aperte oppidulum Iuodiense quondam satis celebre, modò autem bellorum frequenti incursione deuastatum: Ibidem enim cum ea pestis adhuc his in partibus grassaretur, Gentiles solemne templum, & Idolum Ioui sacrum adornauerunt, eiq; velut Deo solemnes hostias obtulerunt: vndè, ex adeò frequenti, & numerosa ibi immolatione facta, tandem oppido Iouis nomen per participationem quandam relictum est. Nam si (:vt alias fusius dictum:) gallicum vocabulum *IOVIS* aliquantulum torqueas atque in eo. O. ante V. transponas, inuenies IVOIS, supple templum. Quadere, quia, alibi egimus, dicta repetere haud quaquam opus esse arbitror. Nullibi autem huius Idoli specificatiue tanta vestigia hodie extare existimarum,

Iupiter Belus, Iupiter Lysania, Iupiter Cretensis.

Iupiter ex filijs Heber.

Iupiter instituit sacerdotes.

Attici Iouem pro Deo habent.

In monte Olympico Statua Iouis & plurique,

Plantant Ioui Syluam.

Iuodium in Ducatu Luxenburgensi solenne templum Ioui dicatum olim habuit.

Iuodium à Ioue dictum.

rum, quam in Macedonia, Ibi est quoddam celebre oppidum *Scopia* nominatum, a Ciuitate Tessalonica tribus forsan diætis distans, in quo Christiani moderno tempore cum Turcis commixtim habitant, non ita procul inde mons Olympus apud Poetas celeberrimus videtur, cuius in summitate nubes cæli penetrante Ara adhuc quædam superba extat, quam Gentiles olim Ioui Deo solemnem reddiderunt. Nec verò Treuerensis ab ea pestilentia ciuitas immunis euasit. Cum namque illis sæculis totam vrbem Gentiles suis simulachris decorassent, fictilibusque Dijs ornassent, tandem post aliquot aristas, simulachrum Iouis eminenter præ cæteris honorauerunt. Causam tantæ erga hunc Deum venerationis indè sumentes, quod cum longè latèque præfati Treuirenses multas prouincias sibi subiugassent, vrbesque ad tributum quotannis soluendum coegissent, magnum illis vectigal annuum imposuerunt, quod annis aliquot cum magna pompa eis etiam transmiserunt: Attamen vbi Colonienses, Argentinenses, Basilienses, VVangiones, atque Maguntinenses illud graue iugum diutius ferre recusarent, seseque tantarum virium esse, qui possent facilè Treuerensibus resistere, protinus æstimantes, vectigal sibi impositum denegarunt, atque (:vti legitur:) per triginta abinde integros annos non persoluerunt. Sed aras & focos sibi vendicantes, propria libertate vti voluerunt; Quo temporis spatio tandem elapso, contigit vt grandine desuper cadente, omnes eorum agri, vineæ, ac cuncta virentia, non sine illorum immenso damno concuterentur: ex quo prælibatis incolis maximus horror increuit, eiusque quamprimum infausti casus, causam in Deos Treuirenses ob vectigal tam diu retentum coniecerunt; Idcirco rem seriò cordi sumentes, inito consilio, censum annorum triginta collectum, Treuirim per suos legatos miserunt: qua ratione Deos placarent, & alias fortasfis, vti præsagiebant, à se imminentes similes pœnas amouerent, quapropter etiam se deinceps singulis annis ex primaria institutione solutores spospondent. Treuirenses itaque hinc elatiores effecti, tam immensum thesaurum ex improuiso recipientes, indè pretiosi marmoris statuam erexerunt; Cui Iouem rei prætactæ authorem reputatum, scutellam auream duorum pedum latitudinis in manu tradiderunt ad cuius pedes hæc sequentia verba in tabula itidem superba insculpta erant. ***Ioui vindici Trebirorum ex censu quinque vrbium Rheni per tria decennia denegato: Sed calesti terrore extorto placabile holocaustum.***

Scopia oppidum Macedoniæ aram habet celebrem Ioui dicatam.

Treueris adorabatur Iupiter & quare.

Grando concussit vineas & agros Coloniensium, Argentinensium & Treuerenses recipiunt diu retentum vectigal.

Iupiter Treuerensis scutella aurea decoratur

Erat autem diabolica planè industria excogitatum, vt Thure, vel Balsamo, seu quauis alia odorifera specie in scutellam iniectis, odoriferus fumus absque igne flagraret. Si quis hoc fabulationi attribueret, dico eum multorum historicorum probatorum maximè veterum, vti Galbæ antiquissimi viatoris scripta contemnere. Is enim inter stupendarum rerum à se visarum enarrationes sic inquit. ***Audi præterea quid mireris: Treueris est ciuitas Galliæ nobilis, vbi quidam Senecio residet, cuius hospitio vsus sum per duodecim dies in suburbio ciuitatis, imaginem ferream Mercurij volantis magni ponderis ostendit in aëre pendentem::***

Galba viator antiquus scriptor.

dentem: Erat autem Magnes (:vt hoſpes idem mihi monſtrauit:) ſupra in fornice, itemque in pauimento: Quorum naturali vi è regione ſibi ferrum attraxit, ſicque ferrum ingens, quaſi volitans in aere remanſit: Vidi etiam in eadem vrbe ingenti & pretioſo marmore Iouem auream ſcutellam duorum pedum latitudinis tenentem, huic, hoc erat inſcriptum. Ioui vindici Trebirorũ &c. vt ſupra. Quæ omnia viatoris dicta noſtræ ſententię ad verbum congruere videntur: Non longe deinde à Candia mons inſignis conſpitur cui nomen Ida, eo etidem loco Iupiter (:vt ferunt:) à capra Amalthea nutritus fuit, vbi ille multos annos vixit, & inſigne templum erigi curauit, ad cuius introitum in lapide quodam (: græcis tamé literis:) hæc appoſuit. *Purga pedes, laua caput, & intra.* Quo velocius ad finem propero, eo plura de hoc nefario Idolo mihi dicenda occurrunt, vixque locus aliquis ſuper eſſe videtur, in quo veneficia ſua veſtigia non reliquerit. Nam & in Babylonia ſedem habuit: quippe cum Semiramis Nini Babilonis vxor Trebetæ nouerca mortuo marito vrbem Babilonicam ampliaſſet, in eaque duo palatia plane regia, quæ ciuitati maximum adferebant ornamentũ, ſuperbè ædificari curaſſet, in medio celebris illius oppidi templum ſumptuoſiſsimum, in Iouis honorem ædificauit, in quo tunc temporis Chaldæi aſtrorum curſum obſeruabant.

Patria Iouis Creta ſet Candia.

Idolum Iouis in Babilonia.

Chaldæi obſeruant curſum aſtrorum in templo Iouis Babylonici.

Iupiter Paduanus.

Paduæ præterea ſuperbum & plane magnificum olim templum Ioui ſacrum fuit, ex quo principes poſtea Chriſtiani monaſterium diui Benedicti fecerunt, illudque cum annexa æde diuæ Iuſtinæ ſacrum reddiderunt. Hic Iupiter filium Solem nomine genuiſſe cum duabus filiabus Diana & Minerua fertur, quod etſi à Pœtis ad fabulas mirè transferatur, veritati tamen poſsibilitati nihil repugnare exiſtimauerim.

Iupiter pater Solis Dianæ, & Mineruæ.

Eſt denique quędam alia regio per benigna *Amanum* nuncupata, ab Amon videlicet filio Loth nomen trahens, in qua hactenus Gentiles beſtiarum more vixerunt, & vſque ad annum Domini 1550. Gentilitia conſuetudine Idolis ſeruierunt. Quo tempore aliqui patres ex ſocietate Ieſu hanc prouinciam peragrantes, ad Chriſtianam fidem reduxerũt, & baptiſmatis fonte diuinum verbum ſeminantes, omnes Chriſtum amplectentes abluerunt. Illi cum ibidem ſolemne templum Ioui ſacrũ repeririſſent, in quo gens obcœcata fictilitio Deo, immolationem quotidie impendebat, ex contaminato ac ſpurciſsimo loco, templum Deo ter opt. max. ſacrum, Idolum deijcientes magno labore effecerunt.

Ieſuitæ conuertunt ad fidem prouinciam Amanicam.

Ex templo Iouis Ieſuitæ excitant templum Chriſtianorum.

Verum enimuerò quanquam hic infinita de hoc abſurdo & plusquam fæditiſsimo Idolo poſſem in medium proferre, tamen ijs tædio affectus ſuperſedebo, aliumque multo celebriorem, mundiorem ſaniore ſtudio Iouem, Diuum inquam Paulum amplectar, illum magnum gentium Doctorem, Eccleſię lumen ſplendidum, qui non ea, qua ſpurciſsimus ille Iupiter ratione, barbariem à gentibus ſemouit. Ille namque ſubditos ſuos ad falſorum deorum culturam pertraxit: hic verò magiſter magnus Gentes verum ac omnipotentem Deum Ieſum Chriſtum viui & veri Dei filium adorare docuit, Iupiter

Paulus vocatur Iupiter & quare.

sibi templa ædificauit, aras erexit, atque sacerdotes instituit. Quid verò Paulo magis studio fuit quam diuino numini in Religione Christiana vbique per orbem Ecclesias excitari, & in eis incruentum à Christo institutum per ministrorum legitimorum manus quotidie offerri? sacrificium procurare? Iupiter namque templa non ad Dei veram laudem: sed ad vanam gloriam, hic ad sincerum veri Dei cultum ædificari voluit. Ille aras instituit, vt nescio quibus homines lenocinijs caperentur: hic altaria ad verum viuificum, & salutiferum Christi corpus fidelibus communicandum adornauit. Nec fictitios, vt ille, sed veros sacerdotes, etiam plurimos Episcopos ordinauit, quorum vitam sanctam esse decreuit, aiens: *Oportet Episcopum irreprehensibilem esse, vnius vxoris virum, sobrium, castum, &c.* Iupiter quidem docuit gentes barbaras matrimonia celebrare, & qui ante communes fœminas habebant, eos ad vnius vxoris coniugium reuocauit, veruntamen etsi id aliquam rationis speciem habere videatur, quid tamen comparationis habere potest cum diui Pauli cælestis illius Iouis instituto & consilio. Hic non modo matrimonij sacramentum ratificauit, sed etiam vtriusque sexus populum ad virginitatem animauit, dicens, *De virginibus præceptũ Domini non habeo, consiliũ autem do, &c.* Imo & viduas ad castimoniam adhortatus est, bene profectò ratiocinando: *Nam mulier inquit innupta, & virgo cogitant, quæ sunt Domini. Quæ autem nupta quomodo placeat viro,* &c. Huius sanctissimi eximijque Doctoris monita & dogmata, nos Christiani non tardabimus amplecti, cùm barbarum alioquin populum, tanta cum animi commotione, tantoque affectu vnius elati viri apparentem cultum ambabus manibus appræhendisse videamus, vt etiam eum pro Deo in aris suis adorauerint. Reuera vt Dei sanctos adoremus non quidem suadeo, sed vt eos honoremus & veneremur, vel alioquin meritò accusandi erimus, qui hominem aliquem ratione alios exuperantem pro Deo habuerunt & coluerunt, cum tamen nullam indè consequerentur apud Deum mercedem. Nos verò quid faciemus, qui sanctorum non solum doctrina & exemplo: sed etiam precibus adiuti in via salutis prospere ambulamus. Ne diutius igitur procrastinemus eos imitari, eos sequamur, pedibus manibusque (quod aiunt) comprehendere satagemus, vt eorum viribus ex huius vitæ ergastulo assumpti ad æternam vitam pertingere valeamus, subque illorum alis tuti, in perpetuum cum ipsis regnemus.

1. Timoth. 3.

1. Corinth. 7.

Sancti tum Christo iam regnantes, potius venerandi, colendi, & orandi quam adorandi.

MERCVRIVS.



Ercurius velut antecedentes, etiam inter humanos vir magnæ prudentiæ, subtilisque ingenij vixit. Et quia in multarum artium vti Physices & aliarum peritia, neminem sibi secundum habebat, apud omnes tantam authoritatem sibi acquisiuit, vt cum humanum quasi ingenium excellere videretur, tandem inter Deos numerari obtineret. Is enim inter alia lyram septicordem excogitasse fertur: ita physices studiosum dicunt fuisse, vt à nonnullis homines mortuos (quod tamen nusquam imprudens dixerim) herbis, resuscitasse putaretur,

Mercurius magnus physicus.

retur, quamobrem nescio qua Magia misellum populum circumueniebat, Præterea is Deus facundiæ, mercatorum palæstra, furum nuntius, Deorumque interpres dicebatur, vnde tandem cum plebis oculos excæcasset, inter Deos celeberrimos annumeratus fuit. Hic etsi pluribus in locis (:vt infra dicemus:) primus quasi obtinuerit honores, Treueris tamen multo ante Romam conditam exultauit potissimum, & in animarum multarum perditionem adoratus fuit. Cum namque non multo post vrbem suam conditam Treuirensem maximum capitolium excitassent, templum quoque magnificum Idolis non minus centum pro nefaria illa sua consuetudine ædificarunt, & obtulerunt. Per quæ Idola dæmonum responsis ac varijs præstigijs miseri & excæcati Gentiles deludebantur. Porro sic intellectu & sensu orbati erant, vt aut homines alios immolarent, aut sese immolandos offerrent, Deorum numina aliter minime placari posse arbitrantes. Druijdibus quoque vtebantur, atque eiusmodi sacrificia puplice instituta habebant, vt qui in furto, aut latrocinio aliquo insigni comprehēsi fuerant, eorum supplicia Dijs suis immortalibus gratiora fore arbitrarentur. Sed cum eius generis numerus minueretur, ad innocentium supplicia descendebant. Denique Mercurium inter cæteros maxime colebant, & quoniam hunc cunctarum artium inuenrorem putabant, plurima illi simulachra dedicauerunt, nec ideo tantum, sed quia illum viarum, & per consequens mercaturæ ducem arbitrabantur; Treuirenses igitur, Iouem, Mercurium, Martem, Apollinem, & Mineruam vno fermè ritu colebant & venerabantur, primum quidem quod Imperium eum cæleste tenere putarent, Martem verò & Apollinem quia illum belli ducem, hunc morborum curatorem existimarent. Mineruam denique quod ad initia sacrificiorum opera tradere crederetur. Sicque pro diuersa hominum sententia, à diuersimodis supremè colebantur, verum Mercurius in Germania propemodum Dominium & æstimationem supremam obtinebat. Illi namque cum alijs Dijs animalia bruta offerrent. Vnico Mercurio humanas hostias immolabant: Inter celebriora loca huic Deo dedicata fuit quoddam Imperiale oppidum non procul à Spirensi ciuitate, in monte altissimo situm, quod nunc à sancto Germano nomen habet, vbi illud Idolum in summa solemnitate quondam habebatur, ac à Gentilibus diuersis inauditis, & pene incredibilibus ceremonijs adorabatur. Sed diuina ordinatione factum tandem est, vt salubri diuini verbi iacto semine, ibidem celebre monasterium ordinis Diui Benedicti constitueretur, & consecraretur. Non absq; ratione hunc cum alijs Poetæ depingunt, qui præterquam, quod Deorum Nuntius foret, tam latè sibi populorum vendicabat imperium; Nam illum & Vindelicorum Augusta inter cæteros Deos, quibus summopere olim delectabatur, in summa veneratione habuit, ac idcirco ab his Mercurius Augustanus, ab illis forestarius, ab alijs denique Markarum & Limitum protector, ob varias causas dicebatur, ibi tamen minus feroci veneratione colebatur, Sed cum singularius aliquid prætenderent, pro sua potiori consuetudine aliquid lactis offerebant. Postremo Mercurius in Ducatu Luxemburgensi,

Mercurius Lyram Septicordem excogitat.
Mercurius Deus facundiæ item mercatorum palestra &c.
Treuirenses quosnam Deos potissimum coluerint.
Mercurio humanæ immolabantur hostiæ.
Mercurius Spirensis.
Monasteriū Benedictinorum excitatur ex templo Mercurij.
Mercurius Augustanus.
Lac offertur Mercurio.

Mercurius Luxenburgensis.

tunc temporis isti crimini valde obnoxio, non paruam habuit æstimationem in ea namque prouincia mons quidam præexcelsus & insignis admodum, Lottharingiam, Franciam & Barrum meridiem versus respiciens habetur. In cuius vertice cum Gentilibus summopere arrideret, Treuirorum permissu, huic Deo exquisitissima ara & Idolum erectum est, ad quod frequentissimus populi concursus quotidie fiebat, & immolatio omnium crudelissima exercebatur, tantam enim innocentis sanguinis seu puerorum abundantiam vis disses ibidem immolari, vt absque horrore nequaquam illud execrabile facinus intueri potuisses. Hæc autem ara, exurgente in his partibus fide Christiana, vti pleraque alia, à Christianis destructa est, atque cum propter amœnitatem & fortitudinem singularem locus ille Comitibus Chinensibus supra modum arrideret, castrum ibi fortissimum ædificarunt, successu verò temporis oppidum inibi prope inexpugnabile fundatum quod gallico idiomate *Montmedi*, velut à Mercurio deriuatione sumpta nominatur.

Puerorum sanguis offertur Mercurio.

Mons Mercurij fit Castrum.

Cattorum populus huic similiter Mercurium Gentilitia consuetudine honorem summum olim exhibuit. Id affirmat his verbis Franciscus Irenicus, historicus, Cetti vero Mercurio sacrificabant. Hic Mercurius Oracula apud Nouietenses fudit, & totius Alsatiæ incolæ huc aduolauerunt. Diuus deinde Iulius (:quassata Gallia:) Mercurio Aram erexit, quam beatus Maternus penitus extirpauit. Quandoquidem verò præcedentibus bestijs eiusmodi nostros Athletas opposui, quid impedit, quo minus, huic etiam non minus detestando Deo aliquem opponam quem nos non ficta, sed vera, non crudeli: sed sancta religione eiusmodi gentilium facta deplorantes, honoremus & amemus, Barnabam dico non falsorum Deorum: sed supremo digno subalternatorum volatilem nuntium, Deorum inquam nuntius ille fuit, quia Apostolorum nuntia, quocunque mittebatur, expediebat, vti eorum acta loquūtur; illi vero Dij à Deo supremo dicti sunt. Mercurius artium multarum peritus & prudēs habebatur, Diuus Barnabas artem artium fidem Christianam verbo & factis professus est: Mercurius Deus facundiæ dicebatur: hæc proprietas diuo Barnabæ (sicut & alijs apostolis) cōmunis fuit; His enim Christus inquit, *Dabo vobis os, & sapientiā, cui non poterunt resistere omnes aduersarij vestri*, Ille Deus furum habebatur, Hunc itidem non absurdè animarum furem appellare possumus, qui in Euangelium pacis profectus & ad Gentes missus, plurimas animas è faucibus dæmonis eripuit & furatus est, illasque indissolubili quasi laqueo irretitas dissoluit, & ad veram Dei cognitionem reduxit, Mercurius Lyram septicordem excogitasse fertur. Sic Diuus Barnabas septem Ecclesiæ sacramenta cum coapostolis suis docuit, & tenuit, & ad posteres transmisit. Aiunt nonnulli fabulatores Mercurium phycies adeo peritum fuisse, vt etiam quibusdam herbis mortuos resuscitârit. Diuus autem Barnabas non fabulosè, sed verè physicam diuinam Dei scilicet gratiam tantum consecutus est, vt verbo & euangelij medicinati herba Idolatras, ipsos à morte animæ suscitaret, Illis igitur, tenebras relinquamus, & verum lumen arripiamus, Gentilibus sua quantumlibet Idola, nobis Deus omnipotens, & eius sancti in sempiternum placeant.

Iulius Cæsar aram Mercurio olim erexerat, quam B. Maternus diruit;

Barnabam cum Mercurio auctor comparat.

Luc. 21.

MARS.

MARS.

HIC ex magna Tiusconis familia oriundus vir fuit insigni corporis robore,& statura;quare ob corporis & animi eximiam fortitudinem, militiæ magnam prosperitatem adeptus est, multasq; regiones bellandi modum docens,suo protinus subiecit imperio. Hinc cum post præclara in bello plurima gesta fatis concessisset, affectum, quem viuens sibi apud omnes pepererat,cadauer ipsius examine expertum est. *Mars Deus belli corporis statura & robore præstans.*

Germani (namque gens vtique belligera,)cum victoriæ auidissimi essent, atq; hunc virum MARTĒ in militia vnicum emicare vidissent, eundem mortuum, vti Deum coluerunt, vtque secunda fortuna in bello vterentur, ei sacrificia, singulari cum veneratione obtulerunt. Cuius rei veritatem manifestè explicat illud carmen quod de eo legitur in hæc verba. *Germani colunt Martem ut in bello victores euadant.*

Primus honor Marti,cypeo Mars fulget & ense,
Germanamque manum frameam tenet illius aris,
Victima prima cadit,gentis pater ipse vocari
Gaudet,& Arctoo,sedem sibi deligit orbe.

Sicut autem multis in mundi partibus, bellum olim prout etiamnum excitatum. Sic quoque Marti militiæ Deo plerisque in regionibus attributus honos,facta honoratio,oblatumque holocaustum fuit. Legimus inprimis in quodã Germaniæ Comitatu *Ferrette* Germanice Pfirdt iam nobile oppidũ Otmarsen nominatũ, superbũ templum Marti dedicatum fuisse, à quo præfatum oppidum originem suam desumpsit: Cum vero Roaldus nobilis Comes Haspurgensis Henrici quarti Imperatoris tempore locum perpenderet, atque ad Ecclesiæ Christi dilatationem adijceret,venit illi in mentẽ, vt ex eo domicilio,quod spurcissimo Idolo Martis tam solemne redditum fuerat, ædem sacram constitueret, ac idcirco ibidem virginum claustralium Cœnobium ædificari curauit. *Otmarsen. Roaldus Comes.*

Legimus etiam quod hic fragilis Deus in Schithia præ cæteris in maximo pretio, honore & cultu habitus fuerit. Cui quidem nec pecora nec armenta in sacrificium offerebantur,sed cum illius regionis exercitus ex bello victoria potitus reuertebatur, pro recepta consuetudine, centesimus inter captiuos velut pro gratiarum actione ad templum Martis deducebatur,isque ante Idolum crudeliter mactabatur, ac denique per loci ministrum Marti in Hostiam laudis offerebatur. Quod si aliquot centurias captiuorum reduxerant, æquali ratione sacrificium pro ratione numeri multiplicabatur. Quamuis ea gens huic DEO pecora nulla offerrent, nõ deerant tamen alij id genus trũci,vti Vesta,Iuppiter,Apollo, Venus,& Hercules, quibus, quoniam minoris erant æstimationis,ex pecoribus aliquam hostiam sufficere oppinebantur. *Mars Schiticus centesimũ quemque captiuorum sibi immolari postulabat.*

Est præterea quoddam famosum Germaniæ oppidum MERSBVRG nuncupa-

Mersburg à marte ibi olim culto nomen habet. cupatum, in quo olim maxima Marti statua erecta fuit, ibidemq; sic adorata, vt oppido à Marte nomen attribueretur, *Merßburg* namque nihil aliud quam Martis Burgum probabiliter significat. Huius porrò statuæ talis erat figura. *Figura Martis apud Mersburgensis.* Homo statura procera prædirus, à planta pedis vsque ad verticem armatus, sinistra vexillum, rosæ flore in medio decoratum gerens, qui flos (quoniam vt citò nascitur, & citò perit) euentum belli designabat; item dextera bilancem gestabat, qua fortuna bellantium dubia ponderabatur, quæ velut in æquilibrio fluctuans alternata vice ad alterutram partem declinat. Deinde huius armati Martis pectus Vrsum depictum ad pugnantium animositatem exprimendam, gestabat. Denique in vertice illius super galeam Leonis forma cernebatur, ad eam similitudinem insinuandam, quod ea fera cum cætera omnia robore superet, aperte huius velut Dei super omnes alios, extensam fortitudinem significaret, vnde & milites cũ suis Ducibus in hoc vnico trũco, inanem totam spẽ suam figebant. *Mars Luxenburgensis. Marulle.* Ad hæc etiam (vti certò ex multis indicijs & scriptoribus constat) in Prouincia Luxemburgensi, Mars prælibatus in summo honore, & singulari reuerentia floruit, eo videlicet loco vbi oppidum *Maruilla* quod à Luxenburgo octo miliaribus distat, situm conspicitur; Quodque ab ipso Marte nomen deductum retinuit: Maruilla namque, quid aliud quam Martis villam designat? ibi illud Idolum in loco campestri super columnam lapideam collocatum, certis diebus ab vtriusque sexus Gentilibus adorabatur, multisque hîc sacrificijs, vt alibi, honorabatur: istinc autem ea pestis Treuerim transilijt, vbi ante multa sæcula viguisse constat ex quam plurimis longe probatissimus indicijs, etiamnum exstantibus: Quod si enim Treueris (vt dicitur in carmine quodam, quod in templo sancti Simeonis adhuc apparet. *Ante Romam Treueris stetit annis mille trecentis*:) tam diu in rerum natura steterit, atque ab vrbe statim condita, omnes isti execrandi Dij *Mars Treueren. antiquiss.* adorari ibidem ceperint, inde facile apparet, quanta huius Martis, sicut & aliorum veneratio extiterit: Et si eam memoriam paulo altius inuestigemus, Martem primum omnium Deum hûc introductum fuisse inueniemus, vtpote cum Trebeta per viam superius citatam in has valles venisset, animumque *Supra Nigrã portam templum S. Simeonis Treueris fundatum.* ad oppidum extruendum adiecisset, inter alia ipsius opera celebriora extitit Nigra porta, supra quam diui Simeonis templum ædificatum videtur: illam portam, Martis etiam idcircò portam vocarunt; quod totus exercitus ad bellum processurus per eam egrediebatur: vnde præterea spaciosissimus campus non procul ab ea distans amœnissimusque Martis ilicò campus appellatus fuit; *Campus Martius in quo tirones exercitabantur.* in quo Tirones ad bellum aliquando profecturi, tanquam in palæstra exercebantur. Post completam itaque Treuerensem vrbem Lentiphano ædificato, temporis successu inter alia Idola Mars quoque sibi insignem statuam vendicauit, vbi cum cæteris summos honores consecutus est. *Lentiphanũ Treuerense. Treueris altera Roma.* Anno ante incarnationem dominicam centesimo quadragesimo secundo, Romani cum Treuerensibus in amicitiæ signum fœdus percusserunt, atque ab hinc Romani vrbem Treuirensem alteram Romam appellauerunt, eo quod Treuirenses vnam cum Romanis legem haberent. Eodem tempore Menapius Tungrorum

grorum, Limbrorum (qui modo Flandri, Hollandi, Zelandi, Frisones & Dani vocantur) & Belgarum Rex, Romanorum infestissimus hostis regnabat: hunc Regem cum Romani ęgrè admodum ferrent, consilio inter se inito Lucium Cassium virum in armis exercitatissimum cum Lucio Prisco Consule bellicoso itidem viro in Belgium mittunt, vt hostem suum prælibatum è medio tollerent. Illi vt in Belgium cum exercitu bene instructo veniunt, non parum hostem suum trepidare fecerunt. Secundo namque Marte Menapios tali aggrediuntur modo, vt illos prima statim facie fugarent, sed quia miles ab eo Rege conscriptus necdum aduenerat, facilis & iusta Menapio dabatur fugiendi occasio. Is ergo versus Oceanũ mare, vbi congregatos milites suos esse sciebat, veloci cursu diuertit, Romanis fugientem à tergo persequentibus. Demum vbi iam Romanos victorię spes maxima tenebat, Menapius suo exercitu inuento, faciem vertit, Romanisque obuiam venit. Romani circumcinguntur, alacriter pugnatur, inter vtrosq; volat dubijs victoria pennis, & tandem sic dimicatum, vt Menapius aduersario superato victoria potiretur. Res profecto Romanis haud expectata, Caius autem Publius Cõsularis, hæc vt persensit, de ineunda cum Menapio Rege illicò pace cogitat, qua videlicet ratione, quod reliquum erat tranquillius reseruare posset. Quapropter eiusmodi inter vtrumque pacis exortum est fœdus, vt deinceps Romanus contra Menapium nihil prorsus aduersi attentare conaretur, atque pro illato damno Caius Menapio omnium armorum, bellicarumque machinarum medietatem largiretur. Quæ præda Menapij consilio & plenario arbitratu sic diuisa est, inter quatuor illius partes, prima Marti (cui Rex illam victoriam attribuebat) pro honoris quasi diuini dignitate cessit, quæ pars in eusdem gratiam Louanium missa est, vbi nimirum in summa celebritate & solemnitate colebatur, atque in eo loco à Gentilium plebe adorabatur, in quo modernum Diui Petri magnificum domicilium constructum conspicitur; secunda deinde partitio, Limbris, & Belgis, reliqua denique Tungris concedebatur: & quod vtique maius est, vt ea pactio fixa, rata, stabilisque in perpetuum foret, Caius centum nobiles Romanos Menapio obsidum loco dedit. Porro cum populus Romanus ea omnia intellexisset, illis calculum suum minimè adiungendum decreuit: vnde dictum Caium (: vt Romam redijsset:) coram Lelio Tribuno plebis citari curarunt, vt videlicet initi fœderis coram rationem redderet. Sed is seueriorem populi concitationem, & si nostram forte sententiam imminentem veritus, clam sese subduxit. Id vt Menapio nunciatum fuit, summopere indignatur, suosque filios Leonem scilicet, Godefridum, Theutonium & Cloodicium citissimè conuocari curat: cum illis vt præsto fuère, de fracta iam inter se & Romanos pace sermonem habet. Itaque decretum est, vt illi cum multis alijs nobilibus Louanium illuc Martem Deum inuisuri proficiscerentur, nec non ad illius aram solenniter iurarent, se Romanorum perpetuos hostes futuros, rem vti pater iusserat filij exequuntur. Cęterum Menapius postmodum fatis concessit, ac in templo Martis Louanij honorificè & gloriosè à filijs sepultus est.

Menapius Tungren. Romani Belgas ac Menapios bello infestant: sed superantur, tantemque pacem componunt.

Mars habuit olim templũ Louanij, vbi nunc magnifica ædes S. Petri.

Romani reuocant pacẽ à Menapio cum Caio factam

Carolus Inach vim infert virgini, atque ideo in exilium, relegatur.

Carolus Inach Louanium venit & Martem adorat.

Anno item ante Domini nostri Natiuitatem 52. Carolus Inach Tungrorũ Rex, Mænapij mores cum imbibisset, Deum Martem præ ceteris colebat, is (: vt legitur :) vice quadam nobilissimæ cuidam virgini vim intulerat, vnde hoc patre resciente, ob delicti pondus patria pulsus fuit. Quare hic exul Romam profectus, ibidem ad aliquod annos ciuiliter admodum se gessit. Sed quia omnis labor inanus, qui ad veri Dei gloriã non refertur, post modicum tempus hic Iulij Cæsaris Germanicam sororem turpiter adamauit, & ea indebitè vsus est. Is postea de patris obitu certior factus in Belgium se cum sua Germanica recipiens ilicò Louanium venit, magnumque templum Marti & Plutoni sacrum adijt: vbi in genua procidens, protinus Dijs omnibus de peregrinatione & exilio peractis gratias agit, ac magna Marti munera offerẽs, Germanicam in vxorem sibi vendicauit. In eodem postmodum templo Iulius Cæsar sororis suæ Germanicæ nuptias, quas mortuo Carolo Inach cum Salnio Brabone compleuerat, solenniter celebrauit. Vtque nomen suum celebrius redderet, ingentia munera Marti & Plutoni obtulit: quorum vt memoriam solennem magis efficeret, templum illis dedicatum non satis magnificum reputans, ære immenso ampliari, multisque exquisitis ædificijs condecorari curauit: Qua quidem in celebritate remansit, donec post Dominicam passionem Sancti Spiritus operante gratia populus ille Louaniensis per sanctissimos viros ad fidem Christianam conuerteretur, ac Idolorum simulachris deiectis insigne illud Diui Petri templum ibidem ex reliquijs erigeretur, & consecraretur. Quare cum dictus Iulius Cęsar totum illud territorium, quo Ducatus Brabantiæ (quod à Brabone Brabantia vocatum est) sororio suo Braboni contulisset, ac Deorum Martis, Plutonisq; templum suis sumptibus absoluisset. Diliam versus non procul à Louaniensi ciuitate tendit, ibidemque in monte subalto Castrum fortissimum, idemque elegantissimum ædificauit. De eodem diui Petri templo, vbi misero illo quondam sęculo spurcissima pręfata Idola in plebis derisionem, & perditionem mirum inmodũm exultarunt, fertur (:nescio verum verè:) quod sub illius fundamẽtis locus concauus sit, penuarij instar, testudinata forma compositus: qui per diuersos subterraneos meatus vsque ad montem præfatum, in quo Iulij Castrum ædificatum est, extenditur, vbi videlicet deprauatus ille Gentilium populus, maximeque nobiliores, sepulturam eligebant, arbitrantes nimirum, se multo beatiores fore, si eorum corpora iam exanimata, sub spurcissimorum Idolorum vmbra absconderentur. Illa autem cadauera, tantum ibi generasse fœtorem dicuntur, vt infinita venenosa animalia inde exorta sint, quorum adhuc soboles hodie eodem in loco vagari creduntur. Sed vereor ne nimium temporis horum spurcissimorum Idolorum nænijs enarrandis insumam. Quocirca cum Martem coram Deo & hominibus vti pestẽ detestandam arbitrer, oportunius mihi videor alium ex Apostolorum grege Martem posse eligere, Diuum igitur Matthæum fortissimum illum Dei militem in multis, quę ad robustum animum plane spectant, emicare video. Hic Mars ille fortissimus, qui non solum vt cæteri Apostoli Christi dogmata aui-

à Brabone Brabantia vocatur.

Spelunca ingens sub Ecclesia Diui Petri Louanij.

Diuum Matthæum apostolum auctor cum Marte comparat.

ta auidissimo stomacho decoxit:sed etiam Christi vitam & instituta hæbraico stilo descripsit, quo in Diuino codice veros Christianos ad bellum spirituale (: quod corporali multis nominibus præstat:) alacriter gerendum hortatur & edocet, vbi inter cætera Christus, *Nolite* inquit *timere eos qui corpus occidunt, Sed eum timete, qui potestatem habet corpus & animam mittendi in gehennam.* quasi diceret:ne timeatis tyrannos qui mortem vestram quærunt vti Mars in bellis quondam suis faciebat: Sed verum Deum vereamus,qui solus super animam vestram Dominium habet. Mars quidem multas olim impiè gentes suo subiecit Imperio.Diuus autem Matthæus oris sui prędicatione Deo innumerum populum lucrifecit, & fœderauit, Quocirca stupidum Gentilium Martem pedibus calcãtes, Matthæum honoremus,amemus,& inuocemus. *Matthæus scripsit Euangelium suum hebraicè. Matth.10.*

SOL.



HIC Sol ortus ex Ioue, factusque adultus,cum luceret lumine ingenij,& humanæ naturę præclaris dotibus illustratus esset, adeo vt cælestis homo æstimaretur, illud nomen sortitus est. Illius itaque apparente luce, moribus inquam ciuilioribus expromptis Gentiles (:gens cunctis dęmonum circumuctionibus illaqueata:)in admirationem trahuntur,atque eum pro Deo reputantes,reuereri & venerari cæperunt.Vnde tam latè sese illius memoria impia extendit, vt vix vlla regio aut prouincia superesse videatur,quæ huic dæmonio honorem aliquando non exhibuerit.Non enim hoc negabit Luxemburgensis prouincia,nec Treuirense item territorium,aut Atheniæ,aliæque prouinciæ & nationes,quæ magno suo dãno vnico huic Deo SOLI,sicut & alijs infinitis cultum latriæ exhibuerunt.Hoc ipsum loquitur antiquissimum illud Castrum quod in Luxẽburgensi solo super montem altissimum magnis procul dubio in prima fundatione sumptibus ædificatum, ab Idolo Solis nomen trahens, videlicet Solubrium, veluti Solis delubrum Germanicæ Soluer nuncupatur. Nec idcircò existimare debet aliquis, quod in eo Castro Solis statua adorata fuerit, sed Castrum postea ibi ædificatum, ideo id nominis sortitum sit, quia antea eo in loco gentiles isti Idolo ritu suo sua sacrificia immolauerant, nec non in Heliogabuli morem pro placabilibus hostijs homines sacrificauerant.Castrum illud à nobilibus aliquando viris (:vt alibi pluribus diximus:)inhabitatum fuit,Sed cum Rex Franciæ Anno Domini 1552.agrum Luxenburgensem inuaderet,incendio deletum adeo est, vt nil nisi Troiæ reliquias superesse putares. Sub illius verò radice hodieq; pagus superest, qui eodem cum Castro nomine gaudet. Sicut igitur hoc in loco ea detestanda pestis Idololatrię olim grassata est,sic etiam in alijs mũdi partibus maiore adhuc cum religione Idolũ Solis honoratum, & adoratum fuisse, in veterum scriptorum codicibus legimus. Siquidem in Germania quoddã est antiquissimum oppidũ. Soluturre latine Solothurum,

Solis memoria apud multos celebris.

Soluer Castrum Luxenburgense.

Heliogabulus

Solothurnum Heluetiorum Vrbs.

 rum,

tes, fine fine clamantes: Sanctus, Sanctus, Sanctus, hunc Solem adoremus. Diuum Ioannem, illius lucem participantem honoremus, ijs placere studeamus, vt tandem deuicta morte, ad beatitudinis regnum exaltati, in æternum veri illius Solis lumine seu visione gaudeamus.

VENVS.

DE Venere, vt ea quæ dici verè possent, recenseamus, minimè decorum videtur, quamobrē, pauca consulto, cæteris omissis enarremus. Ea fuit filia Iouis, non prælibati, sed cuiusdam viri Regis Cretensis sic vocati quæ filia multas ob causas à Gentilibus amoris Dea nuncupata fuit. Et quia per totum orbem terrarum cognita, pluribus in locis eius Idolum erectum fuit, ac Diabolicis ceremonijs honoratum. Quin & illa nostræ prouinciæ Luxēburgensis celebre sibi nomen acquisiuit. Cum enim inhonestè à populo isto insano olim honoraretur, in quodā pago (qui & nūc Vens nominatur idiomate communi) non procul à Luxenburgo meridiem versus distante insigne domicilum, aut si mauis templum obtinuit, quod postea Christiani deiecerunt, & ex eius lapidibus Ecclesiam fundauerunt.

Venus filia Iouis.

Vens pagus in quo olim veneris fuit templū postmodum à Christianis destructum.

Deinde in Magdeburgensi Vrbe Saxoniæ primaria seu metropoli, quondā Parthenopoli quasi puellarum villa nuncupata. Venus etiam olim maximè floruit, atque magnificum & solemne Idolum ibidem obtinuit, cuius idæam eiusmodi verba denotāt. Erat fœmina plaustro affabrè composito super imposita diuersimode, pulcherrimis coruscans floribus, ac varijs redimita coronis, antequam tæda ardens ponebatur; dextera autem sphæram mundi, sinistra tria gestabat aurea poma, Sicque eam honorificè tres Gratiæ singulæ aureum itidem pomum gestantes pulcherrimo ordine comitabantur. Vnde dubio procul ob hunc & similes triumphos, ob incredibilem puellarū congregationem Ciuitas hæc Parthenopolis olim dicta fuit nunc Magdeburgū quasi puellarum Burgum. Ad hæc prope Spiram Germaniæ itidem præclaram Ciuitatem Venus in monte quodam præexcelso à Sancto Guidone denominato solemnem memoriam seu potius multorum hominum perditionem sibi vendicauit. Denique haud impari modo in Regno Cypri videlicet in vrbe Paphos, ingentis magnitudinis, & celebritatis incredibilis templū eidem Veneri consecratum fuit, in quo illius Idolum plusquam diabolico ritu, & insania condecorari meruit, & quia ibidem nata fuerat tanto Cypri studio maiori Venerem venerabatur. Cum post Christi Domini nostri ascēsum ad cœlos Apostoli longè lateque per totum terrarum orbem peragrantes, Christi fidem diuulgarent, multosque ad Christi religionem conuerterent, nec non complures pietatis zelo Hierosolymam, (: locum Christi sanguine madentem :) proficiscerentur, hoc Hadrianum impium Imperatorem

Venus Magdeburgensis.

Venus Spirēsis in mōte S. Guidonis.

Venus Cypria.

male habuit. Vnde vt eiusmodi pietati impedimentum inijceret. In monte Caluariæ (: vbi crucifixus colebatur:) Veneris Idolum collocauit, vt ea ratione Christiani in hoc loco multa pietatis officia exercentes, ipsam Venerem adorare viderentur. Verum non impedimentum, sed deuotionis augmẽtũ fuit: quippe deuotus quotidie populus, impij Hadriani, fucos facile animaduertentes & vilipendentes, magis magisque Caluariæ locum imis precibus ad Deum exintimo cordis affectu fusis, cohonestarunt; Nec praui hominis insidias & molitionis multum curans, Heroica illa mulier Helena Constantini magni Imperatoris mater (authoritate sua) Illud Idolum confregit, vbi & summa diligentia (: vti in legenda aurea fusius de illa legitur:) Crucem Dominicam quęsiuit, inuenit, inuentamque honorauit.

Hadrianus Imperator in monte Caluariæ Veneris statuam collocari iussit.

LVNA.

Luna ab Arlunensibus olim culta.

QVONIAM De hoc Idolo amplam in Arlunensis oppidi origine describenda mentionem feci, ne semel dicta reiterando prolixior esse videar, ad illa remittens lectorem, labore eiusmodi supersedebo, licet in præfato loco Idolum Lunæ à Gentilibus maximo cultu honoratum, & adoratum olim fuerit. Circa eadem tamen tempora Luneburgij in maiori adhuc pretio illud ipsum fuisse manifestum est. Atque idcirco vrbi itidem nomen de nomine fecit Luneburch, quippe nil nisi lunæ burgum designant. Vidisses sine dubio tunc temporis miram hominum circa illud Idolum insaniam. Quid enim mirabilius, detestabilius, & execrabilius esse potest? En Creaturæ ad imaginem Dei creatæ, aliam natura suapiè multo viliorem honorat, veneratur, adorat. En viuens inanimatũ; loquens mutum pro Deo fingit. Et reuera minimè dubitare possum, quin si lapides intellectus, vti homines, capaces fuissent, in ipsosmet Idololatras insurrexissent. Fabricabantur tunc temporis sibi ingentem lapideam statuam, in cuius summitate vir totus armis circundatus bellicum vexillum, in quo Luna auro refulgebat dextera tenens positus erat. Quod Idolum seu Dæmonium, gens ille eousque adorauit. Donec Carolus Magnus, Imperator multorum præclarorum actuum patrator illam ad Christi fidem cogeret, suisq; vt refertur proprijs manibus hoc Idolum in terram deijceret.

Luneburgum quasi burgũ lunæ.

Carolus Magnus.

IANVS.

IANVS Lingua Schytica idem significat, quod apud nos largitor vini. Et quia Noë eius vsum primus adinuenit, illo idiomate, hic patriarcha Ianus nuncupatus est. Is habitauit ante diluuium in ciuitate Enos, quam filius eius Cham ædificârat. Quia autem Gigantes: (inter quos magna cum authoritate habitabat:) vbi iam annorum bellicorum

eorum exercitio essent instructi, suis viribus confidentes, cunctos sine discrimine ad instar Tyrannorum optinebant, occidebantque Noë autem, vti Genesis testatur, vir probitatis amans diuinorumque mandatorum obseruans, vnus è cæteris electus reperiebatur. Vnde etiam apud Deum eam gratiam promeruit, vt cum Deum hominis conditi pœniteret, atque vnda diluij omnem animam in terra degentem perdere statueret, ex linguis leuigatis arcam Deo hortante ædificaret, qua ratione pro meritorum suorum mercede immunis diuinitus euadere posset. Is igitur (vt reliqua omittam:) cum aquis decrescentibus terra exsiccata esset, velut venerabilis Patriarcha, & magnus Imperator orbis, filijs suis vniuersam mundi machinam dispartitus est, atque filio inprimis Sem primogenito (qui & secundum quosdam Melchisedech) totam Asiam mundi maximã partem assignauit, qui ex Pandora coniuge sua plures filios & filias excitauit, ac vrbem Salem magnificam, quæ postea Ierusalem dicta fuit, magno labore ędificauit. Deinde altera mundi portio, Affrica videlicet, omnibus bonis & fructibus abundantissimo altero filio Cham contigit: qui ex vxore sua Noëla copiosam prolem genuit. Tertia denique exuperans mundi pars Europa videlicet, filio Iaphet consignata est, qui & admodum numerosam prolem ex vxore sua Noëlega procreauit, cuius familię primogenitus Italiæ regnum occupauit. Quare eo vsque sese tandem extendit genus humanum, vt mundus iam vndique repleretur, & rursus inhabitaretur, nouaque omnino loca nouæ exurgentes familiæ inhabitarent. Quod idcircò potissimum fiebat, quia hominis vita ad plurimos annos sese extenderet. Anno siquidem post diluuium ducentesimo, septuagesimo, quantum meminisse quispiam potest, Patriarcha spectabilis & venerabilis Noë cum vxore sua propria Titea per vniuersum mundum peregrinatus, cum de filiorum suorum & posterorum regimine hic & illic consultaret, & disquireret, atque per Italiam tandem rediret, filium suum Cham supra citatum pessime viuentem inuenit, quam ob causam malè ei affectus Patriarcha, vt sui filij miseros subditos ab iniquo seruitutis iugo liberaret, eum cũ vxore & prolibus loco expulit, ac Siciliam illis assignauit. Ex inde ipsemet Noë Italiæ Regno præesse, & cuncta singulari cum dexteritate, & omnium circumagentium seu audientium admiratione administrare incepit. Quia autem habitationis sedem in loco, in quo Romula ciuitas cernitur, fixerat, haud inde procul oppidulũ ex proprio eius agnomine Ianiculum appellatum, ædificauit. Hinc omnes illius subditi isthic habitantes nomen ab eo trahentes Ianigenes appellati sunt. Porro cum Noë Patriarcha Ianus iam annos centum & octuaginta Italico Regno præfuisset, ante incarnationem Dominicam anno millesimo nongentesimo sexagesimo primo, vbi filio suo Crano Regnum resignasset, animam suam Creatori reddidit. Quid autem post mortem illius contigerit, cum immensum narrationis pelagus contineat, nobis minimè narrare id competit; quare illud sufficiet saltem, si quomodo Ianus à Gentilibus postea adoratus fuerit, ostendamus. Nouimus ex prætactis eam gentem ad Idololatriam maximè procliuem fuisse, atq

Noëla vxor Cham.

Tytea vxor Noe.

isse, atque vbique locorum Dijs fictitijs latriæ cultum ex inani & superstitiosa aliqua persuasione tribuisse. Hunc & Noë demortuo ob vinum adinuētum, & sublimen eius prudentiam præstitêre. Nam cum mors eius ad aliorū regnorum rectores & magnates deuenisset, ilico Armeni, Africani, Hispani, Itali, cęteræque nationes Iani exequias certis & admodum honorificis Gentilium cæremonijs celebrarunt, honoremque tantum exhibuerunt, vt Duliæ cultum iam excederent, atque ad Idololatriam vetitam deuenirent; nec nō proinde illi templa & Aras tanquam numini cuidam Diuino ædificarent; Fuit ille reuera vir sanctissimus cultusque veri Dei admodum studiosus (vnde etiam ob suam summā pietatem à diluuio liberatus fuerat) vir pariter veneratione dignus. Verum cum in cultu ei deferendo rationis limites excederent, contigit vt hominem illum, nec hominem solum, sed etiam eius statuam pro Deo adorarent. Inter alia loca quæ Iani Idolo solemnia fuerunt, vnus extitit celeberrimus, ille videlicet, vbi modo Viterbiam ædificatam videre est non procul ab vrbe Roma. Ibi quondam primam huic Iano statuam marmoream in hominis bifrontis (quod ante & post diluuim vixisset) formam gentiles erexerunt, quæ figura etiam hominem claues in manibus gestantem referebat, quod nimirum is clauium inuentor fuisset; hinc etiam nos modo ostium Ianuam à Iano quasi rem inuentam appellamus. Non absurde, præterea ab illius similitudinem dixerimus, quod cum post diluuium mundi velut initium fuerit, Mensem Ianuarium a Iano posteri nominauerint, atque hinc ab eo anni initium inchoauerint. Inter alios qui de hoc patriarcha & pluribus alijs scripserunt, quidam Historicus hæc verba habet.

Noe quoque genuisse legitur filium quem Ionichum vocauit, qui natus est ei tertio anno post diluuium, de quo Moyses tacet: Hunc omnes testantur virum fuisse ingenio eminentissimum & astronomum maximum, qui primus omnium syderum cursus, & stellarum habitudines contemplatus est, qua quidem disciplina ortu pariter & occasu quatuor Regnorum principalium præuidit & docuit. Cui pater munera dedit, & sic in terram Elham discessit, ibique regnans, gentem haud paruam constituit, habuit Nemroth nepotem gigantem discipulum, quem vtpotè filium Chus docuit, quo modo super filios & genus Cham regnare posset.

Sed nuda Iani explicatione allata, videamus quid de alijs eiusdem farinæ insignibus Dijs aut Deabus dicendum sit.

VESTA.

NON dubito quin multi de vestalibus virginibus sępe aliquid audiuerint, quarum tamen initium & origo primaria ob temporum multã reduplicationem, minime eis cognita fuerit. Sed si Vestæ naturam, & vitam describamus, facile quod quibusdam dubium erat, manifestum reddemus. Memini me paulò ante insinuasse quomodo Ianus in Italiam venerit, ibique (expulso Cham cum eius familia) Regni sceptrum ad multos annos tenuerit, nec non oppidum Ianiculum postea dictum ædificauerit. Ibidem igitur Tytea vxor eius, ne inutiliter Regno præfuisse videretur, virginum vestalium ordinem in Ianiculo auspicatur. Cui collegio ipsa velut Abbatissa diutissimè præfuit. Illa autem strictissimè eius statuta suscipientibus pręcipere solebat, vt omni tempore suis in templis, ignem, luminaria, lampades ardentes haberent, atque castitatem perpetuam seruarent. Quæ institutio ad Romanorum vsque tempora perdurauit, Quo sæculo & Romani vestales virgines summo in pretio habuerunt. Cùm itaque Tytea mortua esset, à Gentilibus Dea habita, honorata, & adorata fuit: Vnde & Romani eandem templo magnifico honorauerunt, in quo multę virgines puellæ recipiebantur, quæ Vestæ Deæ virginitatis votum faciebant. Res ea denique succrescẽtibus diebus in tantum excreuit, vt non solum eam Deam simplicem amplius. Sed Deorum etiam matrem Romani nuncuparent, taliue titulo decorarent. Vesta Regina sacrorum magna Cibeles, materque Deorum, & Vestalium princeps, propter quod ex bono ad malum, & ex debito cultu ad Idololatriam deuenerunt.

HERCVLES.

HIC ob multa præclara facta inter humanos maximam authoritatẽ habuit, illi pater Osiris seu Iuppiter Iustus, mater vero Isis alias Iuno fuerunt. Cui etiam Herculi plures contigit esse fratres: Annubem scilicet Macedonem (a quo Macedonici Regni nomẽ) Lidum, Meonem, Heptunum & Oronem, in quibus vnus Hercules excellẽter eminebat. Et quamuis germani quondam cum reliquis Gentilibus Solis & Lunæ Idola colerẽt studiosissimè, præter hos tamen & alios Deos, cum Marte & Mercurio plusquam dici possit Herculem venerabantur & adorabant, atque tunc potissimum quando ipsis prælium ineundum fuerat, tũ enim alta, hilarique voce, lętis mentibus sese ad bellum animantes Herculi hymnum canebant & quo fœlicius de hoste suo triumpharent, illi sicut cæteris ad solemnes aras sacrificabant. Verum nõ cuiuis Herculi hoc contigit. Hercules enim Lijbicus, Hercules Celticus, Hercules Italicus, quanquam magnæ fortitudinis facta

Hercules parentela.

Germani Herculem colunt impense.

Hercules Libicus, Celticus, Italicus.

sua inaudita declarârint, & demonstrârint, vnicus tamen Hercules Osijris filius altiora sibi trophæa vendicauit. Hunc Diuus Hieronymus & Eusebius Alemanum & inter omnes maxime famosum fuisse arbitratur. Et quia magna æquitate, & admiranda fortitudine germanorum tutelam conseruasset, ab ijsdem post obitum in Deorum numerum relatus est, atque postea multis in locis insignem memoriam, & superstitiosum honorem consecutus.

Si namque Belgium, Franconiam, atque Hollandiam lustrauerimus, plura de hoc Hercule dicenda reperiemus, quam ad intentum nostrum pertineat. Vtpote in Hollandia quidam insignis ager adhuc ab Hercule nomen habet: hunc loci Incolæ das Landt van Herckel. Herculis agrum appellare consueuerunt. In Leodiensi præterea territorio oppidulum videtur quod ab Hercule ædificatum volunt, ac proinde nomine Herkel appellatur. Sunt etiam qui Hyraniam syluam ab Hercule nomen sumpsisse opinantur. In franconia item (vt audio) ea consuetudo ab Hercule accepta hodieque obseruatur, vt pueri ipsa Dominica lætare, in quadragesima vno velut ore (ob morē antiquitus introductum) Herculis hymnum discurrentes canant. Nam mortis imaginem ex stramine confectam, hastęque alligatum summa cum solemnitate præfatum hymnum (in quo Herculis sæpe fit mentio) cum iubulo canentes extra vrbem simul congregati, ferunt, & in vicinum fluuium proijciunt. Denique in oppido Tungrensi paruum hodierna adhuc luce domiciliū priscis sæculis Herculi dedicatum visitur, in quo Christiani aram illius Dei confregerunt, atque supra eiusdem domicilij ianuam Herculi statuam collocauerunt, vbi & modo adhuc à transeuntibus conspicitur. Porrò cum Herculis facta in scholis passim trita sint, neminem ea latere autumo. Irenicus historicus sic de Hercule sentit, & in scriptis reliquit.

Hercules hollandus.

Hercules Leodiensis.

Hercules hymnus.

Herculis Tungrensis.

Ego duos Hercules Germaniam calcasse video. Primum qui Gades constituit, & huic prior Alemannus, ac ætate maior fuerat, Reliqua de Hercule silentio præteribo.

DRVYVS, ALIAS Germanorum Pontifex.

IS ex Dite natus apud Germanos Celtas habitasse fertur, mirandę authoritatis & prudentiæ homo: qui cum artis magicæ peritissimus foret, populo aliqua naturalia futura prædicebat, & per varias superstitiones, quæ adhuc multis in locis hodie regnant, cunctorum animos sibi deuinciebat. Quam ob causam maiori laudis ardore flagrans, vt nomen suum celebrius redderet, Gentilitiam religionem in certum aliquem ordinem redegit, ac ex suo nomine Druidorum collegium instituit. Sicque factum est, vt in superstitionibus suis infinitos penè asseclas haberet, qui ab ipso Druides, sicut & à Gallis & Germanis dicti fuerunt. Ibidem apud Persas Magi, apud Assirios Chaldei, apud Hebræos scribæ, apud Iudæos prophetæ, apud Græcos philo-

Ordo Druidorum.

philosophi, atque apud latinos sapientes appellabantur. Hi omnes vnius magistri dogma amplectentes, omnis generis superstitionibus dediti erant, & rebus eiusmodi, quæ apud istos populos pro sacris æstimabantur studentes, Heremitarum ad instar in syluis & nemoribus habitabāt. Hi vulgaribus vestimentis induebantur: sed in collo torquem, in manibus annulos, in lacertis armillas valde decoro amictu vestiri gestabant. Quotiens autem Germani vel Galli timore aliquo perculsi erant, ad Deos illicò placandos, Druydes conueniebant, atque eorum veluti intercessioni confidentes, humanis hostijs aras funestabant. Deinde cum aliquod prælium ineundem imminebat, in fœlicis pugnæ auspicium humanas hostias per eosdem Druydes immolabant. Habuerunt itaque Druydes præfatum Druyum sui ordinis supremum pontificem: quem mortuum in Deorum album retulerunt, & alium in eius locum elegerunt, quem modum secundum singulorum ætates seruauerunt. Illi inter alia sua dogmata, illud pro certo affirmabāt, quod animę humanæ incorruptibiles forent, & in alia successiuè corpora migrarent, qua persuasione inducti Galli, in bello erāt animosiores: ac idcirco ob eiusmodi plurimas persuasiones sacrificorum suorum collegia & monasteria à bellorum inclementias conseruabant, atq; certis annis temporibus syluarum in abscondita conuenientes, certam congregationem habebant, atque sub arboribus quercinis suos Deos sacrificijs placabant. Quę delira religio ad Tyberij & Claudij Romanorum vsque tempora durauit. Hi enim paulo prudētiores Druydum syluas, aras, & templa incenderunt, atque cunctos inde eiusmodi insanię operā dantes fugauerunt. De Druydibus sic sentit Irenicus. *Druydes in Syluis olim habitant.*

Fuerunt autem Druydæ Germanorum magis quam Gallorum sacerdotes. Claudius Cæsar ob vanam eorum Religionem eos expulit, hi in Germaniam concederunt, & Caroli ac Arnoldi temporibus Christianam religionem interpretati sunt.

IVNO.
Alias Isis.

IVNONEM circa Semiramidis tempora annum circiter tertium vixisse certò constat Cui Cham & Rhea parentes, Osijris cognomento Iuppiter maritus fuerunt; Dionisij fratris sui, licet adulterini ope AEgipti regnū, hi coniunges Osijris inquam & Iuno administrauerūt, ac filios supra memoratos septem genuerūt, quorū primus Hercules (vt supra multis commemorauimus) admodum celebris fuit. Nec mirum, cum matrem quam secutus erat celebritate, non multo inferiorem habuerit. Ea namque multorum annorum circulis plurima virtutis magnæ, qua naturaliter dotata erat, indicia ostendit, atq; inter illa minimè omittendū quod hæc propria industria prisços omnino barbaros frumenta serere, & colligere docuerit. Ob quam causam à multis Ceres nuncupatur. Hoc vsu inuento, dum in Italiam cum Osijride *Iuno docuit frumenta serere.*

ride marito suo Sem patruum suum visitatum venisset, panes coctos secum portauit: quos vt ille vidit, rem admiratione dignam esse existimauit. Vnde hic & cæteri cuncti vna supplices Cererem rogauerunt, vt illa tam delicati cibi comparandi modum demonstrare dignaretur. Quibus lubenter annuens, per Italiam grana serere, colligere, molere, & demum è farinæ & aquæ mixtura massam aptè componere, ac beneficio ignis sensim coquere edocuit, eos qui antea semper glandibus & pomis syluestribus sese sustentauerât. Inde igitur Sem patrui sui benedictione percepta in Aegiptum redierunt, ibidemque omnia instrumenta ad agriculturam pertinentia excogitauerunt. Quibus eo sæculo peractis, Osijris ætate grandis à Typhone fratre suo miserè tractatus, ab Iside coniuge sua sepelitur, ac ob res per lõgam vitam præclarè gestas, obque animi singulares dotes, seu virtutes à Gentilibus inter Deos connumeratus est. Qui populus cadaueri demortuo Idolum in Bouis & vituli figuram composuerunt, quale filij Israel in deserto, sed in animæ propriæ perditionem adorauerunt. Iuno post mortem mariti trecentos adhuc annos inter viuos in cœlibatu remansit, & rebus præclare gestis fama eius interim amplificata, inter mortales celeberrima extitit. Orbata autem marito, in Germaniam cum nobilissimo comitatu ad filium suum Herculẽ inuisendum venit. Cum quo vt menses aliquot conuersata fuisset ac commune vulgus, quæ ad agriculturam iam primum inuentam pertinebant, informasset, per Svveuiam in Aegiptũ reuersa est. Germani verò eius prudẽtiam nunquam amplius vllibi vsurpatum admirantes, ilicò post illius discessum ei Idolum erexerunt, & Isidem pro Dea coluerunt; Hæc vero in Germania solum eam sibi vendicauit authoritatem, sed etiam post reditum in regno suo Aegipti multo celebriorem famam consecuta est. Cum enim illuc redijsset, ac post paucum tempus fatis concessisset, ob virtutis insignem vmbram, ab insensato populo inter Deos & Deas computata fuit. Illa autẽ antequam moreretur, egregiam columnam triumphalem sibi cõparauerat, cui & hæc verba insculpi voluerat. *Ego sum Isis Aegipti Regina à Mercurio erudita. Quæ ego legibus statui, nullus soluet: Ego sum Osyrides: Ego sum prima frugum inuentrix Ego sum Cres Regis Mater.*

Iuno docet alios panem conficere.

Germani erigunt Idolum Iunoni.

Quod si quis eius multis in locis celebritatem scire desiderat, quomodo vbiq; nimirum post mortem ob panis inuentũ vsum maxime viguerit: varios Poetas, & similes authores ei legẽdos propono: nihilominus tamẽ ex sequẽtibus cuiusuis alterius adminiculo colligere est, Pythagoras Philosophus ditissimi viri filius, mundi diuitias contemnens in Aegiptũ primo, deinde in Babiloniam proficiscitur. Vbi tandem in virum doctissimum euasit, & omnium siderum & cœlorum circulum peruigili studio comprehendit. Inde autem Cretam & Lacædemoniam profectus, earum gentium leges addidicit, quibus instructus demum Crotonem veniens, vniuersumque populũ ibi carnis illecebris irretitum inueniens summo studio elaborauit, vt eiusmodi enormi vitio modoretur. quare cum passim leges, quas iam à pueritia populo demonstraret & explicaret, tantum authoritate & doctrina profecit, vt

cit, vt omnem luxuriæ notam ab oris eius regionis longisſime fugaret, atq; omnes penè à minimo vſque ad ſummum ad pudicitiæ decorem perduceret. Et cum veſtes non ad vanitatem, ſed ad humanum corpus contegendum inuentas eſſe multis conſonis rationibus oſtenderet, tantopere omnes matronas ijs monitis & puellas animauit, vt cunctis eiuſmodi vanitatibus contẽptis, illæ veſtes precioſas annulos, torques, margaritas, & id genus alia monilia, armillas &c. in vnum cumulum coaceruarent, & ingentem theſaurum iſtius modi pretio coadunatum ad Iunonis præfatæ templum deferrent, eiuſdemque Idolo fragili, tamque Deo offerrent. Qua quidem ſuppellectili templum plurimum euaſit illuſtre: hoc videlicet ex Pythagoræ beneficio, quem etiam pariter ob innumera apparentis virtutis geſta poſt mortem pro Deo gens excœcata coluit, & adorauit. Fuit huic Pythagoræ filia formoſiſsima, caſtitatis amans, quæ patris ſui monitis incumbens, ſumptibus proprijs iuxta parentis templum collegium fundauit, in quo virgines ad virginitatẽ ſecum conſeruandam recepit. Eidem Pythagoræ inſula Samo in mari Egæo patria fuit, vbi & Sybillam Samiam natem eſſe, fertur, item & Pythagoram Samnum à quo philoſophiæ nomen inuentum eſt, in qua denique inſula Vaſa fictilia primo inuenta fuerunt. Huius porro Pithagoræ tempus cum Iſaac filij Abraham tempori contiguum fuerit, liquido conſtat, ex eo per quod ſæcula vnius viri memoria durauit, & quantum poſtea orbi malum, aliquando intulerit.

DIANA.

DIANA miræ pulchritudinis fœmina, patrem Iouem Lyſaniam, fratrẽ Solem & ſororem Mineruam habuit. Quæ pro ſingularibus naturæ dotibus in Dearum album relata, atque venationum nemorum, & ſyluarum Dea nominata eſt. Mirabile dictu eſt, quam multis ea in locis dum mortua eſſet, culta & adorata fuerit. Templũ namq; olim in prouincia Lycea à Gentibus ædificatum habuit, cuius quidem prouinciæ metropolis Myrea (vbi diuus Nicolaus epiſcopum egit) nuncupatur: Ea tempeſtate ſtatutis ad hoc templum diebus, populi concurſus ingens affluebat: ſicque cuncti eadẽ mente honorabant, eijſdem hoſtijs cohoneſtabant, ramis & floſculis decorabant, eodemque ore ſpurciſsimum Idolum adorabant. Quod non abſque magno animi mœrore Diuus Nicolaus eo deueniens videbat, qui Dei timorem cordi ſumẽs, vt officio ſui Epiſcopatus ſatisfaceret, per totã illam prouinciam populum in damnationis via ambulantem monitis immo & increpationibus ad veram & ſecuram ſalutis viam reduxit: atque (quod omnium ore prædicandum) templum illud Dianæ præfatum vna cum Idolo funditus deſtruxit, nec non ſumma magnanimitate, grauitate, & authoritate, omnes nefarij iſtius cultus miniſtros inde fugauit: ex quo reuera non immerito

Diana venationis ac ſyluarum Dea. *Diana Lycea.*

Diuus Nicolaus fertur Dianam Myreorum demolitus.

populus eiusmodi Diabolico laqueo solutus eum reuerebatur, atq; eius magniloquētia & suaui prędicatione ad Christi fidē cōuertebatur. Huius igitur Sancti viri fama & factū illud gloriosissimū, vbi ad alias prouincias sese extendisset, & ad aures aliorum populorū deuenisset, in tantum profecit, vt ex lōginquis partibus Mireæ innumeri indies venirēt, & ad Diui Nicolai suaui loquentiam, & diuinum sermonem audiendum confluerent. Verum Sathan omnis boni osor maximus, de templo diruto, deque gente sibi erepta, summopere indignatus, eiusmodi profectum impedire conatur, ac idcirco vnum ex famulis suis, videlicet maleficum quendam adit, eique præcipit vt oleum quod vndiaton dicitur, prout itidem Diabolica arte instructus erat, ex tempore conficeret. Quo accepto dæmon sese in speciosissimæ fœminæ formam transformauit atq; nauigantibus quibusdam, qui ad diuum Nicolaum deuotionis ergo properabant, sese propria scapha adiunxit, ad illosq; talia verba dedit, video vos ad Nicolaum Episcopum proficisci. Et illis respondentibus se velle, inquit: Optarem & ego, vt itineres vestri comes fieri possem, tanti namque viri benedictione lubenter fruerer, verum quia alijs modo intricor negotijs, obnixè vos rogo, vt saltem nomine meo oleum istud ad Ecclesiam Miri hæorum deferatis, atque ob mei memoriam parietes eius lineatis. Hi anguem minime introspicientes, sese id facturos pollicentur, quo facto, monstrum illud infelix, velut vmbra subito cum scapha euanuit Paululum autem progessi aliam à longe nauiculam hominibus repletā conspiciunt, inter quos quidam Diuo Nicolao simillimus effari cæpit in hunc modum. Quamnam mulierem eam fuisse arbitramini, quæ paulo ante vos conuenit, vobisque oleum ad Ecclesiam deferendum porrexit? Illis cūcta, quæ acciderant narrantibus, oleumque ostendentibus, rursum inquit. Eamne nouistis? respondentibus quod non, iterum ait: fuit illa spurcissima Diana, quæ per annos quam plurimos ingentemq; populum Diabolica sua fraude in hac regione ad Inferos detrusit: quod vt manifestum esse credatis, proijcite inquit vasculum illud olei in prę sens pelagus. Et ecce quam primū vt mare venenum sensit, accensum est, æquoreaue vnda verè flammas dedit, & incredibile dictu est, quantum illud oleum aduersus elementi naturam prolixo maris spatio ardendo pugnauerit. Quo viso omnes obstupefacti signo crucis sese muniuerunt, & ad locum diu desideratum velociter animosiores appulerunt, & ad Diuum Nicolaum nulla interposita more sese contulerunt. quos vt vir sanctus vidit, inquit Subridēs. Ecquid charissimi vobis in mari cōtigit? ex quo omnes tacite illico cognouerūt, quod Episcopus eis in Mari locutus fuisset. Vnde lætis vocibus Gratias Deo agentes, virū Dei reuerentur, & ab eodē inter Christianos merito annumerantur & benedicūtur Videmus & alijs in locis huius dęmonij monumēta celeberrima multis Diabolicis fraudibus insignita In Leodiensi namq; territorio quoddā oppidū cis Mosam ædificatū videtur Dionantum nominatum, in quo eadem Diana Arā multorum perditione connotatam, sacrificijs valde olim coruscantē habuit, quam vtique Gentiles more suo ei Dæmonio erexerant, & quotidie sacrificijs

Oleum vndiaton.

Dæmon apparet in mari.

Diana Dionātensis.

cijs decorauerant: quam etiam ob causam Ciues suum oppidum ab hac Diana Dionantum appellatum fuisse arbitrantur. Hanc Gentiles Bestiam (quia hominum spreto consortio syluas inhabitauerat, atque venationibus crebris vacauerat) arcu & pharetra amictam descripsêre; nec non eam in curru ab albis ceruis tracto nympharum societate delectari finxerunt vnde & ipsi eandem memorum, Vallium, Syluarum & montium Deam, ac viarum præsidem appellauêre. In quo errore & Treuerenses olim (vt liquido ex reliquijs illius dæmonij constat) diutissime fuerunt. Nam non ita procul ab ipsa Ciuitate Treuerensi velut in eius suburbio magnificum Diui Benedicti ordinis extat monasterium Diuo Matthię Apostolo sacrum, ad cuius dextrum latus pro Ecclesiam in quodam muro magna statua lapidea ex alabastro fabrefacta, adeo duro vt simile reperiri non possit, ad alicus formam mulieris erecta videtur quam Dianæ Idolum fuisse eius loci Incolæ certò affirmant. Et de ea pariter legitur, quod cum Eucharius Christi quondam Discipulus Treuerim ad annunciandum & prædicandum Gentibus Christi Dei Euangelium à Diuo Petro missus venisset, Diabolus, qui in hoc Idolo prædominabatur, Sancti illius viri aduentum persentiscens obmutescere cœperit, & oracula respuens nullum amplius responsum dare voluerit. Cumque admirabundi Dianæ ministri interrogarent, cur nam ad interrogata solito more non responderet? Dæmonium coactum dixisse, quendam illo die illuc Græcum Christianum Eucharium nomine aduenisse, qui omnem potestatem sibi ademisset. Quod responsum vt in vulgus sparsum fuit, omnes virum Græcū quærunt, atque opera & benedictione ipsius ad Christi veri Dei dogmata tādem conuertuntur. A quibus annis Idolum prætactum eodem in loco ad illius nefarij olim cultus memoriam remansit, atque in cunctorum fidem talem scripturam ab vtroque latere meruit.

Monasterium Diui Matthiæ in quo Dianæ statuam adseruari nonnulli volunt etiamnum.

Me pridem Treueris prophanis coluit aris,
Sacrilegi numinis iam truncus spernor inanis,
Prostrata Spernor, piscator dum legat, error
Tollitur Eucharium, Maternum, Valerium tunc.

Equorum regione hæc Germanice sculpta sunt.

Wilt ihr wissen was ich bin?
Ich bin gewesen ein Abgottin
Do Sanct Eucharius zu Triere quam/
Er mich zubrach/mein ehr al nam/
Ich was geehrt alß ein Gott/
Nun stehen ich hie der Welt zo spott.

Quæ omnia adhuc ab vno quoque citra magnam difficultatem ibidem legi possunt, quę deinde posteritati manifestum reddunt, quando nos Deus cōplectatur amore, quod suos ab eiusmodi perditione liberare dignatus sit.

Diana Ephesina, à B. Ioanne Euangelista, vt fertur confracta.

Præterea illud certo legitur, quod Diana quondam Ephesi Asiæ oppido, celeberrimum templum, paribus cum alijs illustratum cæremonijs habuerit. Quod Diuus Ioannes Apostolus & Euangelista, qui ibidem Christi Ecclesiam plantauit, propria authoritate signo solum crucis in se per facto, cōminuit. Huic templo non multum absimile aliud fuit, quod Massiliæ priscis sæculis, eidem Dianæ dedicatum extitit: ad quod cum sanctus Lazarus cum Magdalena & Martha sororibus venissent, Idolum quoque illox velut antecedens obmutuit. Ipse sancto spiritu claré illustratus strenuè Christi Euangelium annuncians, multos Deo lucrifecit, Idolum deiecit, ministros fugauit, atque ex templo, Ecclesiam Deo comparauit, & consecrauit: vbi quoque ad plurimos annos Episcopatu potitus est. Non dubito autem quin multo plura de hac Diana inueniri possent, si singulatim omnia loca perlustraremus, cum quotidie adhuc varijs in locis Deorum ab annis plurimis incognita reperiantur vestigia, vti nimirum de hac eadem Diana nuper (vt infra ostendam) deambulando antiquissimum monumentum inuenimus. Sed ne breuitati studere volens prolixior videar, hæc pauca sufficiant.

Diana Massiliensis à B. Lazaro dissipata.

PHAEBVS APOLLO.

De hoc iam ante pluribus, sed mutato nomine, egimus, Phœbus enim Apollo, & Sol sunt vnius hominis solum, nomina synonyma, quibus & Tytan conforme est. Is autem ob Idiomatum, & actorum propriorum varietatē multifariam appellatus est: fuit is (vt alias dixi,) filius Iouis, qui diuersis hominum opinionibus diuersorum nominum Idola habuit. Quidam vtpotè ob decoris splendorem solem æstimauerunt: Iij ob Cytharæ inuentionem, & Poëticam artem, qua præditus erat, Phæbum Apollinem nominauerunt: non nulli denique nescio quid monstri de hoc viro persuadentes, Tytanē appellauerunt: vt vt sit, miser & excæcatus Gentilis populus summam eius Idolo multis in regionibus detulerunt & exhibuerunt reuerentiam, atque statuam illius diuinationum ergò, summo cultu adorarunt, eoquod Apollinem Deum diuinationum reputarent, dæmoniumque illud de omnibus dubijs responsum daret. Qua ratione Gentiles illecti, solem è Phæbo non procul ab Athenis statuam erexerunt, & ad eam diuinationis gratiæ quotidie concurrere soliti erant; qui super omni quæstione à Phæbo ex quadam subterranea cauerna respondente, sententiam accipiebant. hinc tandem & Reges viciniores sæpius ad illud Idolum nuncios mittebant, vt super quęstionibus proprijs responsum acciperent: quo accepto ipsi pretio-

Apollo Atheniensis.

tio-

tiosissima munera,& tam argenteas quam aureas ingentis magnitudinis statuas in recompensam præsentantes offerebant. Quæ circa hoc Idolum dici possent, facile breuiter is cognoscet, quem sequentia legere non pigebit. Aurelianus Imperator Romanus anno ab V.C. millesimo vigesimo septimo. cum nefariæ isti Gentilium quoque religioni obnoxius foret, insigne templum Apollini Romæ ædificauit, ante cuius portam anteriorem columnam erexit, ac Appollinis Idolum supra eandem ab omnibus prætereuntibus videndum collocauit. Quo tempore tanta erat Christiani nominis persecutio, vt nullũ Christianorum palã Romani paterentur: atque vt omnes Christianorum reliquias funditus delerent, quidam Alexander dictus Imperatoris nomine commissio data erat, Ciuitatem ab omni Christiano nomine liberare, & (vt volebant) omnino purgare; quod decretum generosissimam quandam virginem vocabulo Martinam non deterruit, hæc namque quanquam omnium manus iam in se paratas non ignoraret, non tamen Christi fidem palam profiteri erubuit, & cum à præfato Alexandro comprehenderetur, Christum sponsum suum negare constanter recusauit: quam ob causam à Tyranno illo diuersis tormentorum generibus exquisitis cruciari cæpit, prius tamen nefarius ille Tyrannus formosissimæ virginis decore captus, eam in vxorem habere desiderauit, modo ad Idolorum culturam animum cõuerteret; Sed cum illa in timore Dei freuentior effecta petitionem istam omnino abhorreret, ad supplicij locum deducitur, ac vbi ante Apollinis tẽplum transiret, eleuatoque capite eius statuam aspiceret, de repente signo crucis facto, omnis diabolica molitio, in partes dissecatur, & comminuitur. Quod vnicum virginis huius meritum non immerito adamantia corda terruit. Et profecto si vllam sapientiæ aut intellectus scintillam habuissent, facile errore cognito sanctam puellam honorassent, eiusque fidem amplexi fuissent.

Apollo Romanus ab Aureliano Imperatore erectus.

Sancta Martina.

Apollo Romanus in partes cecidit.

Eodem circiter tempore, cum sanctus Valentius martyrium subire deberet, & Apollinis templum prætereundo interrogaretur, quidnam de Dijs Apolline, Mercurio, & id genus alijs sentiret, sapienter respondit, eos miselos homines fuisse, qui iam in Inferno pro abominationibus suis iram Dei, quam in se concitrunt viui, experirentur. æternisque supplicijs & tormẽtis cruciandi permanerent. Quod responsum, etsi generationem peruersam, male habuerit, multum tamen ad salutis præmium illi addidit. Ille namque magnificentiam Deo vero dabat, qui constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israel: Gens autem incrassata, impinguata, & dilatata recalcitrans Deum factorem suum derelinquens, & ab eo recedens, immolabat Dæmonijs, & Dijs quos ignorabat, atq; cum in adinuentionibus suis indurata esset, non intelligens responsi veritatem sanctum virum occiderunt, & sanguinem innocentem effuderunt. Magnum reuera cœcitatis indicium, quod Gens ista adeo obtusa fuerit mente, vt lapidem aliquem cunctis non dico viuentibus hominibus, sed cunctorum authori præferrent. Inter eiusmodi homines, Thales philosophus pro sapiente enumerabatur, qui & ipse

Sanctus Valentius occisus.

Thales Philosophus.

in tanto errore fuit, vt mundum animatum & dæmonibus plenum esse assereret. Is vicè quadam vt ambulatum iuisset, quosdam piscatores in mare sua retia iactantes cernit, quos vt aliqnamdiu affatus esset, rogat num primum iactum vendere velint quem vbi vidissent, retia in mare conijciunt, & sic tabulam ilicò auream magni ponderis extraxerunt. Quod illi videntes, verbis minimè stare voluerunt, ac orta controuersia, hic se fortunę iactum emisisse, illi vero sese solummodo capturam piscium vendidisse affirmabant vnde ob rei nouitatem, & thesauri magnitudinem ad vniuersum Athenienfem populum delata est sententia. Sed cum variorum sententiæ inter se discreparent, tota quæstio dissoluenda ad Apollinem delphicum defertur, vt is pro suo primatu, & plenaria authoritate iudicaret, quisnam aurem tabulam mereretur. Apollo itaque, Dæmon inquam, ex antro suo concauo respondit, illi dandam esse, qui cæteros omnes virtute anteiret, quibus auditis Thaleti Philosopho quamprimum deferunt. Ille responsum Apollinis vmbratili sua prudentia ponderans, renunciauit, ac Bianti sapienti offerri iussit. Bias eum honorem recusans, ad Pittacum remisit, ille deinde similiter alteri protinus, ac consequenter ad omnes alios sapientes: & cum postremo ad Solonem ea resignatio peruenisset, videns is cunctos recusare. Verum amplissimæ prudentiæ titulum Apollini attribuens, thesaurum velut sapientiæ præmium ei per ministros offerendum iudicauit. Insignis sane sapientia, sed non ille solus inter Sapientes sapientiam suam huic Idolo consecrauit. In dicto namque templo iuxta Apollinis statuam Gorgias philosophus, Socratis Magister, velut in dotum & virtutū (quibus fulgebat) remunerationem, eo quod tam sanctè videlicet vixisset à populo Atheniensi statuam auream ex auro solido promeruit. Vnde quia cum Apolline de cruore occisorum in mundo saturatus est, merito in profundo inferni lacu diuinam iustitiam experitur, atque morsu serpentum amarissimo consumitur.

Piscatores vendunt primum iactum Thaleti vt fertur, & à quibusdam creditur.

Apollo dat sententiam.

Apollo Treuerensis.

Nusquam hæc patria, maximeque quondam ciuitas Treuirensis ab Apolline immunis fuit; cum namque nullum ferme Idolum excogitari possit, quod ibidem aliquando non viguerit, verisimile est, & hoc nequaquam abfuisse. Verum quamuis mons ille ex opposito Ciuitatis modo Polo Berg nominatus vulgo, ab Apolline alias inhabitatus, & ab eodem idcirco denominatus existimetur: nō ab Apolline tamen denominatum arbitrarer. Sed à quodam Paulo Hæremita, qui ibidem in tuguriolo asperrimam vitam duxerit, qui itidem postmodum Verdunensis Episcopus fuit, & Verdunij sepultus requiescit. Quod autem pagus Bollendorff/ qui ab Epternaco miliari distat ab Apolline nomen traxerit, minime dubium est, ob magnificam videlicet Apollinis aram, & statuam in proxima sylua erectam, & multis aliquando cæremonijs plane Diabolicis decoratam, cuius magnæ adhuc exstant reliquiæ. Nec ideo miratur quispiam debet quod Bollendorff. adeo confidenter ab illo Dęmonio deriuemus. Primitus enim non Bollendorff sed Apollensdorff id, Apollinis pagus nuncupabatur, atque eo corrupto, tandem Bollensdorff appellari contigit. Hic pagus vndique olim Idolis circumdatus fuisse

Apollo Epternacensis.

vide

videtur. Cûm enim ſemel eo,cum Epternacenſi paſtore deambulatum anno videlicet Domini 1599. iuiſſemus, reperimus lapidem quendam craſſum in fluuio Sura,in quo ob aquę diminutionem,aſtantibus noſtris hæc verba legi,& excerpſi.

M. D.

MARCIANIE VICTORINAE CONIVGI DEFVNCTAE TITIVS SECVNDVS CONIVNX EIVS SECVNDVS VRSIO FILIVS EORVM SIBI VIVI FECERVNT. Et paulo inferius inter præfatum pagum & oppidum Epternacēſe in lapide quadrato ad Rupem quandam inter Suram fluuium, nemus propinquum in excelſiore loco, artificis manu exciſo eiuſmodi leguntur. DEAE DIANAE QVINTIVS POSTVMIVS POTENSIVS. Ex quibus facile liquet, cum locus ille ampliſsimus & amœniſsimus Dianā olim etiam adoratam ibi fuiſſe. Sed vt ad Apollinem redeam. Videmus in Diui Benedicti Abbatis legenda, quam ſanctus Gregorius ſummus Pontifex conſcripſit, quod in monte Caſsino celebris olim Apollinis memoria fuerit. Sed vt vir Dei Benedictus loco melius & honorabilius nomen adderet, ſpurciſsimum Idolum inde Chriſti virtute deiecit. Et monaſterium ad Dei laudem & perpetuum ſeruitium idem ædificauit; cui & ipſemet tam diu pręfuit, donec labore & ætate confectus animam multis virtutibus ornatam Creatori redderet. Quā in rē Gregorius Papa in in libro Dialogo: Sic inquit: *Sepultus vero eſt in oratorio Beati Baptiſtæ Ioannis: quod deſtructa ara Apollinis ipſe conſtruxit.* Porro ita paulatim Apollinis diminuta eſt fama, vt Dæmon in illius Idolo hominibus reſpondens, Chriſti aduentum cum ſentiret, ipſemet gloriæ ſuæ finem adeſſe fateretur. Cum namque Imperator Auguſtus, extremis ferè imperij ſui Annis ex Apolline Pythio ſciſcitaretur, quiſnam illi in Imperio eſſet ſucceſſurus, dæmonium iam languere incipiens, his verſibus reſpondit.

Diana Epternacenſis.

Appolo monte Caſsini.

Me puer Hebreus diuos Deus ipſe gubernans,
Cedere loco iubet, triſtemque redire ſub orcum,
Aris ergo de hinc tacitus diſcedito noſtris.

Dæmon prophetiſat.

Et ſic Dæmon Regem ſe multo maiorem venturum præuidens, obmutuit, vt nihil amplius more ſolito ad interrogata reſponderet. Vim igitur ignoti numinis Auguſtus attonitus admirans Romæ in Capitolio aram excitauit, eique inſcriptionem eiuſmodi. *Primogenito Deo.* adiunxit. Nec immerito obteſcebat atrociſsimum illud Dæmonium, cum Lumen ſpecioſiſsimum &

maxime fulgidum iam prodemodum oriturum præſentiret, cuius videlicet radios veluti Noctua quædam infernalis nequaquam pati valebat.

MINERVA.

Minerua alias Pallas.

MINERVA Dianæ & Solis ſoror primogenita Iouis, apud Lacum Tritodinem tempore Iſaac Patriarchę habitauit. Ea etiam Pallas ab inſula Pallante, in qua nutrita fuit, vel certè à Pallante Rege, quē interfecit, nominabatur. Hæc mulier, quia in corpore fœmineo virilem geſtabat animum, multarum reconditarum rerum inuentrix fuit: vnde vulgus admiratione captum fœminæ iſtius ingenium humanas vires excellere putauit, atq; idcircò eam in Deorum numerum inani perſuaſione retulit. Cum namque Lanificium nunquam adhuc ante illius tempora in vſu fuiſſet, lanā purgare, eandem dentibus ferreis compilare, & ad nendum oleo (cuius vſus antea nullus fuerat) diſponere, atque texere excogitauit. Vnde tandem Lanifices, fullones, tinctores, textriceſque puellæ Mineruæ feſtum diem ſolemniter celebrare cæperunt. Et quia tam multa mortalibus inuſitata adinuexerat, eam ſapientiæ Deam appellarunt, nec non vt artium inuentricem nobiliſsimam celebrarūt. Hinc quidam inquit. *Inuita Minerua nihil.* Eouſq; mulieris huius in Deorum numero iam collocatæ fama ſeſe extendit, vt eius in honorem primum Romæ inſigne & magnificum templum ædificarent. Deinde vbi nomē eius in Belgicam prouinciam inferiorem penetrauit, Tornacenſes ciues inter alios in ampliſsima amœniſsimaq; ſua vrbe, in illius decus & honorem multas aras ædificārunt, idolaque in ijs ſuperba erexerunt. Hinc à Iulio Cæſare in Commentarijs: hi populi Neruij propter Mineruam, quam tunc colebant, probè nominantur. Quæ Dæmonum delubra populus ille diuina virtute, & Sancti Eligij prędicatione ad Chriſti fidem conuerſus, deſtruxit, & ſolo æquauit. Sunt qui affirmant Neptunum & Mineruam Athenas condidiſſe, cumque inter eos de nominis impoſitione quæſtio tractaretur, reliquis demum præſentibus Dijs, vna conuenerunt, vt qui percuſſa humo effectum produceret laudabiliorem, is vrbi nomen imponeret. Neptunus itaque tridente ſuo terram percutiens, equum belli ſcilicet omen, Minerua verò haſta humo infixa oliuam pacis arborem produxerunt. Qui Mineruæ effectus multo vtilior reipub. viſus eſt: atq; ideo decens omnes iudicauerunt, vt illa nomen vrbi pro arbitrio imponeret, ſicque nomen propriū Athenas ſcilicet (quod Græcè Mineruam ſignificat) ilico attribuit. Poſt eius verò mortem Athenienſes vrbis ſuæ fundatrici excellentiſsimum templum erexerunt, ex quo nunc (vt audio) Arx cum operis magnitudine, tum oppugnationis difficultate, per totam græciam notiſsima erecta eſt, quæ & modò à Mahometicis poſsidetur. Porro Diuus Auguſtinus vir inclitus in libro de

Tornacenſes olim Mineruæ cultores.

Ciuita-

Ciuitate Dei: apud Athenienses aliquando templum Vulcano & Mineruæ commune fuisse, inquit, in quo compertus est infans Dracone circumuolutus, qui ibidem seruabatur, eo quod Athenienses eum magnanimum virum olim fore portenderent. Et quia illius parentes ignorabantur, Vulcano & Mineruæ in filium adoptiuum datus est, postmodum autem inter cælestes Imagines assumptus & Serpentarius appellatus est. Hinc manifestè apparet, quod si cunctorum eiusmodi simulachrorum numerum verbis & scriptis nostris comprehendere conaremur, rem infiniti laboris susciperemus cum nullus pene locus apud Gentiles tam paruus fuerit, qui Idolo aliquo non gauderet. Sed quia celebrioribus in locis celebriora erigebantur Idola, & solemnibus ceremonijs celebrantur, hinc fit vt celebriores Deos commemoremus.

DEVS AREOPAGITARVM.

CVM Quondam Athenienses grauissima peste incessanter comprimerentur nec vllum tanto malo remedium adhibere valerent, à Dijs tamdem oraculum acceperunt vt ciuitas congruis sacrificijs purgaretur. Quocirca illi audita Epymenidis philosophi fama, ad eum magnæ authoritatis viros miserunt, qui eum rogarent, quatenus Athenas venire dignaretur, & eos inuisere, qui magno videlicet illius desiderio tenerentur, Hic igitur potentium votis, vt faceret satis, nauigio isthuc profectus, multum inprimis honoris sibi exhiberi aduertit: atque vt eos graui adeo peste laborare audiuit, mirabile remedium excogitauit: oues namque aliquot albas & nigras pari numero congregauit, easque quonam vellent abire permisit, expresse etiam mandans, ne illis à quopiam impedimentum inferretur. Quæ longè lateque oberrantes, Areopagum tandem declinantes, ibidem substiterunt, procedere nullatenus consentientes. Illud cum ad Epimenidem relatū esset, cunctos ille conuenienti Deo immolari suadet: quo demum facto malum istud atrocissimum vehementiam suam sensim remisit, tandemque cessauit. Quę res non parum lætitiæ Atheniensibus peperit. Vnde ad tanti beneficij memoriam Areopagitæ Aram, Ignoto Deo, erexerunt. Nec id solum, sed & magnam pecunię summam liberali manu Epimenidi obtulerūt, quam tamen ille magnanimiter recusauit, & Cretā versus natiuitatis videlicet suæ locum se recepit.

Athenienses peste laborātes, quo vsi sint consilio.

Patiente autem pro peccatis nostris Christo mortem crucis, ob inaudita miracula quæ tunc temporis fiebant diuinitus, dum nimirum petræ scinderentur, sol obscuraretur, in hæc verba Areopagitæ proruperunt, Aut Deus naturæ patitur, vel mundi machina dissoluetur. Atque in Dei (quem tamen ignorabant) isthæc miracula facientis, aliam item aram celebrem erexerunt

inque superposito lapide marmoreo affabre sculpto titulum talem *Ignoto Deo.* Qua super Ara diuum Paulum in actibus Apostolorum (cum Areopagitis veram Christi fidem annunciaret) sic locutum esse legimus. *Quod ergo ignoranter colitis, hoc ego annuncio vobis.* Exinde verum tandem Deum verbis Apostoli commoti Areopagitæ agnoscere ceperunt.

Diuus Paulus Areopagitis Christum annunciat. Actor. 17.

TITAN.

Sol & Titan licet ijdē sint Dij, diuersa tamen diuersis in locis delubra habuere.

DVM supra de Arbunensi oppido agerem, memini me Solis & Titanis mentionem fecisse; quod nimirum in montibus excelsis non procul à præfato oppido distantibus solēnia tēpla hisce Idolis erecta fuerint: & etiamsi Sol & Titan: alias Phæbus vnum suppositum solummodo designēt in diuersis tamen locis pro nominū diuersitate (Sol enim in monte qui Solubrium colebatur, Tytan vero in proximo, qui modo Tyti mons appellatur) diuersa templa & Idola habuit. Hic Tytan, alias Tytanes fratres quinque secundum Poëtarum fabulas habebat. Sed cum vnus inter sex miris modis emineret, solis & aliorum astrorum cursus & naturas inuestigando & demōstrando, à multis astrorum parens est appellatus. Hinc Sol, Titan, atque à nōnullus Luna Titanis nominabatur. mons ille in quo Titan statuam à Gentilibus promeruit, ab altero Solubrio vno circiter miliari distat; vbi cū magnę ædificiorum superborum reliquiæ in apice adhuc conspiciantur, & quædam magnæ portæ figura modoque ibidem extet, multi non absq; ratione probabili astruunt, eo in loco olim oppidum fuisse, cuius primæ fundationis initium & causa multifariam ab aliquibus explicatur. Quidam enim ex rebus dubijs vera eruere conantes dicunt, quod cum eo loci, vbi nūc Arlunum est, Ara lunæ erecta, & templum ingens ædificatum esset, tantus paulatim illuc hominum concursus fieret, vt templum tantæ multitudinis minime capax videretur, atque vbi hoc Treuirensibus Dijs relatum fuit, ij oraculum dedēre, vt in locis Lunæ Deæ vicinis alia templa erigerentur, ac communis populi expensis ædificarētur. Quod vt palam constitutum fuit, postmodū magno auri & argenti thesauro congesto. Soli templum in monte proximè citato excitārunt, factumque tandem est, vt frequentior huc populus confluerет quam ad reliquorum quenquam. Quare cum illud identidem adeo numerosam plebem non caperet, per Treuerensium decreta. Item remedium hoc datur, vt tertium templum Soli excitarent; vnde Gentilis populus ad Idolorū mandata promptissimus absque mora statuam nomine tenus diuersam Soli seu Titani erexerunt; quod peractum, adeo turbæ complacuit, vt temporis successu in templi circuitu multas insignes domos excitarent, atque tandem inibi oppidulum pulchrum componerent, quod suo tempore muris cinctū, Mons Tytanis vocabatur, vti & nunc à vicinis incolis vulgari idiomate Tytus berg appellatur Hic lubet rem quandam (verius fabulam appellarim) quæ

quæ in monte hoc (vti ex quorundam rusticorum vicinorum relatu percepi) contigit. Mulier quędam in proximo pago habitans, eum inter Gallinas suas vnam haberet, quæ ouorum suorum perpetuam iacturam faciebat, modum quæsiuit, quomodo ignotum Gallinæ locum reperiret, quocirca dum gallina rursus sese ab alijs segregare vellet, mulier illius pedibus filum vlnarum fortassis viginti innodabat, eiusque extremitatem tenens, gallinam sequebatur donec ea quoddam subterraneum antrum ingrederetur. Mulier igitur caute subsequens audacter dum gradus fortè duodecim descendisset, magnum suæ Gallinæ ouorum acervum iuxta iacere aduertit, & oculos huc illucque conijciens attonita hominem gygantеæ molis in Cathedra sedentem, & quasi dormientem conspicit, in cuius circuitu venustam suppellectilem relucentium cacaborum, fulgentium scutellarum, aliarumque rerum habebat. Vnde primitus stupefacta mulier hæsitare cœpit, quid ageret, at fœmineo corpori robur virile addens, insignem cacabum secum sumens, domum versus tetendit, atque cunctis lætabunda, quę contigerant, enarrare cepit, fidem dictorum ostensione cacabi faciens. Sed ecce cum cæteri rogata muliere, vt locum demonstraret, antrum quærerent, nihil post multam disquisitionem repererunt, præterquam diruta loca vepribus & arbustis plena. Quæ res fabula si non sit, merito multos in admirationem ducere potest. *Insignis & lepida Fabula.*

Non procul à prælibato monte in amœna planicie quoddam monasterium ordinis Cistertiensis in Duæ virginis Mariæ honorem ædificatum videtur, in quo Religiosæ virgines certo numero congregatæ Domino Deo nocte dieque sub Abbatissa (quæ ob Castrum proximum Diefferdingen dictum, Abbatissa de Diefferdingen cognominatur, vigilanter seruiunt.

MOLOCH.

APVD Ierosolymam aliquando in valle Gehennam Moloch elegans tabernaculum, & magnificum Idolum habuit, quod inter omnia Idola illic primatum promeruit, cuius verus Deus, inanem eiusmodi cultum abominans, sæpissimè prohibuit. Erat autem ex ære figuram Regis præferens fabricatum, habens magnam intra se concauitatem: huius caput vitulum, reliqua verò pars inferior hominem exprimebat, deinde vtrumq; brachium extensum ad immolatos pueros comprehendendos, qui maximo Idoli calore inter nefarios eiusmodi amplexus comburebantur. Cum enim Idolum interius omnino cōcauum esset, facile impositi ignis actione quoduis appositum concremabat. Et quamuis suaptè natura illud horrendum sit, quod parentes filios & filias crudeliter enecent, hoc tamen immanes Gentiles, pro magno beneficio summaque dignitate reputabant, si Diabolica sua deuotione proprias proles infandissimum holocaustum Dæmonio huic of- *Descriptio Idoli Moloch.*

Vulcanus Deorum faber, *Pan* pastorum ruralium Deus. *Dis alias Pluto* quasi diues, *Pallas* quæ & Bellona soror & auriga martis, cui excellens apud Melesios templum dedicatum extitit. *Priapus* hortorum decus *Neptunus* Deus maris, *Bachus* Vini, Hymenæus nuptiarum Dij, atque *Cupido* Deus amoris. Illi omnes quia pari cum præcedentibus ferme cultu vndique decori fuerunt, quia etiam in errabundum pelagus abiremus si cunctorum gesta, & fabulas enarrare conaremur, consulto hoc labore supersedimus. Solis autem Iouis, Mercurij, Saturni & cæterorum superius commemoratorum haud quaquam meminisse piguit, quod illorum (vt Deorum Paganorum) apud nos in hoc nostro Luxenburgensi Ducatu, & Chinensi Comitatu celebris adhuc crebraque ex locis, eorumque aris, delubris, & statuis hoc nostro sæculo superstit memoria. Quamobrem opusculo nostro finem imponemus, vbi cuiusdam fluuij Cesse dicti, qui in eodem prælibato ducatu habetur miram dispositionem recensuero. Hic enim quantum ad nominis famam, non ob singularem commoditatem, sed propter fluxus suos inauditos meritò quemque in admirationem trahere potest: Nam is in confinijs Luxenburgensis Ducatus non longe à Rupiforti pagum *Hansur lesse* prçterfluens, postmodum in profundum & visu horrendum antrum illabitur, in quo paulatim se ita abscondit. vt post medij miliaris Germanici spacium, prius egrediens perspicuus euadat. Quia ante is locus adeo horrendus exstituit nemo eum plenè perscrutari ausus fuit: ab hinc tamen annis paucis homines quidam animosiores eius rei periculum facere sunt aggresși, atque istius antri bonam partem peruaserũt. vnde factum est, vt non raro ab extraneis (velut aliquod miraculum) visitetur. Non tamen quisquam id per se tentare vlla ratione confidit, nisi virũ aliquem recessus eiusmodi, non ignarum ducem habuerit: qui cum cymba & lumine secum spectatores eousque deuehit, donec per tetras rupes & aquarum concussiones horribiles, ad locum oceani instar vasti apparentis deueniant: vbi, quia absque extremo vitæ periculo vlterius procedere nullus auderet, subsistere coguntur. Dum enim eo loci aliquid leuis ac supernaturalis materiæ in aquam proijcitur, illud idem vix post vnum aut alterum Diem egredi aduertitur. Ex quo multi à ratione minime declinantes putant, quod dum aqua inibi sese in amplissimi lacus for nam extendit, tanti aquarum fiant circumuolutiones & turbines, vt impossibile sit mortalium quenquam salua vita voraginem illam pertransire. Quod tamen periculum cum quidã Italus rerum mirandarum perscrutator non horreret, vt eo deuenisset, arrepta cymba in incredibilem abyssum sese conijcere volebat, quem eius cótubernales meliori consilio sibi prospicientes deterruerunt, satius namque existimarunt in tuto saluos esse, & reliquum ignorare, quam eiusmodi vndarum congluuiem cum extremo salutis periculo vlterius inuestigare. Fluuius autem ille tandem furibundus è terræ horribili meatu egrediens, in vicinum alium fluuium illabitur, qui ambo prope Dinantum sese in Mosam exonerant.

Hansur lesse pagus Luxeburgensis.

De his itaque iam plus satis. Nos verò spretis Gentilium simulachris, cor

INDEX RERVM QVAE IN HOC POSTERIORI OPVSCVLO DE DIIS sacrificijsque gentilium continentur.

FINIS.

